



1535

IHS

Archivo de Loyola

Sección 3.ª Serie 2.ª N.º 62.

Est. 13.

Plut. 8.2

Escritorio de Francisco
S. Melancon, Comisario de la Misericordia
de la Orden de San Francisco
Fecha. 1570.
Archivo de Loyola.

Archivo de Loyola

Estante
Plúteo \ 2



I. H. S.

Compendium naturalis Philosophiæ

libri 12. per Franciscum Titelmanum.

Antwerpia Simon Coens

Año 1555.

(Archivo de Loyola)

COMPEN

ditum naturalis Philosophiæ.

LIBRI DVODECIM DE
conſideratione rerum naturalium earum,
que ad ſuum Creatorem reductione. Per
fratrem Franciſcum Titelmanum Haſſel-
lenſem, ordinis fratrum Minorum, ſan-
ctarum ſcripturarum apud Loua-
nienſes prælectorem.

IN SECVND A H A C AEDI-
tione, præter vigilantiorẽ caſtigatiõẽ,
& alphabeticum indicem totius operis, de-
ſinitiones quoque Ariſtotelicæ & diuiſio-
nes præterq; ad verbum maiuſculis literis,
locis ſuis habentur inſertæ, cum earun-
dem breui declaratione: alia quoq; nã
pauca ſparſim ad æditionem præſentis
rem ſunt adiecta, quemadmodum
dum ex collatione facile
liquet.

Excudebat Antwerpiz Simon Coens
domini. 1555. meſe Decembri.



De la Comp de l'...



ORDO ET

MATERIA LIBRORVM DVO,
decim sequentium,

- ¶ Liber primus tractat de principijs rerum naturalium.
- ¶ Liber secundus: de causis rerum naturalium.
- ¶ Liber tertius: de motu & accidentibus eius.
- ¶ Liber quartus: de infinito loco, vacuo, & tempore.
- ¶ Liber quintus: de generatione & corruptione rerum naturalium.
- ¶ Liber sextus de meteorologicis impressionibus.
- ¶ Liber septimus: de caelo & mundo.
- ¶ Liber octauus de anima in generali, & de potētis vtegetatiuis, deque longitudine & breuitate vite.
- ¶ Liber nonus: de sensibus exterioribus & eorum sensibilibus.
- ¶ Liber decimus: de sensibus interioribus, deque somno & vigilia.
- ¶ Liber Vndecimus: de intellectu & præcellentibus eius officijs.
- ¶ Liber Duodecimus: de appetitu sensitiuo & voluntatis præcellentia.

PSALMVS NVNCVPATO, RIVS OMNIVM CREATORI TRI- NO ET VNO DOMINO.

Videbam ego librum latum, pulchrū, & magnū:
& vterum eius quasi grauidatum, & tanquam
prægnantem conspicebam in visione mea.
Intendi mentis aciem, & vidi de vtero eius enasci li-
bros plurimos: & contemplantar si non imminueretur
partu tam multiplici grauidatus, vterus.
Non potui considerare imminutionē eius: quāto plu-
res prodibāt fœtus, eo magis videbatur intumescere.
Dimicabant secum intra me cogitationes meæ: & co-
agitabam varia, voluebamq; plurima, quoniam tene-
bar rei miraculo.
Mulierum partus me docuerant, fœtu egressu abscede-
re collem vteri monticulus, quem gignit latens in oc-
culto cadere solet egresso vagiente.
Propterea tenebat me rei nouæ miraculū: & iucubabar
ego cum cogitationibus meis, neq; inueniebam exitū.
Feci mihi schalas altas, vt introspicerē in vterū libri: ca-
rat enim excelsus & eleuatus ioge supra paruitatē meā.
Datū est mihi post laborē multū, introspicere a longe:
contēplatus sum (sed plusquā caligantibus oculis) quid
inhabitaret in vtero, aut quæ esset huius causa miraculi.
Contēplans video vterum velut abyssum: & qui sede-
bat in eo, non poterat videri mensura neque erat finis
magnitudinis eius.
Dei admirari postquam videram: dixi enim, quomō-
do minuetur vterus qui in se habet inhabitantem infini-
tum & immensurabilem?
Quid enim si egrediuntur ex illo fœtus paruuli: quan-
do manet intra vterum ipse de quo fœtus procedunt,
maximus & implens omnia?
Parabola hæc quam assumpsi consistetor gloriā illi qui
creator est & dominus omnium: tibi dominator domi-
ne, pater sancte, rex cæli terræ & marium.
Tuam gloriam eloquitur similitudo mirabilis libri hu-
ius: & tibi pertinet gloria inhabitantis in eo.

UNIVERSIDAD DE DEUSTORIA

PSALMVS

Tu fecisti librū magnum & latū: vniuersam hanc mūdi machinam spaciōsam & speciosam valde tu creasti. Scripsisti in eo mirabilia multa & magna: incerta quoque & occulta sapientiæ tuæ impressisti in eo, Immensam potentiam tuam, & incomprehensibilem sapientiam descripsisti in eo: inestimabilem quoque bonitatem & perfectionem tuam.

Singulæ quæ sunt in eo creaturæ, singulæ sunt paginæ libri: singuli sunt characteres, singulæ perfectiones, quæ inueniuntur in illis.

In oculis omnium legendum exposuisti librum istum: volumen hoc volui facis atque reuolui ante cōspectū omnium populorum.

Legunt in eo quibuscunque leuare placuerit oculos: intellectum quoque das omnibus, qui pio corde abs te poposcerint.

Veruntamen intra vterū illius tu posuisti habitationē tibi: intimus enim es & præsentissimus machinæ quæ creasti, quicquid est creaturæ penitissime inhabitans. Considerauerunt librū hunc plurimi, & viderūt quoniam esset fecundus nimium: & de libro hoc ediderūt libros sine numero.

Viderunt quoniā ad intelligendū esset liber difficilis: sectatoribus suis multiplicatione verborum atq; librorum conati sunt explanare illum.

Magi, Sophi, atq; Philosophi innumeri, operā impenderunt in considerandis paginis libri huius: te quoque authore inuenerunt non pauca veritatis tuæ, quæ descriperas in illo.

Inuisibilia enim quæ de te cognosci poterāt, per facturam tuam, fecisti intellectu ab illis conspici: sempiternā potentiam, virtutem, & bonitatem tuam.

A te procedebat quicquid describebant veritatis tuæ: a te namque pater luminum est omnis veritas, & tu manifestasti illis.

Veruntamen vanitates multas immiscebant veritati modicæ: erroribus multis ac vanis opinionibus nimirū erant permixta eorum omnia.

Non enim lumen plenum erat in oculis eorū: & quasi sine lumine excæcatis oculis legentes, non potuerunt quæ

NUNCUPATORIUS.

quæ descripta erant penitus cognoscere. Excæcavit enim eos affectus non bonus; nequam oculi totum corpus fecit esse tenebrosū.

Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt: quia nō dederūt gloriā Deo cæli, qui creauit omnia.

Cum adorare debuissent, populisq; adorabilem prædicare, quem in lectione libri huius cognouerāt: dissimulare maluerunt seq; glorificare magis concupierūt, quā creatorem Deum.

Quomodo paruuli in libro formulis pulchris decoro hærent in flosculis paginarum neque perpendunt quæ descripta est in eo veritatem.

Ita aspiciabant isti in creaturarum pulchritudinē, sunt que oblectati in eis: veritati autem quæ continebatur, quæque parata sese erat aperire legentibus, non intendunt cultu debito.

Propterea non sunt inuenti digni ampliore lumine: quoniam acceptis male vsi deprehensi sunt.

Atuero, vbi venit plenitudo temporis, vt sanaretur cæcitas generis nostri: misisti tu domine lucem tuam quæ illuminat omnem hominem.

In hoc lumine salubriter iam legimus librum istū qui ante fuerat sterilis: docet enim nos scientia salutaris filii dei, in vniuersa te venerari creatura tua.

Qui attente in lumine spiritus tui considerauerit opera tua: delectabitur, suauissime Deus author omnium, in factura tua,

Inueniet in ea materiam laudis quam recitet tibi: confessionis, amoris, & sancti desiderij.

Qui enim opificē diligit: quomodo nō oblectabitur in opere eius: quomodo nō refricabit operis contemplatio memoriam artificis, & confirmabit desiderium eius?

Ita pater sancte, creator omnium, hoc animo descripsimus considerationē creaturæ tuæ: in adminiculū simplicium, quibus placitū erit tuorū operum attentius aliā quid perspicere.

Quæ veteribus illis Philosophis qui ante lucem surrexerant manifestasti: vbi consentanea inuenimus veritati, vendicauimus in vsū nostrum.

Nihil enim immundum putamus, quod sanctificauerit, & puris

Universidad de Deusto

PSALMVS

& purificatus in fide tua: non sunt abominandi thesauri Aegypti, cum consecrantur tabernaculo tuo, Quae vero supra sensum sunt hominum, & quae ratio monstrare non potuit: ex viris quos sacer tuus illustravit radius desumpsimus ea.

Ita pater, collecta haec labore nostro offerimus tibi: propter tuam gloriam descripsimus, tuae quoque mancipamus gloriae.

Confido enim, quod falsitas non inueniatur in opere isto neque mendacium: omnis autem veritas tibi debet consecrari, qui es Deus veritatis.

In hoc autem potentissimum tu nosti fuisse conatum nostrum: ut formulam preberemus Philosophari cupienti, huius, qua in te disceret regere omnem considerationem suam.

Non enim ignoras, quanta sit in te ista abusio: & quam rarus sit qui sic doceat contemplari creaturam tuam, ut tibi accedat gloria, tu optime habes cognitum.

Praua curiositas in feces abducit multos: in profundum facit immergi, ut ad te non leuent oculos.

In spinis & vepribus haerent plurimi: & dilacerantur in cogitationibus & adinventionibus ingenij sui.

Qui autem te quaerunt, in horto creaturarum tuarum, inuenient fragrantiam flosculorum bonorum: & qui cognitioni tuae maiestatis aptauerit omnia studia, ipse pasceretur in delicijs tuis.

Suscipiat itaque dominus meus quae offert tibi seruulus tuus: fertum de rosis horti tui suscipe, de manibus pueri tui. Fac profint olfacientibus illud, & excitatos odore creaturae tuae subuehe in amorem sanctum tuum.

Ego vero sperabo in misericordia tua: & adiciam semper super omnem laudem tuam, Gloria patri, & filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in saecula saeculorum, Amen.

☞ Finit Psalmus.

DEO semper & ibique GLORIA,
VNA, VNI.
Vnde, eo omnia.

EPISTO. NVNCVPA.

EPISTOLA NVNCVPA TIO.
RIA.

Optimae studiorum parenti, semper venerandae Artium liberalium Facultati, in praecleara Louaniensi Academia creditos alumnos fidelissime educanti, Frater Franciscus Titelmannus Hassellensis humilis eiusdem discipulus cum omni reuerentia humile offert obsequium.

Um ante annos aliquot, optima studiorum patris, e tuo gremio ad sacram Minorum Fratrum religionem me contulisses, ac non multo post superiorum imperio (quibus reluctari nec poteram, nec debebam) compellerer ad eam doctrinam fratribus communicandam, quae tuis suxeram benignissimis fecundissimisque vberibus, id est, ad praelegandas Philosophicas disciplinas, ut mihi iniunctum obedientiam mandatum pro fratrum simplici utilitate quam possem fidelissime petficere, visum fuit hoc mihi bonum consilium, ut ea quae olim tuo insidens gremio, partim a doctissimis praceptoribus (cuiusmodi semper plurimos alios) viuivocis magisterio acceperam, partim ex mutorum Magistrorum scriptis, id est, eruditorum Philosophorum libris, pro ingenio mei tenuitate hauseram, succincte breuiterque velut in compendium colligerem, ac nihilominus lucide & ordinatae quantum possem omnia dispones, nihil eorum quae essent necessaria ommitterem. Sic enim simplicium fratrum conditioni iudicavi, vtilius, utpote quibus bona dei noctisque pars Diuinis hymnis decantandis sacris peragendis mysterijs, & circa proximos exercendis hierarchicis actibus foret impendenda: ita ut ad Philosophiae studia minimu temporis superesset, neque vacaret eorum qui plenius illa tractarunt prolixos & difficiles commentarios euoluere. Ad physica autem disciplinam in compendiu contrahendam meum desiderium peculiariter etiam illud accendit, quod hanc rem a nemine haecenus tentatam conspicerem. Nam in Dialecticis, vel usque ad nauseam abunde multos inuenias, quorum tota librorum seriem per ordinem sunt prosequuti. Haec

UNIVERSIDAD DE DELE
EPISTOLA NVNCVPA.

Stenus autem qui Physicæ disciplinæ amplitudinē cōspendio strinxisset (quod ego quidem sciam) exitit nemo. Ac proinde videbar mihi operæ precium facturus, si tam commoda oblata occasione, quod animo insederat opere perficerem. Neq; enim minimā præstare mihi videntur studijs utilitatem, qui ea quæ a prioribus multa prolixitate et obscuritate tractata fuere, sua industria atq; diligentia in compendiosam ordinatamq; breuitatem laborant contrahere. Quos enim inuoluta prolixitas molestaq; difficultas deterrēt, plerumq; grata breuitas & compendiosa facilitas ad honesta studia inuitant. Super hæc vero propositum nostrū vehemēter adiuuit, animūque addidit, quod videbam physicā disciplinam, si recte & pro sua dignitate tractaretur, ad sacram Theologiam plurimum omnino habere momentum, & ad Dei pleniorē cognitionē, neq; ad Dei tantum cognitionem, verū etiam ad Dei excitandū amorem, mirum in modum conducere: quæ duo (nempe Dei cognitio & amor) omnium debent esse honestiorum studiorum vltimus atq; præcipuus finis. Et gestiebat animus, hac in parte aliquam tibi, optima mater ostendere gratitudinem: videlicet demonstrādo eas disciplinas quibus tibi creditos alumnos instituis, non solum ad eruditionem absolutam esse omnino necessarias, verum etiam ad pietatem (quæ ad omnia utilis est) plurimum cōducentes: vt merito sanxerint venerādi Theologorum Magistri, neminem vllō Theologiæ titulo insigniendum, itidem & medicinæ honorandi ex sacre paginæ instructione professores, neminem ad suæ professionis vllum gradum admittendum, qui non prius in tuo gremio satus, tuoque saluberrimo lacte pastus fuerit, imo & ablactatus. Videlicet hoc ipso suo iudicio manifestissime attestantes, quod nulla omnino disciplina (neq; quæ ad corpus, neq; quæ ad animā spectat) absq; tuæ institutionis præiactō fundamētō, solida possit consistere. Nunquā enim viri prudentissimi id statuti aditis cauisent, nisi prorsus solido veritatis cibo ineptos iudicassent, quos non tu prius tuo lacte, potasses. Itaq; cum hos Physicæ considerationis libros, & Physicæ disciplinæ hoc compendium, multorum precibus impo-

INDEX ALPHABETICVS.

portunis diu multumq; sollicitatus, tandē acquiescens amicis postulationibus in lucem ædere decreuissem, post Deum omnis boni primum auctorem & omnium parentem veritatis, nō inuenire potui in terris, cui hūc laborē iustus possem quā tibi, mea nutrix, mea sotrix, mea optima mater, dedicare ac nūcupare. Est enim hæc Dei institutio, vt singula vnde effluunt, illuc & refluant. Ad locum (inquit sapientissimus ille rerum naturalium inuestigator Ecclesiastes) vnde exeūt flumina reuertuntur, vt iterū fluant. Quæ nos ergo primum quidem a Deo omnis veritatis doctore, post hunc autē ex tua institutione accepimus, iustū est illi vt primario datori per gratiarū actionem accepta referri, ac deinde in te quoq; vnde nobis effluerunt, fluere. Si vero hūc nostrum laborem tibi non ingraturum, ac tuis alumnis non inutilem compererimus quod nunc in physica disciplina egimus, forsitan & in Dialecticis aliquando tentabimus. Puto enim & illic laborem superesse Christiano operario, hæcenus a nemine susceptū, quo mirū in modum illius quoq; disciplinæ dignitas possit exaltari. Qui te suorum puerorum nutricē instituit, ipse te quoque felici statu conseruet, & multa semper prole faciat: vt sis quasi vitis abundans in lateribus domus eius, sintque filij tui sicut nouellæ plantationes oliuarum, in circuitu delicatissimæ mensæ tuæ.

INDEX ALPHABETICVS
 eorum quæ in sequentibus tractantur.

Abstracta & cōcreta vn Actus voluntatis participes de dicantur, & duplex sunt, etiam dum voluntas abstractum describitur gata est. fo. eodem, fa. 2.
 fo. 204. Actus in ebrietate admissi nō
 Actus primus & sequendus excusant a peccō. fo. & fa. ijsdē
 quid sit. fo. 126. facie. 2. Ad aliquid excessione, defecti
 Actus quomodo libertatem one, actiui passiuī, motiui, &
 participant tæctiui volūtas actu mobilis, quid, fo. 36. fa. 1.
 non imperat. fo. 239
 Actus qui nō mereatur, fo. eo, dicatur, & cur æquator, & cingulum

INDEX

gulum. fo. 112. rat. fo. 65
 Aequinoctium vernū & autūnale quid. fo. 114. fa. 1.
 Aestimatiua officii, & ipsam esse motus principiu. fo. 173.
 Aestimatiua duplex operatio fo. 174.
 Aestimatiua ab imaginatiua differentia. fo. eodem. fa. 2.
 Aestimatiua an eadem sit cum phantasia dubitatur. fo. 175. fa. 2.
 Aestimatiua diuiditur, & componitur quod quidam phantasiae tribuunt. fo. 175. fa. 1.
 Aestimatiua in homine quam in ceteris animalibus nobilior est, & quomodo haec ab illa differat. fo. 176. fa. 1.
 Aestimatiua seu phantasiae loci, & respectio, & officia. fo. eo.
 Aestimatiua somnia naturalia operatur. fo. 189. fa. 2.
 Aestimatiua mouet, & obiectum. fo. 220. fa. 1.
 Affectio amor, gaudium, & c. spirituales in intellectu appetitu inueniuntur, quoad modum corporales in sensitiuo sunt. fo. 226. fa. 2.
 Affectioes cur dicantur, & non passiones. fo. 227. fa. 2.
 Agens naturale non potest se ipsum secundum utramque partem mouere, neque a se ipso moueri. fo. 36. fa. 1.
 Agens & patiens, similia & dissimilia cur esse debeant. fo. 68. fa. 2.
 Alteratio quid, & quomodo ab alijs motus speciebus differat. fo. 112. rat. fo. 65
 Amor omnium passionum ratio. fo. 224. fa. 2.
 Anima rationalis a corpore se parata corpori iungi cupit, quod angelis non competit. fo. 12. fa. 1.
 Anima rationalis corporis corruptionem non corpus, detestatur. fo. 13. fa. 2.
 Anima rationalis seipsam mouet. fo. 36.
 Anima vegetatiua nutritio nis est causa, & augmentatio nis naturalis. fo. 66. fa. 1.
 Antiperistasis quid. fo. 80. fa. 2.
 Antiperistasis duplex fit motus. fo. 81. fa. 2.
 Anima rationalis ab intelligentijs differt. fo. 100. fa. 2.
 Annus bissextilis quis, & quare hoc nomine appelletur. fo. 105. fa. 1.
 Angelus ille primus cur lucifer dictus sit. fo. 107. fa. 2.
 Anima quid. fo. 126.
 Anima alia duae definitiones. fo. 127. fa. 1.
 Anima in tres species diuiditur, ibi. fo. 127. fa. 1.
 Animae tres, tantum ratione differunt, & in singulis corporis partibus simul iunt. fo. eo. fa. 2.
 Animarum, sola rationalis a corpore separata non perit, nec de potentia materiae educitur. fo. 128. fa. 2.
 Anima rationalis a corpore separata, quomodo seruet potentias organo corporeo alligatas, fo. 128. fa. 1. & fo. sequenti
 Angeli

ALPHABETICVS.

Angeli paucis operationibus hominibus plura assequuntur. fo. 130. fa. 1.
 Animalia quaedam ex corruptione nascuntur alia indifferenter ex hac, & ex semine, alia ex commitione specierum, quorum prima & postrema generationem nesciunt. fo. 133. facie. 1.
 Animalia quaedam cur citius homine ambulent, aliaque vitales operationes exerceant. fo. 138. fa. 1.
 Animalia quaedam cur respiciunt ratione odorentur, alia vero minime. fo. 161. fa. 2.
 Animalia quaedam cur odoratus organum habeant rectum, alia vero non. fo. 162. fa. 1.
 Animalia quaedam cur gustum non habeant. fo. 164. fa. 1.
 Animal omne, & solum animal dormit, & quare. fo. 183. facie. 2.
 Apprehendentes facile, male seruant. fo. 177. fa. 2.
 Appetitus sensitiuus in omnibus animalibus reperitur, & ab aestimatiua naturaliter mouetur, & mouet. fo. 2.8.
 Appetitus concupiscibilis, & irascibilis quid, & quae eorum passiones. fo. 222.
 Appetitus intellectiuus, qui a sensitiuo differat. fo. 228.
 Appetitus intellectiuus ab obiecto non patitur, nec cogitur prosequi. ibidem.
 Appetitus sensitiuus quomodo voluntati repugnat. fo. 231
 Appetitus sensitiuus quomodo ad modum petulantis equi refrenari, & subijci debeat. fo. 235. fo. 2.
 A proportione maioris inuenitur qualitas fit actio. fo. 47. fa. 2.
 Aqua quae habeat situm. fo. 94. fa. 1.
 Asinus buridani inter duas auenas. fo. 219. fa. 2.
 Astrum quid. fo. 105. fa. 1.
 Augmentatio multis dicitur modis. fo. 65. fa. 2.
 Augmentatio a nutritione differt. fo. 66. fa. 1.
 Augmentatio quomodo fiat, & ex quo. fo. eodem. fa. 2.
 Augmentatio fit sine vacui positionum, aut penetrationum dimotionum, quemadmodum & motus localis. ibidem.
 Augeri quid proprie dicitur. fo. 67. fa. 1.
 Auiditus in quodam aequo consistit. fo. 151. fa. 1.
 Aures cur tortuosae. fo. 151
 Aures nullum proprium habent sonitum, ut nec oculus colorem, & unde sonitus ille qui intra aures percipitur & ipsum esse boni auditus argumentum. fo. eodem. fa. 2.
 Audacia quid. fo. 223. fa. 1.
 Axes mundi, seu poli, arcticus et antarcticus, qui dicantur. fo. 103.
 Bruta animalia hominibus, tum cibo, & potu, tum venere, temperatiora sunt. 1. p. 5
 Bruta

Universidad de Deusto

INDEX

Bruta non reminiscuntur. fo. 182. fa. 2.
 Bruta non componunt aut diuidunt mediante copula verbalis. fo. 211.
 Bruta licet oblati duobus obiectis deliberare videantur, non deliberant tamen. fo. 219.
 Bruta cur interdum per sententiam iudicariam morte plebentantur. fo. 133. fa. 2.

C
 Causa quod sit, & quomodo ab occasione distinguatur. fo. 19.
 Causa altera definitio eius quatuor species explicans. fo. 20. fa. 1.
 Causa materialis quid. fo. eo.
 Causa efficiens quid. fo. eo. fa. 2.
 Causa finalis quid. fo. 21. fa. 1.
 Causa formalis quid. fo. 20. fa. 2.
 Causa finalis & efficiens quomodo primae dicantur. fo. 21. fa. 1.
 Causarum proprietates tres. fo. 21.
 Causae plures sunt eiusdem rei diuersarum specierum & eiusdem ibidem.
 Causae sunt sibi mutuo, cause & in eodem & in diuerso genere. fo. 23. fa. 1.
 Causa eadem contrarios producit effectus, pro varia passionis affectione. fo. eod. fa. 2.
 Causarum quaedam vniuersalis alia particularis alia propinqua alia remota, & quae sint. fo. 24.
 Causarum, alia per se, alia per accidens, secundum rem, & appellationem. fo. 25. fa. 1.
 Causa per se, & per accides secundum appellationem, quid ibidem.
 Causa per se & per accidens secundum rem, quid. fo. eod. fa. 2.
 Causa potentialis, quid ibidem.
 Causa actualis, quid. ibidem.
 Causa secundum esse, quid. fo. 27. fa. 2.
 Causa secundum fieri, quid. fo. eodem, fa. 3.
 Casus & fortuna quibus effectibus conueniunt. fo. 31. fa. 1.
 Casus quid. fo. eod. fa. 2.
 Casus a fortuna distinctio ibi, Causae velocitatis & tarditatis motus sunt variis. fo. 41. fa. 2.
 Calor naturalis augmentatio & nutritionis instrumentum, quo deficiente augmentatio cessat. fo. 66. fa. 1.
 Calidum segregat partes diuersae rationis in misto. fo. 76. fa. 2.
 Capra saltans quid. fo. 81. fa. 2.
 Caligo vel nebula quid, & quomodo dissipata serenitate diuersimodum praenuntiat. fo. 83. fa. 2.
 Calor solis a martis calore distinet. fo. 110. fa. 1.
 Caput & cauda draconis, quid. fo. 116. fa. 1.
 Calor naturalis vitae necessarius, humido radicali nutritionis. fo. 125.
 Causa longitudo & breuitas vitae procedit ex caloris naturalis, & humiditatis radicalis portione adinuicem. fo. 126.
 Calor

ALPHABETICVS.

Calor & humiditas, qualitates bonae sunt, & quas inter ceteras expedit dominari. fo. 137. fa. 2.
 Causa breuitatis vitae hominis triplex est, brutorum duplex, plantarum vnicam. fo. 143. fa. 1.
 Canes vocum significationem ignorant, tamen ad auditum quarundam quaedam operationes exercent. fo. 207. fa. 2.
 Circulus maior quid, & quot sint. fo. 112. fa. 2.
 Circulus minor quid. ibidem fo. 99. fa. 1.
 Circuli minores quatuor sunt. fo. 115. fa. 1.
 Circulus arcticus & antarcticus quid. ibidem.
 Contra naturam quid dicatur. fo. 2. fa. 2.
 Conurrectio in deum ex naturalibus. fo. 8. fa. 1.
 Conuersio in Deum ex creaturis. fo. 34. fa. 1.
 Continua quae dicantur. fo. 41. fa. 1.
 Contigua quae dicantur. ibi. fo. 101.
 Consequenter se habentia quae dicantur. ibidem. fo. 102. fa. 1.
 Comparatio debita, tria requirit. fo. 43. fa. 2.
 Corpus simplex quid. fo. 69. fa. 1.
 Combinationes qualitatum primarum vnde quatuor elementa consurgunt. fo. eodem. fa. 2.
 Complexiones in mistis quae sint. fo. 73. fa. 2.
 Cometa futurorum malorum indicium. fo. 82. fa. 1.
 Cometa quae caeli parte genere tur, & quem habeat motum. fo. eodem. fa. 2.
 Continuum quid. fo. 90. fa. 2.
 Corpus quantitas, quid. ibidem.
 Corpus simplex, & compositum siue mistum quid. fo. 92. fa. 1.
 Corporis simplicis diuisio, & eorum corporum situs explicatur. fo. eodem. fa. 2.
 Corpora simplicia in quinque gradus in vniuersum coguntur. ibidem.
 Caelum cur nihil corrumpatur. fo. 99. fa. 1.
 Caelum vnicam, eamque nobilissimam habet qualitatem suam videlicet qua mediante suas operationes exercet. ibidem.
 Coelestis natura mistum non ingreditur. ibidem.
 Caelum cur quinta essentia vocetur. fo. eodem. fa. 2.
 Coelestia corpora animata non sunt. fo. 100. fa. 1.
 Caelum empyreum quid, & an in inferioribus quid operetur. fo. 101.
 Caeli vndecim, & quo ordine dicatur. fo. 102. fa. 1.
 Caelum nonum cur aequum ibidem.
 Caeli aquei frequens in sacris literis fit mentio. fo. eo. fa. 2.
 Caelum stellatum & firmamentum idem est, & vtriusque nominis ratio. fo. 101. fa. 2.
 Contemplatio pia, ex planetarum ordine congruo. fo. 107.
 Colurus solsticiorum quis circulus dicatur. fo. 113. fa. 2.
 Colurus

Universidad de Deusto

INDEX

Colurus æquinoctiorū, & pū quomodo a sensu proficiscas
 éta duo in eo æquinoctia distur. fo. 197. facie. 2.
 siinguentia. fo. 114. fa. 1. Cognitio dei in nobis duobus
 Coniunctio diametralis quid, formatur modis, fo. 199
 fo. 117. fa. 1. Cognitio intellectus quadrus
 Corpus opacum luminoso ob plex. fo. 201. fa. 1
 iectum si eo minus fuerit pyra Cognitio intellectualis singus
 midalem facit vmbra. fo. 117. laris quid. fo. 202. fa. 1.
 facie. 1. Cognitio vniuersalis intelle
 Corpus physicū & organicū stiuu quid. fo. 202. fa. 1.
 quid. fo. 126. fa. 2. Cognitio concretiuu quid, &
 Corporum quædā multa, alia ipsam esse infimam operatio
 pauciora habent organa, alia num intellectus. ibidem.
 nulla. ibidem. Cognitio abstractiuu quid, &
 Contemplatio de cōgruenna ipsam sensui non competere.
 corporis ad animam, & edis fo. 203. fa. 1.
 uerfo. fo. 130. Cognitio vniuersalis concre
 Complexionum quæ sit maxi tiua, & abstractiuu quid. fo. 204
 me diuturna, fo. 136. fa. 2. dem. fa. 2.
 Comparatio viuentiū quoad Collatio pulchra sensualitatis
 vitæ longitudinem fit multis cum meretrice ex literis sacris
 modis. fo. 140. fa. 2. fo. 233. fa. 2.
 Color luminis alieni illufira Constellationes & astrorum
 tione eget vt videatur, non au virtutes, voluntatem cogere
 tem lux, quæ etiam per maius non posse, quantumuis vehes
 lumen impeditur. fo. 148. mentes, sed solos stultos ipsas
 facie. 2. sequi, fo. 237. fa. 2

D

Deo nihil est casuale aut
 fortuitum. fo. 32. fa. 1.
 Deo materia & forma
 non competunt.
 Deo competit esse causam
 finalem & efficientem. fo. 20
 dem. facie. 2.
 Deo multa mediantibus cau
 repletum intrat. fo. 61. fa. 1
 Cognitio nostra intellectualis, omnia per se potest, fo. 33. fa. 1
 Deus.

ALPHABETICVS.

Deus licet mediante caula se
 cunda agat immediate tamen
 ad quemlibet concurrat effe
 ctum. ibidem
 Deus in omnibus rebus per
 suam essentiam inexistentem &
 præsentiam, non mouetur.
 fo. 45. facie. 2.
 Deus quamuis omnia instan
 taneè mouere potest, nõ facit
 tamen. fo. 49. fa. 2.
 Deus seipsum mouere nõ po
 rest. ibidem.
 Deus solus essentia infinitus.
 fo. 51. fa. 2.
 Definitio quid nominis, &
 quid rei. fo. 53. fa. 1.
 Deo solum esse conuenit, nõ
 fuisse aut fore, fo. 62. fa. 1.
 Desperatio quid, fo. 22. fa. 2.
 Deus nobiliori modo docet,
 quam homo. fo. 208.
 Diuinitatis consideratio ex
 natura materia. fo. 5.
 Differentia multiplex regio
 nis celestis & elementaris.
 fo. 98. facie. 2.
 Dies quis naturalis, & quis ar
 tificialis dicatur. fo. 302. fa. 2.
 Doctrina spiritus sancti nul
 lam per se habet in docendo
 resistentiam, & quomodo pec
 catum obstat. fol. 208.
 facie. 2.
 Dominium duplex est, & iu
 xta alterum eorum, appetitus
 sensitiuus voluntati subest.
 fo. 230.
 E
 Clipsis lunæ quomodo
 fiat. fo. 117. fa. 1.
 Clipsis lunæ quando fiat
 fo. eodem. fa. 2.
 Eclipsis lunæ, quibus locis so
 le & luna existentibus fiat par
 tialis. ibidem.
 Eclipsis totalis, & vniuersa
 lis quid differant. fo. 118. fa. 1.
 Eclipsis solis quid, ibidē.
 Eclipsis quando perfecta, &
 quando partialis, fo. eodem.
 facie. 2.
 Eclipsis solis in nouilunio, &
 lunæ, in plenilunio fit, ibidē.
 Eclipsis solis vniuersalis esse
 nõ requit. fo. 119. fa. 2.
 Eclipsis solis lunæ eclipsis mul
 tiplex discrepantia, fo. eodem
 Eclipsim solis tēporet passio
 nis Christi Dionysius in ægy
 pto vidit. fo. 120. fa. 2.
 Eclipsim tempore passionis
 Christi vniuersalem fuisse, par
 tim luna cōiuncta soli, partim
 radijs retractis, aut nubib⁹ obs
 icctis. fo. 122.
 Echo, quid. fo. 157.
 Echo semper fieri licet nõ aus
 diatur, & cur nõ audiatur pri
 orum partium soni reflexio.
 fo. eodem. fa. 2.
 Effectus quid sit. fo. 21. fa. 2
 Efficiens causa est, tum princi
 palis, tum minus principalis.
 fo. 26. facie. 2.
 Effectus secundum esse, & sicc
 ri, quid. fo. 27. fa. 2.
 Effectuum, quidā semper, alius
 plerūq;

Universidad de De...

INDEX

plerumque, alius sequitur causam. fo. 30. fa. 2. Effectus quis dicat fieri propter finem, & quis non. fo. 31. fa. 1. Effectus casualis quid, ibidem Effectuum quidam per electionem sunt, alij non. fo. eodem fa. 2. Elementa quatuor sunt quorum quodlibet habet duas primarum qualitarum. fo. 62. fa. 2. Elementa symbolizantia quae dicantur & quae non. fo. 70. fa. 1. Elementorum symbolizantium, facilius est transitus. ibidem Elementum superius sibi proximum inferius proportione decupla excedit. fo. 70. fa. 2. Elementa quatuor, quomodo in mistis corporibus maneat. fo. 72. Elementa quatuor ad quodlibet mistum & quamlibet eius partem concurrunt. fo. 73. fa. 1. Elementorum aliquod in misto semper dominatur. ibidem Elementis puris non vitiumur. fo. 74. fa. 1. Elementa post iudicium in alium statum esse reuocanda. fo. eo. facie 2. Elementa cur rem ad interitum ducant. fo. 99. fa. 1. Elementa quaedam sunt actu tantum, alia & potentia sunt. fo. 35. fac. 2. Ens in decem praedicamenta dicitur. fo. 36. fa. 1. Ens seu verum, intellectus obiectum. fo. 36. fa. 1. Essentia mobilium non mouetur. fo. 45. fa. 2. Experimenta docent vacuum esse non posse. fo. 59. fa. 1. Experimenta docent, 4. elementa in misto manere. fo. 73. facie. 1. Exhalatio quid. fo. 81. fa. 1. Exhalatio causa materialis ignitorum in aeris suprema regione, potissimum apparentium. ibidem. Exhalatio causa materialis est contritui, fulminis, ventorum, atque terrae motus. fo. 86. F Ebriquantibus cur omnia sint insipida. fo. 162. fa. 2. Finis vltimatus quid. fo. 29. fa. 1. Finis non vltimatus quid. ibi. Finis vltimatus vnicus, qui prope Deum. fo. eodem, fa. 2. Finis non vltimatus cuiuslibet rei vsus est. fo. 29. fa. 1. Finis prima causa est, & ad ipsum effectum & media optantur. fo. 30. fa. 1. Firmamentum nonnunquam totum aggregatum ex orbibus planetarum, & stellarum fixarum significat. fo. 103. fa. 1. Fluuus ex mari fluens cur salatus, alia & potentia sunt. fo. 35. fac. 2. Fluxus & refluxus maris vnde. ibidem. Frigidum partes heterogenias coniungit. fo. 76. fa. 1. Frigidiora loca habitantes ant...

ALPHABETICVS.

pliori cibo egent. fo. 80. fa. 2. Gnatia & bi eterni, & processus spūs sancti explicat, p. solē generatū lumē & ardorē. fo. 28. fa. 1. Generatio quid, & quod ab alijs moris speciebus differt. fo. 65. Generare sibi simile opus naturalium quid. fo. 8. fa. 2. Grādo cur aliquādo animalis referat speciem. fo. eodem, fa. 2. Grando cur potissimum in vere & autumnus generetur. ibidem. Graue dicitur dupliciter, vtpote quod simpliciter graue est, & id quod solū cōparatione alterius graue dicitur. fo. 92. fa. 1. Grauius quid, & quod medium est. fo. 161. fa. 2. Gustus quid, & quod medium est. fo. 161. fa. 2. Gustus & tactus habent medium coniunctum. ibidem. Gustus est quidam tactus. fo. 162. fa. 1. H Alō quid & vbi generatur. fo. 26. fa. 2. Hemisphaerium quid, & duo esse. fo. 114. fa. 2. Hiatus quid. fo. 81. fa. 2. Horizontis quid dicat. fo. 114. fa. 2. Horizon in rectum & obliquum distinguitur. fo. 115. fa. 1. Homo fere ceteris animalibus viuactor est. fo. 139. fa. 1. Hoies studiosi macrescunt, sōnulosi pinguescunt. fo. 134. fa. 2. Homo multis aialia cetera ex cellit, tū quod vocū significat. fo. 225. fa. 1. Alaxia quid, & eā esse duplicem. fo. 81. fa. 2. Gaudium & voluptatē, sōnū passionū esse si nem. fo. 225. fa. 1.

INDEX.

tiones capiāt, fo. 207. Ignis fatuus seu candela ardēs
 Homo solus animalium disci quid. ibidem
 plinæ capax. fo. eodē, fa. 2. Ignis elementaris a quibusdā
 Homo solus diuidit, & cōiun- negatur, & oppositum ratio-
 git plura, copula ꝑ bali, & plu- ne probatur. fo. 93. fa. 2.
 res ꝑ positiones cōiūgit, atq; Ighislemētariſcur ita rar⁹. ib
 ratiōnationē cōficat. fo. 209 Ignis elementaris nutrimēto
 Homo solus suā excellētiam non eget. fo. 94. fa. 1.
 nouit, & ea gaudet, idq; per in- Imaginatiua q̄, & locus ei⁹ &
 tellectum. fo. 211 differētia a sensu cōi. 172. fa. 2
 Homo intellectus lumie om- Imaginatiua nunq̄ est motus
 ni perfectione cuiuslibet crea- principium. fo. 174. fa. 2
 tura gaudere pōt. fo. 213. fa. 2. Infinitū essētia & quātitate. 51
 Homo sol⁹ oīm creaturaz te- Infinitas materię, imperfectio
 nef gratias suo creatori agere, nis est, formaz v̄ ero perfectio
 etia ꝑ alijs creatoris. 214. fa. 2 eodem. fa. 2
 Homo nō in oībus actib⁹ me- Infinitum quantitate cōtinuā
 tetur aut demeret. fo. 218. fa. 2 & discreta. fo. 52. fa. 1
 Homo ratione volūtatis infi- Infinitū potētia & actū. ibi
 nitē est capacitatis, ratione v̄e- Infinito nihil maius. eo. fa. 2
 ro appetitus sēsitui. finitē vn- Infinitū successione, nō actū
 de homo gula, cupiditate, bru- sed potētia tātū infinitū est. ibi
 ta longe excedit. fo. 141 Infinitū in actū, in rerū natu-
 Homo solus deum amare po- ra nō reperitur. fo. 153. fa. 1
 test, & ei vniri. fo. 241. fa. 2 Infinitum multitudine nō re-
 Humidū est facile terminabi- peritur. fo. eodem. fa. 2
 le termino alieno. fo. 76. fa. 2. Inclinatio rerū naturalū ge-
 Humidum veneris ab humo- neralis & specialis. fo. 59. fa. 2
 re lunæ differt. fo. 110. fa. 1 Ingeniosi. sere memoria defici-
 Humidum radicale quid, & unt, & educto. fo. 180. fa. 2
 qua materia partim consum- Ingeniosi bene reminiscūtur,
 ptum reparatur. fo. 135. fa. 2 licet non semper bene memo-
 Hyeme maiori est opus cibo- rentur. fo. 183. fa. 1.
 quā æstate, fo. 80. fa. 2 Intōnia vnde pcedant, & cur
 Hyeme candelæ vehemētius ita esse putam⁹ vt sōniam⁹. 187
 ardent quam æstate. ibidem Intellectus quid sit, sensus cōi-
 Hyeme media aeris regio mi- paratione docetur. fo. 163. fa. 1
 nus est frigida, quā æstate. ibi. Intellectus æstimatiuā excels⁹
I Dē zenith habentes eundē lit. fo. 164. fa. 2
 habēt meridianū. 114. fa. 2. Intellectus agens & possibilis
 Ignis ꝑpendicularis. qd. 81 qd & qd vniusc⁹ officii. 195
 Intel

ALPHABETICVS.

Intellect⁹ agēs lumini cōparat Ira passionē cur nō habeat sio
 & lumē spūale dicitur. fo. 196. bi contrariam. fo. 223
 Intellect⁹ a sensu differētia, & Ancea volās qd. 81. fa. 2
 necessitatē esse ponēdi intelle- Lapis cum fulmine ex
 ctū agentē & patientē. fo. 197 nube decidens, fulminis
 Intellect⁹ agens an realiter, a cune⁹ dicitur. fo. 86. fa. 2
 possibili differat dubitat. eod. Lāguētes cur sæpenumero 16
 Intellect⁹ multa cognoscit q̄ gam vitā degant. fo. 138. fa. 1
 nō imediate a sensu habet. 198 Leue quid. fo. 91. fa. 2
 Intellectus agēs quomodo te- Leue quoddam tantum in res
 super phātaſmata cōuertit, & spectū, aliud simpliciter. ibi.
 ex corporalibus spiritualia in Leuissimū quid. fo. 92. fa. 1
 telligat. eodem. fa. 2 Linea quid. fo. 90. fa. 2
 Intellectus adiutus lumine spi- Linea simplex quæ. fo. 91. fa. 2
 ritus sancti, deū facie ad facie Linea eclipctica quæ, & cur ita
 cōtrēplābitur. fo. 200. fa. 2 appelletur. fo. 112. fa. 2
 Intellectus deū sibi maxime Linea eclipctica cur via solis
 cognoscibilē, ob corporis mo- appelletur. fo. 113. fa. 2
 lē, cōtueri nō valet. eo. fa. 1 Lignū vitę cuius fuerit vir-
 Intellectus quomodo singula- tutis. fo. 139. fa. 1
 riter intelligat. fo. 201. fa. 2 Linguæ duplex officii, alterū
 Intellectus eodē phantasmate tantū necessariū. fo. 155. fa. 2
 nūc abstractā, nūc cōcretū ha- Locū quid & potissimum lo-
 bet noticiā. fo. 204. fa. 2 cus proprius. fo. 54.
 Intellectus practicus & specu- Locū quis cōmunis, & quis
 latius quis. fo. 211. fa. 2 proprius. fo. 55. fa. 1
 Intellectus super suos act⁹ re- loci ꝑprietates sūt quatuor. ibi
 flectitur, quod nulli sensuum Locū q̄s naturalis rei. eo. fa. 2
 competit. fo. 212 Locū quis violentus. fo. 56.
 Intellectus ex seipso deū po- Locū naturalē cur cūctā perat
 test cognoscere. fo. 213. fa. 1 & magno desyderio eo tēdāt
 Iris quo modo generetur, & Luna humidis dominat, quæ
 quod tricolor sit. fo. 157. fa. 1 plenilunio crescūt, nouilunio
 Iris & halō quid differat. ibi. vero decreſcūt. fo. 108. fa. 1
 Irides due aut ad summū tres Luna in bonā partē, & malā
 apparent simul. ibidem in scriptura applicat. 82. fa. 2
 Iris secundā eodē habet colo- Lumen omnium astrorū a so-
 res cum prima, sed ordine cō- le proficietur. fo. 108. fa. 2
 trario, & terciā eodem omnis Luna varius ad solē respect⁹
 no ordine. ibidem. mutationis ei⁹ est causa. fo. 119
 Iris quo tēpore appareat. eo. Luna vñ sit varia figura. 120
 Lumē

Universidad de De

INDEX.

Lumē semp̄ reflectit. 157. fa. 1. Mare duplici ex causa salsum
 A terra. i. quid. 4. fa. 1. so. 8p. facie. 2.
Materia. i. qd. eo. fa. 2. Maris flux⁹ cur quotidie ferē
 Materia prima tantū vna hora tardi⁹ incipiat. fo. 85
 eius potentia. fo. 5. fa. 1. Mare quando crescat, decre
 Materia prima tantū passiva catue. ibidem
 est, deoq; deo dissimillima. ib. Mare cur nunc impetuosi⁹
 Materia creatio deo non fuit nūc mitius fluat. so. ibidem
 indigna. fo. 6. fa. 1. Mars nō ita nociu⁹ planeta, at
 Materia non nuda, sed sub for que saturn⁹, & q̄ operet come
 ma est creata. ibidem. plexionem. fo. 17. fa. 1
 Materia an sine forma creari Mediū mot⁹ quoc; distingue
 potuisset dubitatur. fo. 6. fa. 2 re. fo. 39. fa. 1
 Materia nulla creata virtute Mensura durationis triplex, &
 fieri potest. so. ibidem. discrimen eiusdem. fo. 6. 1.
 Materia a nulla creatura annis Mercurius ingenū dat, marti
 hilari potest. fo. 7. fa. 2 aut saturno iūctus heretic⁹ &
 Materia inferiorū an specie a tumultuariū, ioui vero ppin
 superiorum materia distingua qu⁹, trāquillū & cōmodū. 108
 tur. fo. 8. fa. 2. Meridianus circulus quis dis
 Materia & forma, cerē, & sigil catur. fo. 11. p. facie. 1.
 lo comparantur. ibidem. Mediū visus quid & cur colo
 Materia formā appetit, vt id re careat. fo. 150. fa. 1.
 quo perficiatur. fo. 10. fa. 2. Mediū propter colorem, & non
 Materia cœlestis, vim nullam propter visum, illuminari de
 patitur, aliam formam accipe bet. fo. eodem. fa. 2.
 re prohibita. fo. 16. fa. 2. Memoria quid & quod eius
 Materię ad alias formas appe officium, pulcherrima doc
 titus, ex imperfectione est, atq; similitudo fo. 117. fa. 1
 ideo pueris & cani assimulata Memoriz ab imaginatiua dis
 Aescopico. fo. eodem. fa. 2 ferentia. ibidem
 Materia in btis sub forma eadē Memoriz nomē tripliciter acc
 manebit sine violētia q̄ in dā cipitur. fo. 177. fa. 1
 natis admittere non videtur Memoriz locus, & eius dispo
 inconueniens. fo. 17. sitio, & bonę memoriz iudic
 Materia cōparatur ad formam cum. fo. eodem. fa. 2.
 & sic in qua dicitur, & formę Memoria quę bona, quę mal
 correlatiuū est. fo. 26. fa. 1 la. fo. 178. fa. 1.
 Materia ad compositū collata Memoria eadē, cur vnū altero
 ex qua dicitur. ibidē. melius seruet. fo. 179. fa. 1
 Materia q̄ modo infinita, fo. 51 Memoria duplici ex ratione
 bona

ALPHABETICVS.

na dicitur, & studia illi pro
 portionanda. fo. 183
 Medium quod sit ad reminis
 centiam aptum. fo. 183. fa. 2
 Memoria intellectiua quid, &
 qui sit necessaria eius, a sensiti
 ua memoria differētia. fo. 206
 Mistio quid, & q̄duplex. fo. 71
 Monstrum quid sit, & ipsum a
 deo non esse. fo. 33. fa. 1.
 Monstrum varijs ex causis cō
 tingere. fo. eodem. fa. 2.
 Motus omnis aut ad quantita
 tē, aut qualitātē, aut substātiā,
 aut locum dicitur esse. ibidem
 Motus quis perfectus, & quis
 imperfectus. fo. 36. fa. 2
 Motus subitus instans, &
 & successiuus quid. fo. 37. fa. 1
 Motus nullo prædicamēto cō
 tineretur. fo. 33. fa. 1.
 Motus extensionis nō autem
 intensiōnis habet partes. ibid.
 Modi existēdi in alio, octo. 5. p.
 Motuū localium alius rectus,
 alius curuus. fo. 91. fa. 1
 Motus rectus, motus sursum,
 deorsum & circularis, quid. ib.
 Motuū quis simplex, & quis
 mistus dicatur. fo. eodem. fa. 2
 Motus cœlorū vnde, & an vio
 lēte post iudiciū q̄scet. fo. 99.
 Motus raptus quis dicatur, &
 quare. fo. 103. fa. 2.
 Motus pprius orbū inferiorū
 aduersat motui rapt⁹. 104. fa. 1.
 Morus cœlorū quō cōtrarij di
 cant, & quomo. 10 cœli inferis
 ores sine violētia a primo mo
 bile rapiantur. ibidem
 Mot⁹ cui⁹q; celo pprius, quā
 to tēpore absolua. fo. 20. fa. 2
 Mollicies carnis excellētis in
 genij cur iudiciū sit. 165. fa. 1.
 Mollicies carnis, bonitas in
 genij, bonitas tactus, eiusdem
 causa effectus. fo. eodem. fa. 2.
 Mollicies duplex. ibidem.
 Motus primi nec merētur, nec
 demerentur. fo. 239. facie. 2
 Motus proprie dictus tēdit a
 termino positiuo, ad terminū
 positiuū contrariū. fo. 38. fa. 2
 Motus proprie dictus & muta
 tio differunt. fo. 39. fa. 1
 Motus, saltē ratione, a termino
 no ad quē distinguitur. fo. 40. 1.
 Mot⁹, ab actione & passione
 differt, saltē ratione. ibidem.
 Motu eodem, mobile mouet,
 & mouens mouet. ibidem
 motuū q̄ tard⁹, aut veloc. 4. 1
 Motus frequens nō idē quod
 veloc. fo. eodem. fa. 2.
 Motuū, quis regularis & irres
 gularis. fo. 42. fa. 1.
 Mot⁹ irregularitas vnde, ibi
 motus naturalis quem habeat
 processum, item violentus, &
 progressiuus. ibidem.
 motus cœlorū maxime regu
 laris est, licet difformis. ibidē.
 motuū quis naturalis, quis itē
 violentus dicatur, & utrūq; in
 cūctis rebus reperiri. fo. 43
 motus eiusdē speciei inter se
 sunt comparandi. fo. 43. fa. 2
 motus dicantur contrarij con
 trarietate specifica, & essentia
 li, & accidentalī. fo. 44. fa. 1.
 Motus cui quieti priuatiue op
 ponatur. ibidem.
 h. iij. mobil

INDEX

Mobile & mouens per se mo-
uet & mouetur, ratioe pris, &
per accidens. eodem. fa. 2
Mouens & mobile quid dicat,
dū de pportione agit. 48. fa. 1
Mūds yniuersus quibus cō-
sist. fo. 92. fa. 1
Multū humidū & ob id lāguē
tes in iuuentute, sēp numero
lōgioris sunt vitæ. fo. 138. fa. 1
Natura qd & q̄duplex. 1
Naturā quæ habere di-
cantur. fo. 2. fa. 1
Nadir quid. fo. 114. fa. 2
Nix quid, & q̄n generet. fo. 83
Nosce teipsū, qd sibi velit. 129
Numerus quis numerans &
quis numeratus. fo. 60. fa. 1
Nubes in regione aeris supre-
ma non generatur, sed ignea
quædam. fo. 80. fa. 1
Nouiluniū quid. fo. 120. fa. 1
Nutritio cur fiat, & eius ab au-
gmētatiōe differētia, licet vtri-
usq̄ idem sit obiectum. fo. 111.
Nutritio necesse est, quādiū vi-
uens existit. ibidem
Obiectiōnū quarūdā, cō-
tra eclipsi tpe mortis
xpi factā, solutiōes. 123
Obiecta sensuum exteriorum
quinq̄. fo. 147. fa. 2
Oculus quomodo quandā lu-
cē habere dicatur. fo. 151. fa. 1
Odorat⁹ quid, & cui⁹ naturę,
& qd instrumentū, & obiectū,
& quō odoratio fiat. 159. fa. 1
Odorifera cur die magis quā
nocte percipiuntur. eo. fa. 2
Odorifera quædam non percipiuntur,
ibidem

Odorat⁹ cur in hoīe q̄ in cete,
ris aialibus imperfectior. ibi.
Odores quidā propter sapore
grati, alij propter se. fo. 160
Odorat⁹ hoīs, ceterorū aialiu
perfectior est odoratu. ibidē
Odores quomodo ab odora-
tu percipiuntur. fo. 161. fa. 1
Omne qd mouet ab alto mo-
uet, q̄ modo itelligēdū sit. 46
Opiniones diuerſe de loci na-
tura. fo. 53. fa. 2
Opiniones diuerſe de cælorū
numero. fo. 100
Optic⁹ neru⁹ quis dicat. 148
Ordo quis sit in mouentibus
& subordinatis. fo. 46. fa. 2
Ordo essentialis, & accidentia
lis causarū subordinatarū. ibi.
Ordinē essentialē infinitū,
sequeretur actū infinitū, acci-
dentialem non ita. ibidem
Ordo in elementis vnde. 98
Ordo planetarū ratione pro-
batur. fo. 106. fa. 2
Ordo solis eadem ratione p-
bati nequit. ibidē
Oppositio diametralis quę di-
catur. fo. 117. fa. 1
Organa sensuum exteriorum
quinq̄. fo. 148. fa. 1
Partemobiliū perfectius
ipsis accidentibus moue-
tur. fo. 155
Partes heterogeniæ &
homogeniæ quę dicant. fo. 76
Parahelij quid. fo. 57. fa. 2
Parahelius quid ab halone &
iride differat. fo. 88. fa. 1
Parahelij plures simul appa-
rent, sub quibus tā lunæ q̄ so-
lis

ALPHABETICVS.

lis imago comprehenditur, ibi,
Parahelij duo cū sole apparu-
erūt tpe natiuitatis xpi, ibidē
Passiones tres sunt quibus ani-
mal circa obiectum cōueniēs
afficitur. fo. 220
Passiones tres quib⁹ obiectū
discōueniēs, animal afficit. 221
Passiones irascibilis, quę qui-
bus passionibus concupiscibi-
lis respondeant. fo. 222. fa. 2
passionū quę irascibilis, & quę
concupiscibilis vis, quarū ira-
tantū habet passionē priuati-
ue oppositam. fo. 224. fa. 1
Passiones irascibilis, ex passio-
nibus concupiscibilis oriūtur
& in eadem terminātur. ibi.
passiones irascibilis ad gaudiū
terminātur, & cur vis irascibi-
lis cōcupiscibili sit addita. 225
Passiones cur dicātur, & cor-
pus immutāt. fo. 228. fa. 1
Passio christi ob naturę nobi-
litate durior ei fuit. fo. 166
Peccatū vnde pcedat. 33. fa. 2
Periodū seu terminū determi-
natū, natura dōne viuēs habet.
fo. 140.
Periodū naturalē res raro at-
tingūt, & nunq̄ prætereūt. 41
Periodū præcienriæ diuinæ
omnia attingunt, non tamen
prætereunt vnq̄. eodē. fa. 2
Periodus diuinæ præcienriæ
quomodo præteriri possit, quo-
modo minimē, cū expositio-
ne autoritatis lob. fo. 142. fa. 1
Perspicuum actū, & potētia,
quid. fo. 149. fa. 2
Peccatum intellectui nonnū-
quam displicet, dum intellectu
uo appetitui placet. 223. fa. 2
Phantasiantes cur in tenebris
terreātur, nō autem præsentē
lumine. fo. 188. fa. 1
Penetratio dimensionum im-
possibilis. fo. 57. fa. 1
Pisces cur vocem non edant.
fo. 154. fa. 2
Passiones irascibilis, quę qui-
bus passionibus concupiscibi-
lis respondeant. fo. 222. fa. 2
pluuia, & labrocera differant
fo. 82. facie. 2
Pluuia nomen, specificū est,
quāuis latius sēp numero sus-
mat. ibidem
Pluuia vbinā generet. 83. fa. 1
Pluua cur rotūda & fallax. ibi
Pluuia ex vaporibus ex ma-
ri attractis generata cur fallax
non sit. fo. 84. fa. 2
Planete septē & eorū situs. 103
Planete soli stellarū, non sin-
tillant. fo. 106. fa. 1
Planete quomodo a stellis fi-
xis differant. fo. 105. fa. 2
Planete variorū colorū appa-
rentia abinuiçē differunt quę-
admodū & varios producunt
effectus. fo. 106. fa. 1
Planete nunq̄ zodiacū exēūt,
vnicus tamē sol lineam eclipsi-
ticā semper tenet. fo. 113. fa. 2
Pleniluniū quid. fo. 120. fa. 2
Poli mundi duo, quorum ali-
ter nunquā nos latet, aliter ve-
ro perpetuo. fo. 112. fa. 2
Poli mundi immobiles sunt,
non autē poli zodiaci. 215. fa. 2
Potētiæ aig, quædā in aia sūt,
Potētiæ aig, quædā in aia sūt,
aliæ in cōposito, quarū ille tā-
tum aiam a corpore separata
sequit.

INDEX

sequuntur. fo. 128. fa. 1. Primariū qualitātū calor & Potentiā animæ conueniētes frigus etī maxime actiua sūt, eū sint quinq; cur trimembris minime tamē resistūt. 70. fa. 2 sit facta diuisio. fo. 129. fa. 1. Proprietates elemētōrum sex Potentiārum distinctio vnde sunt. fo. 71. facie 1. sumēda. ibidem. Pruina qd sit, & quādo fiat. 83 Potentiārum diuersitas partim Pruina cur fœteat. fo. 84. fa. 1. perfectionis, partim impetū Pruina quādo iudiciū serenitatis est. fo. eod. fa. 2. us, & qñ effectus cōtarij. ibi. Potentiā vegetatiuæ quæ & Proportio quatuor qualitātū quot officia præcipua. fo. 131. primarum, causa est vitæ lon- ge. aut breuis. fo. 137. facie. 1. riæ, nutritioni, augmentatiōi, Proportio calidi & hūidi cur & generatiōi. fo. eodem. fa. 2. caua vitæ lōgioris aut breui- Potentiā gñatiua prima est ve- ris dicatur, cum tamē quatuor getatiuæ aīæ vis. fo. 132. fa. 1. qualitātū proportio sit. eo. fa. 2 Potentijs duabus homo cœte Præcocia seu præmatura inge- ra animalia excellit. 148 Præter naturā quid. fo. 2. fa. 1. Precepta & prohibitions cur Pricipiū rei naturalis qd. fo. 3 solis rationalibus dentur, & Priuatio quō tranſmutationis quomodo irrationalib⁹ dican- rei naturalis principiū. fo. 13. tur præcepta dari. fo. 2. 4. o. fa. 1. Priuatio quid, & quomodo ad Pueri mente octauo nati, aut rei maleficiū agit cui inest, 14 cito moriūtur, aut miseri vi- Priuatio in corporib⁹ celestis uunt. folio. 106. facie. 2. bus est, quæ tamē nō reddit ge- Pūcta solstitiorū duo, & vbi. nerationi obnoxia. fo. 15. fo. 11. fa. 1. Propter finem omnes res nas- Pueri cur infelicis sint memo- turales agunt, siue viuētes, si- riz. fo. 179. facie. 1. ue non. fo. 19. fa. 2. Vinq; ad motū requi- Præter hominē res omnes na- sita. fo. 38. fa. 2. turales ad finem agūtur a deo Quies qd sit. 44. fa. 2. potius quā agunt. fo. 30. fa. 1. Quantitas corporea Prouidis pauca casualia aut sola ira occupat, vt eodem lo- fortuna contingunt, improui- co aliā nō admittat. fo. 57. fa. 1. dis vero plurima. fo. 31. fa. 1. Quinq; modi sunt locū replē Proprietates temporis quinq; di. fo. eodem. fa. 2. di. fo. 62. fa. 2. Quædā replent, & non occu- Proprietates augmentationis pant. ibidem. sex. fo. 67. fa. 2. Quæstio, an quicq; simpliciter Primæ q̄litates q̄tuor. 69. fa. 2. genere, nec ne? fo. 7. p. fa. 2. Quæstio,

ALPHABETICVS.

Quæstio, qua ratioe ex cōtra pla. fo. 49. fa. 1. ris quatuor aliqd genere. 76 Resistētia, motū in instāte fie- ri prohibet. fo. eodem. fa. 2. Qualitates secūde horū inferi fo. eodem. fa. 2. orū, ex primis nascūtur. eo. 2. Regiones aeris tres, & earum Quæstio, an q̄libet corruptio fo. 20. fa. 1. nē, sua sequat gñatio noua. 77 Regiones quæ sint habitabiles Quæstio, quæ nā sit causa gene- & quæ minime, & quomodo rationis aut corruptionis di- id sit accipiendum. fo. 116. uerſorum temporum. ibidem Respiratione duo habet officia Quæstio, vnde quorundā tā Respiratione alterū necessitatis est, facilis generatio, aliorū vero & quæ omnibus animalibus con- tā tarda ac difficilis. eo. fa. 2. uenit. fo. 155. fa. 1. Quæstio, an corruptū semel Reminisci quid, & qui a mes- possit idē redire. fo. 78. fa. 2. moratione differat, & ad illud Quæstio pulcherrima, qua vī q̄ ad hoc plura requirit. fo. 181. tute aqua terrā partī nudā re- Reminiscētia quō memoriæ linquit, & an violēter, aut no- discōtinuat; dicat. fo. 182. fa. 1. uo semper miraculo. 94. fa. 2. reminiscimur eorū quorū spe- Quadratū & quadrangulare cies adhuc in mēoria heret. ibi. differunt. fo. 13. fa. 1. Reminiscēdi potētia nō eadē Qui diutiū viuant volupta- est cū memoria. fo. 133. fa. 1. tū moderamine. fo. 129. fa. 1. Res corporalis in intellectum Quæstio, cur iudiciū nutri- non agit. fo. 197. fa. 1. endo nequeat perpetuari. ibi. Res quid & cur potissimū nō Quinq; cōcurrerūt miracula tēpore generetur. fo. 183. fa. 2. tēpore passionis Christi. fo. 121. Res segetes collectas putrefa- cit & omnibus vētris fluxū ge- nerat. ibidem. Ranz cū pluuia descen- Atutn⁹ planeta nociu⁹, & dunt. fo. 83. fa. 1. Ratio, qua sēsus, seu po- Scur falce depigat. 106. fa. 2. tētia vna alterā excelle- Saliua licet nō sit mediū re probatur. fo. 193. fa. 2. gustus ad gustationē tamē Res naturalis, quid. fo. 1. fa. 1. requiritur. fo. 161. fa. 2. Res spirituales creatæ, tantū Res spirituales & efficientē cau- Saporū variē sunt species 162. habēt finalē & efficientē cau- fas, corporales nō, ad hæc ma- Sapientes & philosophi, quō terialē & formalē. fo. 18. fa. 2. deū cognouerūt. fo. 200. fa. 2. Res permanentes & successiua, Scripturæ origo. fo. 1. 6. fa. 2. quid. fo. 37. fa. 2. Scdm naturā q̄ dicant. 1. fo. 2. Regulæ p̄portionū septē Ari Seminis pulcherrima confy- stotelis, q̄b⁹ duæ adijciunt. 47 deratio. fo. 133. Regularū p̄portionū exem- Sensus exteriores quinq; 147 Sensibile

Universidad de Deusto

INDEX

Sensibile per se quid, & sensibile
per accidens. fo. 147. fa. 2
Sensibile propriū, & sensibile
commune quid. fo. 148. fa. 1
Sensus omnis specie absq; ma-
teria recipit, & cur planta nō
sentiant. fo. 167. fa. 1
Sensibile excellēs, sensum cor-
rūpit, & quid sensibile excel-
lens dicatur. eodem. fa. 2
Sēsus suū quisq; habet obiectū
organū, & mediū. fo. 168. fa. 1
Sensus nullus, p̄prij obiecti al-
terius specie in se recipit. ibid.
Sēsus debitā obiecti distantia
requirit, licet non omnibus,
sit equalis. eodem. fa. 2
Sensus omnis obiecti sui p̄prij
uationem percipit, & quomo-
do id fiat. ibidem.
Sensus communis vbi situs,
& quod ei⁹ officiu. fo. 171. fa. 1
Sēsus cōmunis necessario po-
nitur. eodem. fa. 2
Sēsus exterior super actū suū
non reflectitur. fo. 172. fa. 1
Sensus cōmunis an obiectum
presens requirat, vt eius specie
in se seruet, dubitaf. 173. fa. 1
Sēsum interiorum nomina
variantur. fo. 175. fa. 2
Senes infelices sunt memorię
quę tamē in iuuetute memo-
rię mādauerūt tenacissime ser-
uat, & huius causa. fo. 173. fa. 2
Sensualitas seu appetitus in-
ordinatus appetitus, vnde in
natura humana. fo. 232
Sensualitas quantū volūtati re-
sistat, & ex ea difficultatem in
via virtutis nasci. fo. 223.

Sensualitas quatenus vitio des-
tur. fo. 235. fa. 1
Siccum formā impressam op-
time seruat. fo. 76. fa. 2
Signa pluuię. fo. 83. fa. 1
Signa terrę motus. fo. 86. fa. 1
Signa borealia, seu septentriona-
lia aut arctica sex sunt, rariūm
sex meridionalia, australia, seu
antarctica, & cur ita dicta. 113.
Signum nullū æquali distantiā
ab vtroq; polo distat, & quomo-
do libet in longitudine gradus
habet. 30. ibidem
Sol cur deorum & hominum
pater sit dictus. fo. 109. fa. 2
Sol cur neque primo, neq; in
fimo ponatur loco, ibidem.
Solis in scriptura magnificē-
tia mentio. fo. 110.
Sol diuino v̄bo cōparaf. 111.
Solstitiū hyemale & æstiuale
quid, & quā do sit, & quomo-
do sol stare dicaf. fo. 113. fa. 2
Sonus quid, & tria ad ipsum
requiri. fo. 152. fa. 1
Sonus in suo medio est, quod
nulli aliorum obiectorum cō-
tingit. eodem. fa. 2
Son⁹ mediāte locali motu, ibi-
dem.
Sonus prim realiter, prim p̄-
sentiā specie in aere est. fo. 153
Son⁹ fortior cur nō semp lon-
gius audiatur. eodem. fa. 2
Sonus & in aqua & in aere re-
cipitur. fo. 154. fa. 1
Somnus quid. fo. 184. fa. 1
Somnus duplici de causa ne-
cessarius est. ibidem.
Somnus vti cibus necessarius
est. eodem. fa. 2
Sōn⁹

ALPHABETICVS.

Somno quatenus vniciq; v-
tendum. fo. 185. fa. 1
Somno immodico dediti, cui-
uis officio exequendo inido-
nei redduntur. eodem. fa. 2
Somn⁹ quomodo fiat, & quō-
mēbra dormiētis a motu pro-
hibeantur. fo. 185. fa. 2
Somnus vnde sortior aut des-
hilior. fo. 186. fa. 1
Sōnus potissimū ad vegetati-
uas potētias ordinatur. eo. fa. 2
Sōnus postremo loco sensum
reparat. fo. 187. fa. 1
Somnus matutinus cur casti-
tatis inimicus, ibidem. sus.
Sōnia quę dicantur superna
turalia. fo. 188. fa. 1
Somnia animalia quę, & cu-
ius indicia, eod. fa. 2
Somnia naturalia quę, & vn-
de proficiantur. fo. 189
Sōnia mala, viris optimis si-
ne crimine cōtingūt. eo. fa. 2
Spiritus moriui, & sensitui,
vnde oriuntur. fo. 186. fa. 1
Species rez; nō sunt anime cō-
creata, nec ipsę quocq; animę
simul creata sunt. fo. 194. fa. 2
Spes vnde oriat. fo. 222. fa. 1
Species viuientium corruptis-
biles sunt. fo. 143. fa. 2
Stipulę ardētes qd. fo. 81. fa. 2
Stellę firmamētū in sex magni-
tudis differētias diuidunt. 96.
Stellę innumere sunt in firma-
mēto, hic visu nō notabiles. eo
Stellę fixę scintillant, & cur
fixę dicantur. fo. 106. fa. 1
Stellę & luna, cur de die non
videantur. fo. 148. fa. 1
Superficies plures se simul per-
mittunt. fo. 57. fa. 1
Successio impedit durationē,
vt occupatio repletionē fo. 62
Superficies quę cōuexa dicaf
& quę concaua. fo. 54. fa. 1
Superficies quid. fo. 91. fa. 1
Sydus volans quid. fo. 81.
T Angēdi modi quatuor
sunt. fo. 68. fa. 1
Tactus organū, mediū,
& obiectū, quid. fo. 162. fa. 1
Tactus, solus oim sensuū anis
mali est necessarius. fo. 163
Tactus cur per totum sit diffu-
sus. eodem. fa. 2
Tactus nō qualitatibus p̄cipit
nudatus, vt alij sensus. fo. 164
Tactus perfectio, aliorum ten-
sum perfectionē non arguit,
nec ediuerso. fo. 165. fa. 2
Terminus a quo, quid. 38. fa. 1
Termin⁹ ad quē, quid. 39. fa. 2
Terminus ad quē dignior est
termino a quo. fo. 39. fa. 1
Terminus ad quē, motū deno-
minat. ibidem.
Termin⁹ ad quē, mot⁹ distinguit
specie, genere, aut numero. ib.
Terminus a quo non distins-
guit motum. eodem. fa. 2
Terminus a quo, & ad quem
dicuntur per se primo, ratione
partis, & per accidēs. 45. fa. 1.
Tps quid, & ei⁹ duplices pars
tes, & quō nūerus dicaf. fo. 60
Tepus omnia mēsurat, sed for-
lū motū primi mobilis intrin-
sece, cui & æquale est. eo. fa. 2
Tempus dicitur mensura vni-
uersalissima, eo q̄ primū mo-
tum

Universidad de Duisburg

INDEX

sum mensurat. ibidem. Tropicus capricorni seu hyes
 Terræ motus quid. fo. 85. fa. 2. malis quid, & vnde tropicus
 Terra mobilis est omni motu, dicatur. ibidem.
 & quomodo punctū & cetrū Tremor & pulsus, quid differ
 dicatur mundi. fo. 95. fa. 2. rant. fo. 85. fa. 2.
 Terra vnde suā habeat immo
 bilitem. fo. 97. fa. 1. **V**acuum impossibile est
 Terra esse rotundā, quomodo esse. fo. 57. fa. 1
 intelligatur. fo. eodem. fa. 2. Vacuū quid sit. 8. fa. 2
 Terra cur montosa sit, & valli Vapor quid. fo. 81. fa. 1
 bus plerisque i locis disticta. ib. Varietas figurarū in aere appa
 Terræ quantitas. fo. 98. fa. 1. Vapor, est materialis causa eo
 Tēpus vitæ humanæ, pro di rū quæ in infima & media aë
 uersis mūdi ætatibus, aliud ats ris regiōe generant. 82. fa. 2.
 que aliud fuit. fo. 142. Vapores qui somniū generēt,
 Tempus cæterorū viuentiū, & qui impediatur. fo. 186. fa. 2.
 quoque diuersum fuit, ibidem Vetus quid, & vnde qualitas
 Tenebræ quid. fo. 149. fa. 2. tes & nomen sortitur. fo. 85
 Terminus priuatius tribus vti principales q̄ruor eo. fa. 2.
 capitur modis. fo. 170. fa. 1. Ventus est aer motus. ibidē.
 Terribile plus mouet ad fugā, Venus, nūc lucifer, nūc helpe
 quam delectabile ad prosequi rus dicitur, & quæ eius qualitas
 tionem. fo. 219. fa. 1. tas, color, & situs. fo. 107. fa. 2.
 Timor quid sit. fo. 213. fa. 1. Venus solem vt coniugē co
 Tonitruum quid. fo. 86. fa. 1. mitatur. fo. 109.
 Tonitruū fulmine prius est, li Venus qualitatū mulieb. tam
 cet posterius percipiatur. ibi. est effectiua, vt sol viriliū. ibi.
 Torrida zona quid, & q̄ viuē Ven⁹ immoderata specib hūa
 tib⁹ p̄beat habitationē. ibi. fa. 1. nā miris modis debilitat. 144.
 Trinitas beata declaratur & a Veritas & falsitas, quō sunt in
 doratur. fo. 28. fa. 2. intellectu. fo. 210.
 Triplex significatio dictionū Viruli cū pluuia descēdūt. 83.
 motū significatiū. fo. 40. fa. 2. Visio quomodo fiat. fo. 148.
 Tri ad motus continuitatem Visiua potētia, oculus, & ani
 requiruntur. ibidem. ma, diuersimode videre dicū
 Tribus modis quippiam dici tur. fo. eodem. fa. 2
 tur esse in loco. fo. 57. Visibilia quædā duplici ratio
 Tropicus cancri, seu æstiuales, ne vidētur, nocte dieq̄, diuers
 quid. fo. 115. fa. 2. sa tamen ratione; alia etiā eas
 Tropici, respectu quorū hyes dem ratione. fo. 149. fa. 1.
 malēs & æstiuales dicātur. ibi. Vigilia quid. fo. 184. fa. 1
 Vigilia

ALPHABETICVS.

Vigilia corp⁹ exiccat, vt ieiū. Voluntas dominiū habet sop
 mum. fo. eodem. fa. 2. proprios actus, & sup aē⁹ ap
 Virgo beata ab omni motu ins peritus sensitui. fo. 229.
 ordinato fuit imunis. 212. fa. 2. Voluntas a sensualitate vni
 Vocabula actionē in aia ma ci nō potest, nisi se dedat, licet
 nenti significātia, quadruplicē ab ea vexari possit. fo. 224.
 habēt significatiōē. 40. fa. 2. Voluntas omnibus viribus
 Vorago quid. fo. 80. fa. 2. animalibus dominaf, & quos
 Vox quid & quibus cōueniat modo hoc sit accipiēdū. 237.
 fo. 154. Volūtas liberima est, nec ad
 Vox ex natura tā in brutis q̄ actum suū cogi potest, nec vt
 in hominibus aliquid signifi inferiori potentia suū actum
 eat. eodem. fa. 2. præcipiat. fo. eodem. fa. 2.
 Vocis altera definitio. fo. 155. Voluntas sola meretur, & des
 Vocalis arteria qd, & cur o meretur. fo. 238.
 perculū habeat, & vnde tussis
 ex risu. fo. eodem. fa. 2.
Z
 Vox articulata & inarticula
 ta quid. fo. 156. fa. 1. Enith capitis quid. 114
 Vox inarticulata quoq̄ natu Zodiacus circulus quis
 rāliter significat. fo. eod. fa. 2. & ipse omnium circuo
 rum solus longitudi
 Vox articulata quæ instrumē nem habet. fo. 112. fa. 2
 ta requirat. fo. 157. fa. 1. Zodiacus iuxta longitudinē
 Vox articulata, nō semper si in duodeci signa secat. 113. fa. 1
 gnificat. fo. 156. fa. 2. Zodiacus, qui & signifer, &
 Vocē formare & loqui diffe pacto appelleretur. ibidem.
 runt. fo. 156. fa. 1. Zonæ cæli, quinq̄, & secun
 Volūtas quid sit, cōparatione dum eas quinq̄ sunt plage seu
 appetitus sensitui docet. 217. regiones. fo. 116. fa. 1.

☞ Finit index Alphabeticus. Sequentis operis.

☞ Sequuntur errata, quæ alicuius videban
 tur esse momenti.

☞ Folio. 17. facie. 2. linea. 5. lege. nullum videbitur incons
 ueniens, illic nimirū vbi horror sempiternus & terror. fol.
 37. fa. 1. li. 9. & 1. lege aeris. li. 22. intrans. fo. 43. fa. 2. li. 7. te
 pore. fo. 51. fa. 1. li. 21. vt cumq̄. fo. 55. fa. 1. li. penultima, id cu
 ius est. fa. 57. fa. 2. li. 17. arefacto membro. fo. 59. fa. 1. li. 11. a

ERRATA

fine in fontibus: li. 13. a fine obstructum. Fo. 61. fa. i. li. 9. a fine, temporis mensuram. Fo. 66. fa. 1 li. 2 a nutritione: linea. 18 nimis diutinam. fa. 1. li. penultima dum aufertur. Fo. 70. fa. 1 li. 6. in tanta. Fo. 71. fa. 1. li. 7. altercatio. Fo. 73. fa. 2. li. 1. p. 2 si. pumices. Fo. 81. fa. 2. li. penultima. Si vero mediocres. plus simpliciter & c. Fo. 86. ad marginē, anticipati. Fo. 87. fa. 2. li. 7. a fine regularem quoq; & vniiformē omnino, vt magis vniiformē veriore & c. Fo. 88. fa. 1. li. 19. non solum vnum. Fo. 94. fa. 2. li. 3. a fine. Verum cum. Fo. 96. fa. 1. li. 4. circulariter mouetur solo. Fo. 98. fa. 1. li. 13. stadio cum ducenta milia. Fo. 102. fa. 1. li. 12. discedentes: fa. 2. li. 26. (sub firmamento. Fo. 108. fa. 2. li. 15. ita oppositis: li. 21. exillente coniunctione. Fo. 127. fa. 1. li. 21. definiri potest anima: fa. 2. li. 2. p. operatio num quarundam. Fo. 142. fa. 2. li. 6. posse protendi. li. 8. tempus. 120. annorum. fo. 148. fa. 2. li. 7. vt humor. Fo. 150. fa. 1. ad marginem. Perpicuum visus medium. Fo. 153. fa. 1. li. 26. aeris immutari. Fo. 154. fa. 2. li. 18. attritu branchiarum. Fo. 159. fa. 1. li. 18. ad ea: li. 3. a. si. euaporationes quasdam & (vt ita dicam effumationes aliquas efficere per tenuis vaporis & c. Fo. 161. fa. 1. li. 21. presentes sunt. Fo. 177. fa. 2. li. 21. depositum repolcere. Fo. 180. fa. 1. li. 19. in corporalibus. Fo. 189. fa. 1. li. 5. a fine, cacaturicus. Fo. 208. fa. 1. li. 4. intellectum alterius. li. 18. Qua in re. fa. 2. li. 30. efficit per seipsum. Fo. 216. fa. 2 li. 5. a fine, iuxta rationem. Fo. 226. fa. 2. li. 11. digressi sumus: li. 7. a si. appetitit sensitiuo. Fo. 231. fa. 2. li. 5. vt ad aliud. Fo. 234. fa. 1. li. 5. a fine leuerit deuenire. Fo. 239. fa. 1. li. 1. non fiet: fa. 2. linea penultima, ad moralem.

Si quæ alia forsitan occurrant minutiora prudens lector per seipsum facile deprehendet.


PRAEFATIO IN SEQUENTIBUS DVODECIM LIBROS.

de Consideratione rerum naturalium.

AD omnipotentis Dei gloriam, patris, filii, & spiritus sancti, omnium & spiritualium, & corporaliū conditoris æterni, rerū naturalium cōsiderationē pertractare cupientes, congruū existimauimus, ea quæ a Philosophis, naturæ inquisitoribus, sōge lateq; disputata atq; modis varijs diffuse tractata sunt, succincte breuiterq; colligere, ac veluti in compendiu redigere: vt qui ad creatoris meliore pleniorē noticiā, creaturarū cōsiderationē forte exquirierint, nostro hoc cōpendio præcauere valeāt tēporis omnium preciosissimi dānosa dispēdia. Neq; cōm dubiū est, quin creaturarū visibiliū & rerū naturalium recta cognitio plurimū omnino habeat momentū, ad omnipotentis Dei pleniorē cognitionē, apud eū qui fidei lumine illustratus interior, quæ cūq; oculis foris contēplatur, aut naturali etiā ratione ex eisdem venatur, in Deū studet creatorē reuerere, adq; eius potentia sapientia, & bonitate contēplandā omnia referre. Siquidē inuisibilia Dei (quæ admodū Apostolus ait Romanis scribēs) a creatura mūdi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciūtur, sempiterna quoq; eius virtus atq; Diuinitas: ita vt inexcusabiles sint, qui ex creaturarū cognitione non studerint dignas creatori gratias referre, cultuque debito famulari. A magnitudine enim speciei & creature (vt sapiens alius attestatur) cognoscibiliter poterit creator operū mirabiliū, quæ mūdos ille habet, videri. Neq; difficile erit ijs in quibus est scientia Dei, cū specie delectantur mirabiliū quæ habet mūdos, virtutemq; & opera eorū mirati fuerint, intelligete ex his, quanto eorum dominator est speciosior, qui hæc omnia constituit, & quanto fortior est illis, qui de nihilo scit omnia. Hunc ergo nostræ cōsiderationis scopū habentes proposuimus, ex ijs quæ a naturalium rerū tractatoribus fulus tractatur, velut ex immenta sylua, præcipua quælibet colligere curabimus; ea potissimum

Rom. 1.

Sap. 13.



que nostro maxime deferuire queat instituto, ijs reiectis, aut certe relictis, que minus videbuntur nostro proposito oportuna. Solent enim ex ijs qui naturalia tractant nonnulli, acuta quidem & subtilia multa differere, quibus sua ingenia ostentando aliena exercitent, ea vero in quibus pietatis est questus vberior, vel negligere, vel sic copede pertransire, Nos vero institutum contrarium animo propositum habentes, nemo calumnetur, si quae eius modi sunt nos videat vel praetermississe, vel parcius attingisse. Ob quam etiam causam in libris sex posterioribus, multa verborum copia, & similitudinum multiplicium adductione, conati sumus pro virili nostra, quam lucidissime plenissimeque omnia tractare: cum in libris prioribus (maxime autem in tertio, quarto, quinto, & sexto) breuius plerumque sermone rem tantum perstringentes, potius eam indicemus, quam penitus explicemus. Videntur enim ea quae in posterioribus libris tractantur multo magis ad Dei cognitionem & scientiam veritatis esse utilia atque necessaria, quam ea quae in prioribus illis enumeratis libris traduntur. Proinde nemo nostrum calumnetur propositum, ubi praeter quorundam consuetudinem (qui prioribus maxime inharet, posterioribus vel in totum, vel certe magna ex parte neglectis) nos viderit egisse. Siquidem non tam ad ingenij exercitationem, quam ad pleniorum de Deo cognitionem & pietatis qualemcumque venationem, nosse ista labor deludauit. In scribendo autem hac libertate vsi sumus, ut nullius scriptoris ordine nos pateremur constringi: sed nostro iudicio, ubi commodissimus visus est locus, singula locauimus, quae prolixius dicta videbantur plurima abbreviantes, ut copendijs scriptoribus decerebat, nonnulla contractius dicta quantum utile videbatur latius explicantes, nonnunquam humanis diuina, temporalibus aeterna, ex fidei illuminatione commiscetes: ut ne purus esset Philosophiae hic tractatus, sed Philosophiae praeriter & Theologiae commixtio. Non est enim dignum, ut avilius Christiani scriptoris operibus alicubi absit Deus, qui caelum & terram sua maiestate adimplet, sicut creauit, ita & continet omnia, qui est benedictus in saecula, Amen. De rebus igitur naturalibus hac ratione tractare volentes, ab ipsis earum principijs exordiemur determinationem, si prius quid res naturalis sit, quidque natura, breuiter explicauerimus.

LIBRI PRIMI, QVI EST Fo. 1.
de principijs rerum naturalium.

CAPVT PRIMVM.

Quid sit res naturalis, & de quibus sit in presenti libro tractandum.

Res naturalis dicitur, quae ex naturis constat.

Quae secundum graecam appellationem, alio nomine corpus physicum siue res physica solet appellari, si quis dem graecis φυσικόν, idem est quod latinis natura. Res naturales sunt, omnia corpora quaecumque ex materia & forma componuntur, ut caeli, elementa, & quaecumque sub eis sunt mixta, siue animata, siue inanimata. Angeli autem res naturales non sunt, eo quod ex naturis non componantur, sed puri actus sunt, & formae immateriales. Et de his quidem rebus quae naturales non sunt, in his libris per se tractare non intendimus, sed de rebus tantum naturalibus, quae sunt subiectae sensibus. Nonnunquam tamen ubi se occasio obtulerit, si de illis quoque non nihil dixerimus, non prorsus nostro instituto contraibimus, quandoquidem proximae sunt deo mentes angelicae, & corporeis omnibus illi accedunt vicinius. Atque ob hoc, cum a corporeis rebus ad deum transire contendimus, commodius nonnunquam spiritualium mentium considerationem velut mediam intermiscimus, quo sic velut gradatim, ab imperfectioribus ad perfectiora, in deum qui est perfectissimus, ordinatus dirigamur. Erig ergo rerum naturalium determinatio, nostrae considerationis praecipua materia; Dei autem cognitio, considerationis ipsius primaria intentio; angelicae vero naturae sicubi admiscebitur mentio, ad priora nonnihil praestabit adiumentum.

CAPVT SECVNDVM.

Quid sit natura & quotuplex.

Natura est substantiale principium, mutationis, num atque accidentalium formarum, rei conuenientium, vel effectiuum vel susceptiuum. In qua

Hec tractat Aristoteli in initio. 2. libris physicorum.

Ari. 2. in physicis



DE PRINCIPIIS RERVM

qua definitione posita disiunctiua coniunctio, duplicem innuit naturam, quarum altera sit principium effectiuum, nempe substantialis forma, altera vero susceptiuum principium, nempe materia. Omnes enim mutationes & dispositiones accidentariae formae res naturalibus conuenientes, efficiuntur ab earum formis substantialibus, & conseruantur ab eisdem, quemadmodum calor ignis, a forma substantiali est eius: & cum aqua violenter calefacta ad frigus redit, a forma substantiali frigus illud efficitur: similiter & cum ipsa nimium rarefacta, ad iustam densitatem se reducit, ignis quoque per formam suam, se mouet sursum, lapis, deorsum item per suam formam. Non solum autem qualitates conuenientes, & motus ad proprias perfectiones, a forma sunt, verum etiam operationes omnes & motus omnes illis naturaliter conuenientes, quibus agunt in exteriora. Vt cum ignis agit in aquam, aut in aliam quamlibet materiam, calefaciendo, incendendo, sibi assimilando, a forma substantiali sunt haec omnia. Materia vero subiectum est & receptaculum, in quo conseruantur & permanet quaecumque rei conueniunt, ad actionem autem non concurrunt. Propter quod, passiuum tantum principium est, non etiam actiuum.

Ceterum, quod in definitione dicebatur principium substantiale, excludit accidentia omnia, quomodus naturae dici possunt. Sunt enim quaedam accidentia, quae videntur quarundam mutationum rebus conuenientium quaedam esse effectiua principia, quemadmodum (exempli gratia) ipsa ignis leuitas, causa quodammodo est & principium quoddam motus eius sursum, & ipsa lapidis grauitas, principium quoddam est motus eius deorsum. Sunt enim quaedam principia, & quaedam causae secundariae horum motuum, & velut instrumenta, quibus mediantebus formae ipsae substantiales ut principalia principia & causae primariae, motus eiusmodi efficiunt. Non sunt autem naturae, quoniam principia substantialia non sunt. Est enim principium substantiale, quod rem substantialiter constituit atque componit, quemadmodum videlicet ex materia & forma componuntur res naturales, tanquam ex suis partibus.

NATURALIUM LIBER I.

Fo. 2.

suis partibus essentialibus atque substantialibus, a quibus naturis duabus, res naturales denominantur. Non autem ex leuitate, ignis constat, neque ex grauitate, lapis. Quare neque naturae rerum dicendae sunt, sed potius entia secundum naturam, quemadmodum infra plenius declarabitur. Ceterum, Aristoteles in secundo libro de physico auditu obscurior est quidem verbis, sed in sententia aequivalentem, ponit definitionem, quae ex praedictis euadet facilius. Sic itaque naturam desinit Aristoteles.

Natura est principium quoddam & causa, ut id moueatur atque quiescat, in quo primo, per se, & non per accidens inest.

Quae quidem definitio, conformiter ad praedicta, sic debet intelligi. Natura est principium quoddam, id est, substantiale principium, siue effectiuum siue susceptiuum, & causa siue materialis siue formalis, siue effectiua siue conseruatiua: principium (inquam) & causa, ut id moueatur atque quiescat, in quo ipsum tale principium inest, hoc est, motus vel quietis rei naturalis, in qua tale principium est, primo id est, principaliter: per se, id est, tanquam pars essentialis ipsius rei naturalis: & non per accidens, id est, non sicut aliquid accidentaliter inexistens, vel essentiae extraneum. Vbi hoc peculiarius notandum est, coniunctionem copulatiuam, atque locutionem disiunctiuam coniunctionis accipiendam esse, ut sit sensus, principium quoddam ut id moueat vel quiescat &c.

CAPVT TERTIVM.

Quae dicantur habere naturam & entia secundum naturam.

Naturam autem habent, quaecumque naturale principium habent, hoc est, Naturam dicuntur habere, quae formam substantialem & materiam sub nomine naturae prius definitas habent tanquam partes essentielles sui. Huiusmodi



DE PRINCIPIIS RERVM

modi sunt oēs & solę substantiæ corporales, quę su-
pradiçtę sunt res naturales. Excluditur autę ab hac
definitione materia, (quę formā in se videtur habere)
eo quod ipsam non habeat tanquam partę essen-
tialę sui, cū sit omnino simplex & incōposita, tãcti
cum forma vnū tertū constituit, cuius pars existit.
Definitio autę entium secundum naturam, hęc est:

Secundum naturam sunt, & hæc ipsa, &
etiam ea quę hisce per se competunt.

Quę definitio sic intelligitur. Entia secundū natu-
ram dicuntur hæc ipsa, id est, res habentes naturā, &
ea quoq; quę rei secundū naturam conueniūt & c.
quemadmodū accidentarię dispositiones & motus
rebus naturalibus conueniētes, dicuntur esse eis se-
cundum naturā, vt igni, secundū naturā sunt, calor,
siccitas, raritas, leuitas, motus sursum calefacere, ex-
siccare, A quę secundum naturā sunt frigus, densitas,
grauitas, humiditas, motus deorsum, frigefacere,
atq; ita in ceteris. Quę vero nature rei non conue-
niunt, non sunt entia secundū naturā, vt quę ab ex-
trinseco, per violentiam rei cuiuslibet imprimuntur,
quemadmodū in aqua calor & in lapide motus sur-
sum, ignis percussio ad locum deorsum.

quid
ens cō-
tra na-
turam.

Et quidē si forma rei contranitente, per violentiā
prædominantis agentis hæc fiat impressio, dicuntur
entia contra naturā, quęadmodū exemplū est in ijs
quę statim posita sunt. Cōtra nititur enim forma
quę, ne calorem suscipiat, licet præualens ignis im-
primat eū violētę, & lapidis forma, ne ipse mouea-
tur sursum cōtra nititur, quę res magis moueri deor-
sum, ltidē & forma ignis, motui deorsum reluctat.

quid
fit præ-
ter na-
turam.

Si vero id quod ab extrinseco imprimitur, nō re-
pugnat nature, neq; introducatur cōtranitēte natu-
ra, sed pmittēte (eo quod sicut nō cōuenit, ita ei nec
aduertatur neq; officit) præter naturā id esse dicēdū
est, quęadmodū impressus in lapidē impetus ad mo-
tum lateralē, in loco plano. Hic em̄ motus sicut la-
pidi secundū naturā non conuenit, ita secundū eam
nec ad

NATURALIUM LIBER I.

nec aduertatur, vnde præter naturā dicēdus est. Hęc
ve magis clareat ponit Aristoteles hanc diuisionē.

Eorum quę sunt, quędam sunt natura,
quędam ob alias causas.

Cuius hic est sensus: rerum productarū; quędā a na-
tura naturaliter agente producuntur; Alię alijs a
causis, quippe ab arte, a libera volūtate, casu aut for-
tuna, quorum exempla ex sequentibus patebunt.

CAPVT QVARTVM.

De rerum naturalium principijs in genere, atque
tribus eorum conditionibus.

DE numero & assignatione principiorū rerū
naturalium, varie admodū senserunt veteres
Philosophi, quorū vt non est admodū opes
ræpretium, ita neq; propositum singulas sigillatim
sententias adducere, aut errores impugnare. Si quę
forte oblectant eiusmodi, is Aristotelē consulat pri-
mo physicorū libro, quę de principijs rerum natura-
lium scripsit, & abunde illi (ni fallor) forsitā & vsq;
ad nauseam, erit satisfactū. Nos vero Aristotelis sen-
tentiā (qui ceteris certiora magisq; consentanea in
Philosophicis rebus descripta reliquit) insequentes,
atq; adeo veritatē ipsam, quam fidelium doctorū om-
nium vnanimis firmat consensus, duo tantum rerū
naturalium principia ponimus, nempe materiā & for-
mam, quę substantialiter (vti supradictū est) rem na-
turalem constituūt. Priuatio enim, tãcti (vt post
dicetur) principium transmūtatiōis rerum naturalium
admittatur, non tamen principium rerum naturali-
um admitti debet, cum res naturales ex priuatio-
ne non componantur.

Principia igitur prima rerum naturalium
sunt, quę neq; ex sese mutuo, neq; ex al-
ijs fiunt, & ex ipsis omnia esse oportet.

Ex qua descriptione tres colliguntur eorum condi-
tiones,

DE PRINCIPIIS RERVM.

Tres conditiones, quarum prima est, ut simplicia sint penitus. & ditiones ex alijs non composita. Quod intelligi debet de partibus alterius rationis, siue de partibus essentialibus. Nam materia omnis, ex partibus componitur tanquam integrantibus ipsam, non autem ex partibus alterius rationis siue essentialibus. Quaelibet enim materia pars, eiusdem rationis & speciei est penitus, cum tota ipsa materia. Non tamen componitur ex alijs partibus essentialibus, quasi ex alia ulterius materia ipsa componeretur, alioqui processus fieret in infinitum. Sic & forme substantiales omnium rerum naturalium, praeter animam rationalem partes habent integrantes ex quibus componuntur. Sunt tamen etiam ipsae rerum principia, neque ex ullis partibus essentialibus componuntur.

Secunda conditio est, ut non componantur ex se inuicem. Materia enim non est ex ulla forma composita, neque formam ullam in se habet ex qua componitur, neque item forma, materiam habet pro parte sui. Ex quo patet, secundum eos qui formam corporeitatis distinctam ponunt in corporibus a formis ultimis, compositum illud ex materia prima & forma illa corporeitatis, non esse principium rei naturalis, tamen si pars sit ipsam componens, quoniam simplex non est, sed ex materia & forma compositum. Tertia vero conditio est, ut ex ipsis res omnes naturales substantialiter constituantur, quam conditionem manifestum est materiae & formae conuenire. Omnis siquidem res naturalis, ex materia & forma, tanquam ex partibus essentialibus atque substantialibus constituitur. Huius autem conditionis defectu, formae artificiales (ut forma statuæ) principia non sunt, quoniam ex ipsis nulla res naturalis componitur, sed tantum artificialis, ut ex forma statuæ cum materia componitur statuæ, quæ est opus artis, non res naturales. Hic animaduertendum est, aliud esse principium rei naturalis, ex quo videlicet ipsa res tanquam parte essentiali intrinseco componitur: iuxta interpretationem conditionum positarum: & principium transmutationis rei naturalis: quod videlicet ad rei naturalis generationem seu productionem res

NATURALIVM LIBER I.

nem requiritur: siue in generato postmodum maneat, siue non. Priuatio siquidem formæ substantialis ad generationem requiritur; in producto tamen nequaquam mansura. Nihil enim potest generari substantiale, absque formæ preexistētis in materia expulsiōne. Nam ex homine cadauer non fit, nisi rationali anima migrante, nec ex aere aqua nisi aeris forma substantia cedente. Siquidem incōpossibiles hæc formæ sunt, idem in ceteris videre est. Sunt itaque tria transmutationis rerum naturalium principia, sed non item tria rerum naturalium principia. Duo enim sunt & non plura.

CAPVT QVINTVM.

De materia, ut est alterum principium rerum naturalium. Duertendum est autem hoc loco, cum materiam dicimus rerum naturalium esse principium, eamque alteram esse naturam, accipi debere non (ut vulgo solet) pro qualibet materia etiam artificiali, quemadmodum aurum, argentum, siue lignum statuæ ex aliquo ipsorum factæ, dicitur esse materia. Pro quo est intelligendum duplicem distingui solere materiam, nempe primam & secundam. Secunda materia dicitur, quæ ex alia ulterius materia tanquam ex parte essentiali componitur, neque pura potentia est, sed formam etiam in se includit, ut partem substantialem sui. Quemadmodum cum in exemplo supra adducto, aurum vel argentum dicitur materia statuæ aureæ siue argenteæ, quoniam ex ipsa & forma per artem introducta, una componitur res artificialis, quæ statuæ dicitur. Non est tamen aurum materia prima, sed secunda tantum, quoniam priorē habet aliam, in quam ut in partem resoluitur, ex qua simul cum forma sua substantiali, componitur. Sic item compositum ex materia prima & forma corporeitatis, materia prima non est, sed secunda tantum. Atque hanc quidem materiam secundam, non est difficile, ne rudibus quidem intelligere. Ceterum ad intelligendum secundum veritatem & proprietatem, quid sit prima materia, quæ hic natura esse dicitur, & principium alterum substantias rerum naturalium, subtiliorē adhiberi oportet mentis contemplationem, & intelligentiæ aciem fixius intendere.

DE PRINCIPIIS RERVM

tendere. Neq; satis recte potest intelligi, nisi per cō-
 parationē ad formā, quemadmodū ait Aristoteles,
 materiam per analogiam ad formā esse cognoscibi-
 telis no- lem, id est, per comparationē & relationem ad for-
 tatu di- mam sicut & omne relatiuum per collationē cum
 gnūm suo correlatiuo melius atq; perfectius intelligitur,
 neq; satis vnum absq; altero potest agnosci.

CAPVT SEXTVM.

Quid sit materia prima & quomodo cognosci
 debeat, quodq; nō sit proprie ens nominada.

Est igitur materia prima, primum v-
 niuscuiusq; subiectum, ex quo quip-
 piam eo fit pacto, vt non per accidens
 insit, & si corrumpitur, ad hoc vltimum
 sane proficiscetur.

Quorum verborū hęc est sententia, materia prima
 est subiectū primum & vltimū omnis formę, tam
 substantialis q̄ accidentalis, & velut nouissimū sub-
 sterniculum, quod in se formam substantiale recipit,
 formęq; substernitur cum ea rem naturalē pariter
 componens, ita vt si quam rem naturalē per ablati-
 onem omniū formarū corrumpere contingeret, ad
 ipsam materiā nudam deueniendū esset. Verū hoc
 impossibile quemadmodū & ipsam materiā omni-
 forma spoliari. Vbi cum dicitur subiectū primū &
 vltimum, excluditur omnis materia secunda. Ipsa
 enim tametsi alterius formę subiectū sit, subiectum
 tamē primum siue vltimū non est, quod ex sua ma-
 teria & sua forma tanq̄ ex partibus cōponitur, sed
 vltterius siue prius subiectū habet, illud formę habi-
 tuculum & substerniculū, quod in se formā nullam
 habet tanquam sui partē, sed tantum accidentaliter
 velut hospitem recipit formam substantiale, vt vna
 cum ea, nō seipsam sed rem naturalē componat. Ma-
 teriam ergo primā intelligere volens, ad illud sub-
 sterniculum vltimū debes intellectū conuertere, in
 quo

NATVRALIVM LIBER I.

quo non includatur tanquā pars eius vlla omnino
 forma. Donec enim formā simul intelligis vt partē,
 materiam primam non concipis. Materia enim
 ex sese pura potentia est, & quasi nihil per se, hoc est
 nullam formā sibi habens intrinsecā, ex qua cōpona-
 tur neq; ad aliquod particulare esse determinata, cū
 formā nullam habeat intrinsecā, cuius est dare esse
 determin- tū, sed fieri ex ea potest quodlibet, secun-
 dum aduenientium formarum varietatē, Itaq; per
 se quidē nihil esse videtur materia, nec simpliciter
 ens dicenda, neq; simpliciter res, neq; bonū, sed quā-
 si nihil. Est enim nihilo vicinissima, & inter om-
 nia quę a deo creata sunt aut facta, imperfectissima.
 Quare inter omnia, ab optimo & summo & veris-
 simo ente deo domino q̄ longissime distat, cum ipse
 sit esse plenissimum & perfectissimū, actusq; purissi-
 mus, nihil habēs potentię admixtum. Illa vero est
 mera potentia, nullā habens essentię stabilitatem,
 nullumq; propriū esse, sed a forma tantū quodāmo-
 do esse mutuatur accidentale, vt quoties de forma in
 formam transit, toties suum quod habet accidenta-
 rium esse cōmutet. Quemadmodū accidentiū subs-
 iecta, quoties de accidente in accidēs transeunt, pri-
 us esse accidentale, quod secundū formā abeuntem
 habebant perdunt, & nouum esse accidentale, secun-
 dum qualitātē aduenientē, acquirunt. Veluti cum
 homo qui albus erat, fit niger, perdit esse albū quod
 habebat, & acquirit esse nigrum quod nō habebat.
 Ita cum materia prima de forma aque sub qua fuit,
 mutatur vt sit sub forma ignis, desinit esse materia
 aque, & fit ignis.

CAPVT SEPTIMVM.

Quemadmodum materia non sit actiua, &
 a deo longissime distet.

Illud vero de materia diligenter considerandū
 est, quod mera potentia sit, nihil actus in se essen-
 tialiter habens, ac proinde susceptiua tantum est
 atq; passiuā, nulla autē ratione actiua. Forma enim
 a qua est esse, ipsa etiā est a qua omnis procedit actio
 atq; motio, & omne quod agit, per formā agit, quē

Materia
 prima
 nihilo
 vicinissi-
 ma.



DE PRINCIPIIS RERVM

admodum & omne quod est, p[er] formā est hoc ipsum quod est. Vnde quāto formā rerū sunt perfectiores, tanto res ipsā quārū sunt formā, nobiliores habēt actiones, atq[ue] dispositiones perfectiores. Quēadmodum anima rationalis (quā est omnīū formarū nobilissima) nobilissimas dat homini prae omnib[us] creaturis operationes, quemadmodum & caelestes formae, suis corporibus dant potētissimas. Vnde & formae illae immateriales (caelestes dico spiritus) quae sunt formae per se subsistentes, & actus puri, nō possunt cū materia cōmisceri, potētia atq[ue] virtute lōge superant cetera creata omnia, atque adeo rationalem ipsam animam, quatenus cū materia habet naturale cōmerciū. Et super omnia benedictus deus qui est forma perfectissima & actus purissimus, super omnes formas alias creatas, materiales & immateriales, nihil prorsus habens admixtū potētiae, in finitum potentia virtute, sapientia & omnibus perfectionibus supereminet creatis omnibus quātūvis in suo genere praecellentibus. Quae in re meditatio sese offert non iniucunda, ei qui materiam velit tanq[ua]m entium infimum & nouissimū ac nihilo proximum, cum deo qui est entium primum supremū atq[ue] perfectissimum, & a nihilo prorsus elongatissimum, velut ex opposito comparare atq[ue] cōtra opponere. Quemadmodum enim materia, pura existens potentia, nihil habens in se actus intrinseci, omnium maxime passiva est, & tantum passiva, nulla vero ratione actiua, sic ex aduerso deus purus actus existens, & forma perfectissima, nihil omnino habens admixtum potentiae, maxime actiua est super omnia (iuxta Apostoli dictum) in omnibus operas omnia, nulla tamen ratione passiva, vt a quoq[ue] quicq[ue] possit suscipere.

Transuectio i cōsiderationē diuine p[er]fectionis.

1. cor. 12

Et quemadmodum materia cum ab omni agente naturali passibilis sit, & ad quolibet suscipienda indifferens, quae cū a quolibet fuerint praedominante agente impressa, non potest tamē per se quicquam omnino agere, ita econtrario Deus cum ad quolibet agenda sit indifferens, & omnis actionis principiu[m],

NATVRALIVM LIBER I.

principiu[m], oīa agens ac mouēs pro suo libito, nō potest tamē pati quippiā a quouis agente, imo nec a se ipso, quēadmodū nec in seipsam aliqd agere potest materia. Et quēadmodū cū multa accipiat in se se materia, nihil tamē ipsa cuiq[ue] donat, ita econtrario oipotēs Deus cū oīa donet omnibus, omnib[us]q[ue] rebus suū esse instillet, & ceteras perfectiones omnes dispense, nihil tamē ipse a quoq[ue] accipit, neq[ue] accipere potēs est. Est ergo materia, omnīū entīū imperfectissima, a deo q[ui] longissime distās, & nihilo atq[ue] nō entī vicinissima, neq[ue] vicinūs quicq[ue] nihilo potest imaginari homo, aut De[us] fabricare. Imo nō ens simpliciter dicēda est, & nō ens in actu, sed tm̄ ens in potētia, tali nimirū diminuēte determinatiōe adiecta.

CAPVT OCTAVVM.

Quomodo Deus materiā creare potuerit, & an dignū fuerit, tam imperfectissimā rem illum creare.

Vm autē inter agens & effectū oporteat esse similitudinē, forsitan mirū cuiq[ue] videri poterit, quemadmodū deus perfectissimus atq[ue] purissimus actus & forma simplicissima, aut potuerit aut voluerit hanc purā potētia[m] creare. Nam inter infinitā & purā formā, & infinitā potētiam nihil actus habentem, nihil apparet similitudinis.

questio

Soluitur autē ista dubitatio hoc pacto, quoniā materia non per se creauit Deus, quasi ens aliquod per se subsistēs aut quasi hoc aliquid sed cōcreauit potius us cū re naturali, cuius in creatione erat materia, se citq[ue] eā Deus esse sub forma, quam in se recipit, sub qua quodāmodo esse habet, atq[ue] ita etiā quodāmodo Deo assimilatur, quatenus est sub forma ipsius rei naturalis cui ipsa subternitur. Neq[ue] simpliciter creatura dicenda videtur, neq[ue] simpliciter creata, sed potius concreatura siue creatū aliquid cum re naturali. Ex quo consequi videtur satis manifeste, quod ab initio conditionis rerum Deus materiam non fecerit neq[ue] creauerit absq[ue] formis substantialibus, sed omnem materiam sub aliqua certa forma produxit, caelestem quidē materiam sub forma caelōrū, elementarē vero sub forma elementōrū tamēsi

Solutio questio nis.



DE PRINCIPIIS RERVM

tametsi formis vltioribus, per subsequentes sex diuinae operationis, postmodum fuerit completa. Ex hoc etiam patet, materiã non posse sine forma secundum naturã existere, neq; esse possibile, vt materia omni prorsus forma sit nuda atq; spoliata, neq; vna vnq; posse spoliari, nisi adueniente altera. Imo neq; Deum hoc posse (vt materiã videlicet sine forma creet, aut concreata per se seruet, absq; omni forma) probabilis quorũdam sententia est. A iunt enim, a quo omnis forma auferatur, ab eodẽ similiter omne esse auferri, cũ forma sit, que dat esse rebus. Alijs contra sentientibus, Deo non esse impossibile, quod natura possibile nõ est, sed potuisse Deum & ab initio sine forma creasse materiam, & etiam num eam sine omni forma seruare, licet sub forma creatam. Vtra vero sententia sanior debeat haberi, nostrum nõ stat iudicio, quapropter vtramq; in sua probabilitate relinquimus. Nemo vero existimet Deo perfectissimo indignũ, quod tam vilem rem create voluerit, que sit nihilo vicinissima. Imo vero hac in re admodum magnificauit potentia suam qui est omnipotens, dum eam sic demonstrat validã, vt possit etiam in vltimum illud & imperfectissimũ, quod a sua essentia q̄ longissime distat, attingẽs a fine vsq; ad finẽ fortiter, id est, a perfectione nature angelicę vsq; ad imperfectionem huius prope nihili.

CAPVT NONVM.

Nulla creata virtute fieri posse materiam, sed in omni actione naturali eam presupponi.

Dictum Aristotelis notandum

NVlla vero est tam potens creatura, quę possit creare vel minimam quantitatem materię. Infinita enim hoc est virtutis tantũ, nempe diuine, facere aliquid ex nihilo, quẽadmodũ innuit Aristoteles, cũ ait, ex nihilo nihil posse fieri. Nam si creatura aliqua materiam primã faceret, necesse esset illam ex nihilo fieri, sicq; creari. Nõ potest autem creatura creare, neq; ex nihilo quippiã efficere. Potest enim creatura cum influxu dei cooperante, rem que aequalis est in potentia, efficere vt talis sit actu, quemadmodũ ignis ex ligni materia, quę est in pos

NATURALIVM LIBER I.

In potentia ad formã ignis, potest facere ignẽ actu, introducendo in eam, formã suã formã similes. Certe tum quod in potentia nõ est, creatura facere nõ potest vt potentia sit. Hęc ergo causa est, quare cum agens naturale aliam rem naturalem possit efficere, quemadmodũ de igne alium ignem producẽte tam monstrauimus, materiã tamẽ producere nõ potest, quoniam maioris potentie est hoc, q̄ illud. In omni itaq; actione que fit a re naturali, presupponitur materia in qua forma suscipiatur quemadmodũ & omnis artifex, non nisi ex materia quicq; efficit, neq; itẽ agens naturale quodcũq;. Quẽadmodũ ignis nunq; nisi ex præiacenti materia ignem facit. Sicut autem diximus de creatione, ita & de annihilatione dicendũ est. Rem enim quę actu est aliquid, potest agens naturale efficere, vt talis actu non sit, hoc est, potest formas rerum destruere atq; expellere, nõ potest autẽ efficere vt res potentia talis nõ sit. Illud enim (nempe formã expellere ex materia) finitę virtutis est, Hoc vero (scilicet materiã in nihilum redigere) infinita, quę nulli cõpetit creaturę. Quin & illud probabilior tenet sententia, nõ posse talem aliquam creaturã a Deo, licet potentissimo creati, cui virtus illa competat creandi siue annihilandi, neq; virtutẽ hanc vlli creaturę quantumvis nobis lissimã, siue create siue create communicari posse, sed eius solius omnipotentie conuenire. Solus est Deus in cœlestibus sursum habitãs, qui potuit vnũuersam hãc mundi machinã & molem permaximã, ex nihilo & materia nusquã præinuenta creare, & eandẽ potest cum voluerit etiam nunc vsq; in nihilum redigere. Subest enim illi, cum voluerit, posse.

CAPVT DECIMVM.

Ex materia ingenerabili & incorruptibili secundum sese, transitur ad diuinitatis considerationem.

Meditari hoc in loco possumus, quam sit stabilissimus in sua essentia Deus, actus purissimus & perfectissimus, ipsumq; suum esse infinitum existens, si sic permanet stabilis, quantum ad se attinet, imperfectissima ista prima materia, quę a Deo

Transitus i considerati onẽ Diuinitatis,



DE PRINCIPIIS RERVM

a Deo est longissima, & nihilo vicinissima, sola sic eam conseruante diuina volūate, Tametsi enim secundum formas tam substantiales q̄ accidentarias plurimū ipsa varietur accidentaliter, in se tamē essentiali mutatione & intrinseca manet prorsus inuariata, neq; corruptioni est aut generationi, vt cetera corpora naturalia inferiora, subiecta, adeo vt ab initio creationis rerū, de immensa illa mole materia, sub qua creata fuerunt cælum & terra & quę in eis sunt omnia, nulla materia illius particula, ne minima quidē deperierit, actione naturalis agentis, quemadmodū neq; minima particula adiecta est, eadem virtute. Idq; nō ob aliud, nisi quod secundū suam existentia vel nō existentia, soli subsit diuinę voluntati, agentibus vero naturalibus, nō nisi secundum formarum & accidentiū transmutationes, est subiecta. Quantūnis enim humana potētia fauiat, quantūnis ad perditionē omnimodā conetur, nunquam vsq; ad annihilationē pertinet. Poterit quidem efficere vt moriatur homo, & quę materia erat hominis iā esse incipiat materia cadaueris, deinde & hoc poterit, igne adhibito, cadauer ipsum in cinerem atq; puluerē redigere. Verū etiam si mille syluas in viuis consumptione cadaueris adhibeat, ad hoc nequaquā pertingere valebit, vt puluerem annihilat. Dispergere quidē poterit in aerem, aut in aquā aut in terrā abdere. Facere autē vt aliquid materie pdatur, in omni virtute sua & cōsilio nō poterit. Atq; hinc rursus ratio humana cōsideret, si omnis creata virtus aduersus ipsum quod est oīm vilissimū nō possit preualere, quodq; est nihilo proximū ad nihilū nō potest reducere, is qui est actus purissim⁹, forma perfectissima, esse infinitū atq; plenissimū, quiq; est a nihilo in infinitū elōgatus Deus oipotēs q̄ sit prorsus create omni virtuti subtractus & q̄ aduersus illū omnis creata virtus, etiāsi mille cuplo augmētetur, omnino nihil preualere possit.

CAPVT VNDECIMVM.

Confurrectio in viuificum Dei affectum, ex precedentium contemplatione mirabilium.

Alia cōteplatio

Tibi

NATVRALIVM LIBER I:

Fo. 8.

Tibi ergo soli domine Deus, debetur creatio nis honor & gloria. Tu solus nō egēs quopi am, vt tibi preparet in tuo opere materia. Nihil erat mundus, & solo cum verbo suscitasti, prodisq; de nihilo hęc amplissima creatura. Sed nec quisquā est, qui nobis possit auferre vel pilum de capite, vt in nihilū pereat, præter te, qui solus es potestatem habens creandi & annihilandi. Quare ergo pissime dñe, timebimus vllam huius mūdi potestatem remscum nec animā interimere, nec corpus annihilare valeant. Vñ hoc tu dñe reliquisti impijs persecutoribus, vt possint animā te sitientē ab inimica fœdissimaq; carnis huius molestia separare. Quod quid possit homini te vere agnoscenti gratius curenire? Cæterum, neq; corpus neq; animā creata vlla potestas annihilari potest. Igitur in te domine sperantes, tuoq; validissimo sulti auxilio, nullam omnino mūdi huius pertimescimus quantumuis præcellentem potestatem, illud firmissime sciētes, quoniā tua virtus superuincit in immensum, sed confidēter in doctrinā benedicti filij tui perstamus, expectātes beatā spem, & aduentū tuum gloriosum, o maxime deorum deus quem ipse repromisit nobis.

CAPVT DVODECIMVM.

De forma vt est alterum principium rerum naturalium, & obiter de materia cælestium atq; inferiorum, an eiusdem sint speciei.

Quod ad materiam pertinet, res omnes congenatę sunt, & secundū speciem aut genus penitus indistinctę. Siquidē in omnib⁹ naturalibus, precipue inferiorib⁹ illis vna est adempta materia. Nā de materia cælestiū corporū, propter ipsorum incorruptibilitatē dubitari solet, ob hoc potissimum, quod nō videatur cælestiū corporū materia esse alienarū impressionū susceptiua, neq; videtur transire de forma in formā, sed perpetuo sub eadem forma, eisdem dispositionibus, permanere quod longē est, a materia corporum horum inferiorum, elementarium atq; mixtorum. Qua ratione permoti opinantur quidā, distinctionē esse ponendā specificā cæli, vel ge

Gene. 1.

Luc. 21.

Mat. 10.

Tit. 2.

cōtraria opinio nes de materia



DE PRINCIPIIS RERVM

vel genericam, inter materiam caelestium ingenerabili-
lium & incorruptibiliu, & inter materia elementa-
rum atq; ceteroru mixtoru generabiliu & corrupti-
bilium. Alijs contrario dicentibus, no esse ponenda
distinctione vllam tale, siue genericam siue speci-
ficam, sed omne materiam eiusdem esse rationis, dicentibus,
illam caelestis materiae intransmutabilitatem
non ex ipsa sua natura provenire, sed ex conditione
& virtute formarum in ipsis inhabitantium, quibus tan-
tam Deus naturae virtute contulit, vt nullam extraneam
impressionem patiantur materia in qua creatae
sunt, suscipere, neq; de forma in formam transire, quod
admodum in rebus quoque naturalibus videmus, quae
dam ex sua natura ad annorum centenarios perdurante,
secundum formam inuariatas, cum alij breuissimo
intereat spacio, quod non dubium est ex formarum pro-
uenire varietate. Quamquam autem his modis de
materia caelestium & inferioru diuersa sententia est,
illud tamen vno ore astruunt omnes, rerum inferioru
omniu vnam eandemque esse materia, atq; ita quantum
ad hanc, esse secundum speciem indistinctas. Ceterum,
ipsa rerum abinuicem distinctio substantialis
atq; specifica, a formis est substantialibus.

quid forma.

Si quidem forma est, per quam res actu est, & in cere
tam aliquam speciem redigitur, quae ex materia proprie
sus indeterminata est, & in potentia ad quodlibet
Forma itaque in materia suscepta & producta, cum
ea pariter rem vnam substantialiter componit, & materiae
quodammodo esse communicans accidentaliter, & composito
dans esse substantialiter & essentialiter. Ab anima enim
rationali habet homo, vt homo sit, materia vero prima,
tantum hoc, vt materia humana sit.

CAPVT XIII.

Ex massa cereae & impressione sigilli per analogiam
declaratur formae officium.

Analogia.

VT autem clarior fiat formae cognitio, analogiam
quandam & comparationem assumimus cereae & formae
sigilli, per quam vt cunctis comprehendendi poterit
formae officium atque natura. Sicut enim massa
cerae ex se nullam habet imaginem aut formam, sed iuxta

NATVRALIVM LIBER I.

sed iuxta sigilli variam sculpturam nata est suscipere
diuersas formas, siue hominis siue leonis imaginem,
siue alterius cuiuslibet animalis, dum tamen sub vna
qualibet est, pariter nequit esse sub alia, nisi prior ab-
iciatur, vt cum in cera impressa est leonis imago,
non potest in eam introduci hominis imago donec
abiciatur prior leonis, successiue tamen indifferenter
quamlibet suscipere potest impressionem. Ita sane ma-
teria, ex se ad omnem profus formam indifferens est
& indeterminata, iuxta autem agentis supra ipsam do-
minium obtinentis naturam, impressionem recipit formam.
Iuxta autem formae varietatem, esse varium suscipit.
Forma vero esse accidentarium dat materiae & eius
indifferentiam suo aduentu sic stringit, vt pariter se-
cum aliam suscipere nequeat. Quod quidem de formis
vltimis debet intelligi. Nam inconueniens non est
plures formas substantialis simul eidem inesse composito
cum ambae non vltimae fuerint, aut etiam cum altera
fuerit non vltima. Quemadmodum forma corporei-
tatis, secundum eos qui eam distinctam ab vltima for-
ma in omnibus corporibus ponunt, simul est cum ani-
ma rationali, & secundum eorum sententiam qui tres ani-
mas distinctas reponunt in homine, simul sunt ani-
ma vegetatiua sensitua & rationalis. Formas autem
vltimas, impossibile est eidem simul inesse, cuiusmo-
di sunt forma hominis, equi & asini, forma ignis &
aquae; Successiue tamen potest qualibet formas qua-
tumuis contrarias aequae recipere, modo adsit agens
quod formam introducat, aliaque prius iterat expulsa.

CAPVT. XIII.

Quomodo forma esse aut non esse dicenda sit.
Vt iam & illud in proposita analogia aduertendum
est, quod sicuti figura illa aut forma quae in cereae
massa per sigilli impressionem relinquitur, non
apparet esse in sigilli imprimendis sculptura,
ita forma cum det esse rei naturali, ipsa tamen
non hoc esse dicitur, quod composito donat vt sit,
quemadmodum (exempli gratia) donat homini
anima rationalis, vt homo sit. Ipsa tamen homo non
dicitur, neque est. Imo forma cum det esse rebus, ipsa

B I. tamen,



DE PRINCIPIIS RERVM

tamē, non tam esse per se, q̄ coexistere vel inesse dicenda videtur. Non enim est forma, eo modo quo hoc aliquid, siue compositum naturale est, aut quasi per se subsistens, sed tanq̄ inexistentis, quē admodum de accidente dici solet, quod eius esse sit inesse. Accidens enim quodlibet esse dicitur, non quia ipsum per aliquid est, quomodo res naturalis, non quia ipsum est, sed magis quia per ipsum, subiectū cui inest, ali quale est. Sic etiam substantialis forma, eatenus est, quatenus per ipsam res naturalis est, non quatenus ipsa per aliquid est, vt magis proprie dici debere vt deatur ipsa inesse rei, aut re informare, quā simpliciter esse. Loquimur de formis pure naturalibus, & quæ nullam habent per se subsistentiā. Rationalis etenim anima, quatenus per se subsistens a corpore separatim potest permanere eatenus per se ens non solum inexistēs, recte nominari potest. Et formæ illæ immateriales angelicæ, per se entia, & quidem nobilissima entia sunt. Super omnia vero forma illa purissima & actus perfectissimus atq; inaccessibilis, ens primū est atq; supremū, imo totius existentie plenitudo, non per se tantū felicissime subsistens, sed omnium insuper rerum essentias, in suo esse plenissimo, benignissime cōtinēs atq; cōcludēs.

CAPVT, XV.

Comparatur forma aliquatenus cum Deo secundum similitudinem & vicinitatem.

cōparatio formæ ad Deum.

Quemadmodū vero supra diximus de materia, quod a Deo q̄ lōgissime distet, & per se nihil habeat cum illo similitudinis, ita e contrario de forma videtur, eā nimirum esse Deo ad similem, Deoq; vicinā, cū sit etiā ipse forma quædam perfectissimā, & actus purissim⁹. Neq; difficile fuerit ei qui recte intellexerit supra positam materiæ ad Deum comparationem, quæ secundū dissimilitudinē fiebat, formæ quoq; ad Deū per similitudinem applicare. In omnibus enim ijs cōparari forma secundū similitudinē cum Deo poterit, in quibus materia dissimilis fuit declarata, tam etsi in immensum semper excellat diuina perfectio, & in infinitum

NATVRALIVM LIBER I.

nitum ab ea deficiat formæ similitudo. Non fuerit autem inutile, ad formæ clariorē habendā notitiam & potissimum ad Dei perfectiorē aliquanto habendam cognitionē, adinuicē ista cōparare, & in quibus similitudo sit atq; etiam dissimilitudo ostendere. Deus itaq; sicuti actus purus est & simplicissimus ex materia non compositus, ita & forma rei naturalis actus purus est & simplex, ex materia non cōpositus. In hoc tamen a dei perfectione deficit, quoniā cum materia quæ est potentia pura cōmunicat atq; societatem habet, in ea inhabitās & cū ea pariter re naturalem cōponens, cum Deo nullā omnino potentiam secū admittat, neq; compositionem sciat. Rursum quemadmodū Deus summe actiuis omnia operans in omnibus, quatenus actus purissimus & perfectissimus atq; infinitus, ita forma omnis substantialis, virtutem habet agendi, operaturq; in corpore omnia quæ sunt rei quæ constituit cōuenientia. Verum in hoc deficit, quod limitata sit eius actiuitas, vt nō quilibet possit effectum indifferēter operari, sed tantū quæ rei conueniunt quam cōponit, cum Deus infinita & illimitata sua virtute operetur omnia in omnibus, & nulla omnino sit actio, quæ ab eius non emanet immensa virtute. Alterū in hoc cum Deo cōuenit, quoniā principium actiui existens, pati non potest, neq; aliudē quicq; suscipere. Sic enim forma principii tantum actiui est non autem passiuū, quomodo materia, tantū passiuua est, non autem actiua. Neq; ipsa alias nouit in se formas, potissimū corporeas suscipere, neq; secundū eam res naturales patitur. A diuina tamē perfectio ne adeo deficit, vt etiā ad corruptionē, contrariante virtute perueniat, cum eam predominanti cōtingente. Amplius quemadmodum Deus esse donans rebus, & omnia omnibus elargiens, nihil ipse recipit, neq; recipere potens est, ita forma substantialis cum esse donet rebus, atq; ipsi etiam materiæ, & omnia in eis quæ conueniunt operetur atq; elargiatur, ipsa tamen a materia vicissim nil recipit. In hoc tamen deficit, quoniā ille omnia largitur, B 2 omnibus



DE PRINCIPIIS RERVM

omnibus, hæc a utè, suo tantum composito atq; etiã peculiariter, quantum ad materiã, nullũ illi donat esse intrinsicũ, cum Deus rebus omnibus hoc ipsum donet, quod substantialiter sunt. ¶ Et Deus quidem, nec recipit aliquid ab ijs qui bñ benefacit, neq; commodũ vllum accipit. Forma vero in materia, vt in domo necessaria inhabitat, & ea vtitur vt officina, exera quã prorsus nec existere possit, neq; quicquam operari, nihilo certe amplius, q̃ materia ipsa sine forma. Patet ergo, quemadmodum forma Deo sit ad similes, eiq; secũdum qualem cũq; similitudinẽ tamen si deficiente, vicina possit demonstrari.

CAPVT XVI.

¶ Quemadmodũ materia dicatur appetere formã, tam absentem quam præsentem.

appetit
varius.

Superest nũc, de mutuo amore atq; appetitu materiæ ad formã, & formæ vicissim ad materiam vt aliquid dicamus. Neq; enim nihil huius rei cognitio, Dei gloriã magnificabit. Aduertendũ ergo est, quod sicut rationalibus creaturis Deus appetitum dedit rationale quæ voluntas nominatur, per quam ea quæ secũdũ rationẽ sibi cognoscũt vtilia appetunt, absentia desyderando, præsentia amando, ea vero quæ inconueniẽtia, fugiunt, absentia detestãdo, & de præsentibus tristãdo, Brutis vero animantibus appetitũ sensitiuum, quo ea quæ persensum vt cõmoda apprehendũt, protequerẽtur itidẽ, & incõmoda fugerẽt, sic rebus naturalibus sensu atq; ratione carẽtibus, naturæ author Deus naturalẽ quendã instillauit indiditq; affectũ siue appetitũ, atq; desyderium quo res quælibet naturaliter suã perfectiõnem appetit, atq; id quod sibi secũdũ naturam cõueniens est, diligit, ita vt si adsit, in eo complaceat, & velut oblectetur, si vero absit desyderet, atq; ad ipsum acquirendum quantũ ex se est tendat, atq; conetur. Quemadmodũ aqua, naturaliter frigus desyderat, & locũ deorsum. Et quidẽ vbi præsens adest frigiditas, oblectatur & gaudet in ea, eamq; quoad vales seruare conatur. Si forsitan abfuerit, ab extrinseco nimirum agente expulsa, non quiescit donec il-

lam

NATVRALIVM LIBER I.

Fo. II.

Illam rursus in sese recuperet. Sic lapis si in naturã lieft loco quiescit & oblectatur in eo, sine violẽtia. Si vero extra illũ alibi detineatur, desyderabit nihilominus eundẽ, & ad eũ quantũ se est conabitur vt tendat atq; perueniat, moxq; vbi forte impediẽtium ipsum detinẽs fuerit subtrahẽt, illuc motu festinabit, quo prius tẽdebat desyderio. ¶ Hoc modo imperfectũ omne (vt diximus) suam amat perfectionem, & illud appetit atq; desyderat, a quo habet perfici. Quapropter, cũ ex supradictis euadat manifestum, materiã accipere suã quãdã perfectionẽ a forma, per quã nimirũ eius infinitas finitur, & indifferẽtia si ingitur atq; limitatur, & a qua esse accipit accidentariũ & accidentarias alias dispositiones, quibus suo quodã modo perficitur, nõ est difficile intelligere, quomodo materia formam appetat ac diligit, ita vt absentẽ desyderet atq; ad eã tẽdat, præsentem vero amet, in qua cõplaceat, nempe vt id quod imperfectum est, suã appetit perfectionem.

CAPVT XVII.

¶ Quemadmodum forma appetat materiam.

Ceterum, quomodo forma perfectior, materiã rem imperfectissimã ac nihilo vicinissimã appetat, mirũ forsitan cuiq; id videatur. Oritur autem hæc admiratio ex humani cordis persueritate. Sic enim vani sunt filij hominũ, vt non ament neq; desyderet nisi eos a quibus emolumẽtũ aliquid speret. Neq; nisi vilẽ hunc nouerũt & mercenariũ amorẽ, quo materia formã & inuicẽ se filij huius sæculi amant. Nimirũ vilissimis rebus & infimis (materiæ, & crassis carnalibus) vilis eiusmodi & infimus cõpetit amor. Cæterũ est præter illũ alius amor lãge nobilior, quo perfectũ omne imperfectũ amat atq; desyderat nõ vt ab ipso accipiat aliquid, sed in hoc magis vt ipsum perficiat. ¶ Et sic sane forma gaudet egẽti atq; nudæ materiæ, quod ab optimo creatore accepit gratis, libetẽr elargiri, quasi intelligat bonũ quo cõmuniũs, eo melius ac perfectiũ esse. In hoc enim diuinẽ largitati multũ assimilatur quæ nos non ob nostra diligit (siquidem bonorum psalm. 35

B 30 nostrorũ



DE PRINCIPIIS RERVM

nostrorum ipsa non indiget) sed ob se ipsam potius diffundendam, suamque immensam bonitatem in nobis communicandam. Quamquam ex supradictis constat, materiam etiam formam esse necessariam, & maximo omnino vniuersi, ut in ea habitet, & quasi in officina omnem suam operationem operetur atque seruet, ut hac quoque ratione ipsam merito debeat expetere, quemadmodum non solum femina appetit virum sed e converso vir etiam, licet perfectior, feminam.

CAPVT. XVIII.

Proponitur quaestio de rationali anima, an etiam ipsa materiam appetat.

Questio de anima rationali in materia
Vtrum, quantum ad hanc rem attinet, peculiaris quaedam dubitatio de rationali anima (quae forma substantialis est hominis) moueri rationabiliter potest, num etiam ipsa, ut caeterae substantiales formae, a materia inseparabiles, materiam appetat naturaliter. Videtur enim & ratione & auctoritate monstrari, quod ipsa magis odio debeat erga corpus affici, in quo inhabitat.

Ratione quidem sic. Omnis enim res, naturaliter in eo magis statum esse desiderat, in quo sibi melius esse sentit, & in quo operationes sibi conuenientes magis debite magisque rite possit exercere. Rationalis autem anima, per corpus huius crassitiam ita obuoluitur, ut operationes suas nobilissimas quas habet, neque intelligere & velle minus recte possit exercere, quam si ipsa a corpore foret separata. Sic enim anima rationalis corporis crassitiae impeditur, quomodo oculus alioqui recte dispositus, pellicula obuolutus clare rem ipsam cerne re nequit, luxta illud sapientis, Caro quae corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Videtur ergo anima naturaliter desiderare magis, ut a nube carnis huius separetur, quam ut ei coniungatur. Neque praesens corpus videtur in eo posse oblectari, neque absens ipsum desiderare, quod in praestantissimarum suarum operationum exercitio sibi nouit praebere impedimentum.

Rursum, videmus formas illas immateriales spiritus caelestes materiam non appetere. Videbitur ergo & anima

NATURALIUM LIBER I.

For. 12.

& anima rationalis, tamen si forsitan in materia oblectetur donec in ea inest, cum tamen fuerit separata, iam illis modo quodam per se subsistendi assimilata, non ultra ad materiam trahi desiderio. Accedit his, sanctorum scripturarum auctoritas sanctorumque patrum testimonium. Beatus enim Paulus dissolui cupit, & corpore magis exui, ut Christo domino possit coniungi. Et idem ipse de corpore mortis huius alio loco querit liberatore, atque alio rursum, in hoc corpore grauius uatus ingemiscit, sciens quoniam si terrestris ista domus corporalis huius habitationis per mortem dissoluatur, domum habiturus sit a Deo non manu factam id est, gloriae aeternae accepturus mansionem. Sancti quoque patres, corpus istud quod circumferimus, carcerem siue ergastulum & exilij locum, atque alij huiusmodi varijs nominibus nominandum putauerunt. Nemo vero est, qui non de ergastulo & loco carceris liber ter velit liberari, neque liberatus quisquam ad locum eius modi querit redire. Videtur ergo anima quae in corpore est ut in carcere, nec ei debere oblectari neque ipsum absens desiderare.

CAPVT XIX.

Proponitur differentia inter formas materiales & immateriales, quantum ad appetitum materiae.

Resolutione autem huius dubitationis sciendum est, diuersitatem esse (quantum ad hanc rem) inter formas prorsus immateriales & quae prorsus cum materia componi non possunt, cuiusmodi sunt spiritus angelici, & inter animam rationalem, quae tamen non ita sit materialis ut caeterae corporeae, quae extra materiam non possunt subsistere est tamen eatenus materialis, quatenus ex sua natura habet, ut cum materia quid unum (nempe rem naturalem) possit constituere. Quae enim prorsus immateriales sunt, & cum materia componi non possunt, his procul dubio nullus inest ad materiam appetitus. Quorsum enim appetitus esset rebus natura datus, qui nunquam posset impleri? Anima tamen rationalis, quoniam ex sua natura hoc habet ut cum materia simul rem possit componere, & quidem

Phi. I.

Rho. 7.

2. Cor. 5.

Differē


tia ani

mae rati

onalis a

B 4.

& quidem



formis
alijs im-
materia
libus,

DE PRINCIPIIS RERVM

Quidem rem inter res omnes naturales nobilissimam, nēpe hominē, iccirco dubitandū nō est, quin ad materiam habeat naturalē appetitū, ita vt & absentem desideret, & præsenti amet. Tametsi enim videatur anima rationalis separata aliquatenus cœlestibus spiritibus similior, dū per se subsistat extra corpus, eo quod tunc sine materia sit, atq; ita forsità perfectior in eo statu videri possit, separata existens quia tamē ab optimo cōditore non separatim ipsa, neq; per se, neq; propter se creata est, sed in corpore propter hominē ipsum totū vt ipsa videlicet cū corpore hominē componeret (partes enim propter totum sunt, & non propter partes totū) iccirco suæ conditionis memor, semper corpus desiderat & amat. Longe vero diuersum est de formis illis celestibus, quæ neq; in materia creatę sunt, neq; ad simul cum alio rem aliquam componēdam, sed vt per se subsisterent, conditę sunt ab initio.

CAPVT. XX.

¶ Soluitur proposita superius obiectio, & quomodo carnis corruptionem odio habeat anima, non corpus ipsum, declaratur.

A Dea vero q̄ in contrariū obiecta videntur responderi debet, ea procedere contra corruptę carnis miseriam, quę nō ex ipsa cōditione primę materię, neq; ex corporis natura, sed p̄ accidens ex primi patris inobediētia, in ipsum corpus intrauit, & per propagationē in omnium posterorum corpora deriuatur. Vnde quoties contra carnem vel corpus, in scripturis aut in patrū scriptis fit exclamatio, non cōtra ipsam corporis naturā, neq; aduersus corpus ipsum per sese, sed aduersus corruptionem & peruersitatē & multimodam miseriam in carne humana post peccatū inhabitatē, intelligi debet indignatio. ¶ Vnde non simpliciter corpus, sed corpus quod corrūpitur, Sapiēs dicit aggrauare animam. Neq; Paulus a corpore simpliciter vult liberari, vt ipsum nūq̄ recipiat, sed a corpore mortis huius, id est, a corpore vt nunc est, hoc est, ab ista miseriam multimoda, quę in corpore adhuc inhabitat.

Neq;

Sapi. 9.
Rho. 7.

NATURALIUM LIBER 1.

Fo. 13.

Neq; Paulus sic dissolui cupit a corpore, vt corpus nunq̄ velit recipere. Neq; sic ingemiscit in hoc corpore, vt prorsus velit expoliari, & corpore omnino priuari, sed ad hoc vult corpore exui mortali & misero, eoq; ad tēpus permanere priuatus, vt absorbeat mortalitas a vita, & recipiat aliquādo ex dei munere gloriosum, quod fœtidū atq; sordidū olim deposuerat. ¶ Sic etiam corpus illud, in eo statu miseriam quo nunc est, obscurū, crassum corruptibile & arduum, recte carcer nuncupatur insuper & ergastulum, & locus laboris atq; exilij. Quia donec in eo secundum statum in quo nunc est anima inhabitat, magni laboris opus habet in prauis ipsius cupiditatibus refranandis atq; expugnandis, propter corruptionem quę ex prima inobediētia in ipso inhabitat. Verum hæc omnia nihil aliud probat, q̄ animam merito carnis istam corruptionē & omnē quę ex corruptione est miseriam, detestari. Non autē consequitur, quod per se corpus ipsum odio habere aut detestari debeat. ¶ Similiter & quod de impedimento dicebatur a corpore in animā veniente, ad corporis miseriam & crassitiē referri debet. Cū enim resurrexerit olim virtute diuina corpus hoc nostrū in incorruptione, in virtute, in subtilitate, in agilitate, ceterisq; perfectionib; omni crassitiē atq; imperfectione ex Dei dono deposita, nullum erit animę rationali ab ipso impedimentum, quin in corpore posita eiq; reunita glorificato, possit beatifica visio ne deum etiam facie ad faciem contemplari, & amore inæstimabili eo dulcissime perfrui. Et erit tūc quidem animę plenum gaudium, cum ipsam carnem qua dum viueret homo velut ministra vsa fuerat, ad hanc gloriam apud Deum bonis actionibus promerendam, sibi viderit in pręmijs quoq; iucunditate consociatam, & gaudebit indubie videre in consolatione sociam, quam in labore vitę habuerat ministram atq; adiutricem. Ex his ergo manifestum relinquitur, quemadmodum rationalis anima æque atq; ceterę substantiales formę, materiam appetat atq; desyderet.

Phi. 1.

1. Cor. 5.

1. Cor. 11

1. Cor. 13

B 5, Caput.



DE PRINCIPIIS RERVM
CAPVT XXI.

De priuatione, vt est principium quoddam transmutationis rerum naturalium.

Quoniam autē (sicuti iam diximus) forma perficit materiam, & ad omnē formam est materia indifferens, penitus ex se indeterminata, adeo vt quzlibet materia omnes omnium rerū formas suscipere per successione nata sit, quamq̄ simul eas cōtinere nequeat, Hinc fit, vt materia indeterminate quamlibet formā desyderet & amet. Vnde & presentē formā atq; hospitātā materia amat, & seruare eā absq; fastidio cupit, & tamē quoniam indeterminata est, eas quas non habet similiter desyderat, atq; conatur habere, & genuino quodam natiuoq; conatu ad eas tendit, cupitq; de forma transire in formā, quasi hac ratione suz quzrēs imperfectioni mēderi. Atq; ita fit, vt collaboret ad eius forme quam habet destructionē, dum aliā quzrit quz hanc est expulsura quam habet. Et licet non hoc per se intendat, consequēs tamē est, vt adueniente forma alia, prior licet pfectior emigret, atq; abscedat, atq; ita per accidens, dum eam desyderat acquirere formā quam nō habet, se ipsam priuat ea quam habebat. Sane materia omnes pariter formas, si id fieri posset, libens sustineret, optaretq; (si fieri id posset) impleri simul omnibus, sed formaz plures se pariter nō compatiuntur (de vltimis rerum formis loquimur) sicut nec pluriū sigillorū impressiones, pariter in eadē massa coexistere valent, Atq; ita adueniente vna, necessario pellitur altera. Atq; ex his patet, quēadmodū priuatio formarū absentium in materia, earum videlicet quas ipsa nata sit habere & actu non habet, causa quz dā sit, quare res transmutentur, & materia rerum naturalium de forma transeat in formam. Quam ob causam dixit Philosophus priuationē conari ad maleficiū rei. Atq; hinc est, quod vulgo priuationē tertium principium ponunt transmutationis rerum naturalium. Quia enim materia formis alijs substantialibus caret, quas non habet & nata est habere, hinc est, quod ad eas tendit

Dicitur Aristotelis notandum

NATURALIUM LIBER I. Fo. 14.

tendit desyderio quas non habet, sicq; per se ad nouā formę acquisitionem ac proinde ad nouę rei generationem tendit, per accidens vero ad prioris formę amissionem, atq; ex consequenti prioris rei maleficiū & corruptionem. Non debet tamen priuatio ista principium dici rerum naturalium, sed tantum principium transmutationis rerum naturalium. Non enim rem ipsam substantialiter componit, neq; in re manet postquam generata est, sed quoties res aliqua generatur, priuatio illa abicitur, quz ad prioris maleficiū machinata fuit. Quemadmodum cum in subiectum quodlibet habitus introducit, priuatio eicitur, cum nequeant opposita simul inesse eidem. Vnde cum principia rerum naturalium (vt supra patuit) res ipsas naturales debeant constitutere atq; substantialiter cōponere, manifestum est, priuationem non esse dicendam principium rerum naturalium. Transmutationis tamen earum principium, ratione supraposita poterit admitti.

CAPVT XXII.

Quomodo intelligendum priuationem esse transmutationis principium, & ad rei maleficiū conari.

Cum vero in precedentibus diximus de priuatione, quod ipsa ad maleficiū rei machinetur, & de materia quod conetur atq; laboret ad nouę formę acquisitionem, sicq; per accidens ad veteris expulsionem, & rei perditionem, nemo ita intelligat (quemadmodum verborum facies forsitan præterdit) quasi priuationem dicamus vim aliquam habere agēdi, per quam ipsa conetur & operetur rei naturalis corruptionem, aut materiam virtutem aliquam actiuā similem habere, ratione priuationis, per quā ipsa aliquid efficiat ad formę priuatię expulsionē, & acquisitionē alterius. Quo enim pacto priuatio ipsa (quz ens verum non est, sed potius entis priuatio, & non existentia tantum forme in subiecto apto eā habere) poterit vllā habere actiuitatis efficaciam? Sed & de materia iam supra declaratum



DE PRINCIPIIS RERVM

tatum est, agēdi virtutē ei minime competere, neq̄ generare quicq̄ aut corrūpere, neq̄ destruere posse neq̄ producere. ¶ Quod ergo de priuatione dictū est, eam ad rei maleficiū machinari, intelligēdū est, secundum occasionē, siquidē priuatio formę substātialis in materia ipsa est occasio, ob quam corruptio ni res est obnoxia. Quod ex eius definitione facile intelligi potest, quā est hæc.

Formæ priuatio est, non existentia eius in subiecto eam habere nato.

Quemadmodū cæcitas, carentia est & non existentia visus in hominis oculo, qui aptus est potētiam talem in se habere. Hoc itaq̄ modo, quoniā materia apta & nata est habere quamlibet formā, non tamen habet nisi vnam sub qua existit, constat, aliarū omniū formarū in ea esse priuationē. Et quoniā sic quamlibet aliarū æque habere apta est & nata, atq̄ vnam hanc pro tempore inexistentē, hinc sic occasionaliter, vt quacūq̄ virtute agentis naturalis superueniente, si ipsam prædominari contingat virtuti formæ ipsius quæ inhabitat, materia ipsa statim agentis prædominantis impressionē acceptet, nullo vtiq̄ formę prioris odio, sed ratione inexistentis priuationis, quoniā videlicet & formam istam quę introducitur non habebat, & habere apta erat æque atq̄ eā quam tenebat. Vnde propter hanc indifferentiam, iuxta virtutē prædominantis agentis, semper ipsa materia parata est de forma transire in formā.

¶ Quemadmodū ciuitas, quæ in medio duorū regnorum posita neutri est addicta, sed quasi mediæ & neutra ad vtrūq̄ est indifferentis, propter suā hanc indifferentiā frequenter contrarios habet siue hostes siue dominos. Vtrumlibet enim regnōrū illorum prædominari contigerit, nō reluctatur ciuitas illa neutra. Sed & si alter ex regibus in eam ingressus fuerit, superueniens autē alter virtute superauerit, victorem suscipiet, pulso altero, nō vtiq̄ prioris odio, sed ratione indifferentiæ, quoniā prædominatus est

NATVRALIVM LIBER I.

Page 15.

tus est superueniens. Et quomodo hac in re dici potest indifferentia illa, causa esse & occasio expulsio nis regis prioris, non tamē quicq̄ efficit neq̄ egit illa indifferentia, siue (vt ita dicam) neutralitas, ita & de priuatione dicendum videtur.

CAPVT XXIII.

¶ An in materia corporum cælestium insit etiam, supradicta priuatio.

DE cælestium vero corporū materia dubitari potest, num habeat etiam ipsa huiusmodi in se priuationē. Si enim similitudine habere dicatur, videbūtur cælestia corpora corruptioni quoq̄ subiecta, cum sit ista priuatio principium transmutationis in rebus naturalibus. Vbi autē eadem est ratio, idem videtur cōsequi effectus. ¶ Quod vero ista priuatio in cælestiū corporum materia ponēda sit, eorum maxime sententiā consequi videtur, qui materiam ponunt eandē speciem in cælestibus, atq̄ in his inferioribus. Nam si vnus eiusdemq̄ speciei sit omnis materia, videbitur, quomodo inferiorū istorum materia ex sua natura est indeterminata & indifferens ad omnē formā, & quamlibet apta & nata habere, eam etiam quam nunq̄ habuit neq̄ est habitura, ita etiam cælestiū materiā aptam & natā habere quamlibet formā, atq̄ ita cum alijs omnibus careat præter eam quam habet, omniū aliarū in ea esse priuationem. Quod si admittatur, quæstio deinde fiet, quorū minus sint obnoxia corruptioni cælestia corpora q̄ inferiora, & quam ob rem illorū materia nō ita de forma transire possit in formam, quemadmodum materia inferiorum istorum.

CAPVT XXIII.

¶ Soluitur quæstio proposita, & vnde cælestibus corporibus sua sit incorruptibilitas monstratur.

Proposita vero quæstioni responderi poterit, admittēdo priuationē qualem diximus etiam in cælestium corporum materia inueniri, neq̄ tamen consequi, vt materia ipsa ratione huius priuationis transire possit a forma in formā, ac proinde corpora ipsa cælestia transmutationi quæ est secundum



DE PRINCIPIIS RERVM

Secundum generationē & corruptionē sunt obnoxia
Formæ enim substantiales cœlestium corporum, cum
sint perfectissimæ in informādo suam materiam, sic
eam sua perfectione implent, & licet ex se indifferentem
(solidissima dispositione validissimisque qualitatibus
stabilunt, tamque potentes sunt ad se seruandū
in ea sub qua ab initio creatæ sunt materia, vt nūllum
sic agens naturale creatū tantæ virtutis, quod
aduersus ipsarū aliquā possit præualere. Neque patiūtur
in suā quam inhabitant materiā, vllam omnino
extraneā impressionē vllō pacto repugnantē intro
duci, atque ita, propter formæ perfectionē sit, vt de for
ma in formā transire nō possit materia, Et quidē res
ctius videtur ac rationi magis consentaneū, vt cœ
lorum impassibilitatē & incorruptibilitatem assu
gnemus ex parte formæ, quæ ex ipsa natura materiarū.
¶ Quod vt intelligatur clarius, suprapositā libet ad
nalogiam referre. Ciuitas enim illa indifferens &
neutra, quam capite. 22. proposuimus, duorū regno
rum velut mediā, tametsi ex se sit indifferēs & neu
tra, & iuxta prædominantis regni virtutē, temporis
successu, nunc huic nunc illi subijcitur, transiitque de
domino in dominū, potest tamē, si præpotentē ad
modū regē contigerit illā occupare, ita validissimis
turribus, arcibus, castris muris, vallibus, & firmissimo
præsidio muniti, diligentissima quoque adhibita cus
todia fidelissime obseruari, tam vtiq; potenter, sapi
enter, & valide vt spes vltra non videatur contra
rio domino aliquando se posse illius potentia præ
ualere. Quod vbi fuerit, ciuitas illa quæ primum
erat indifferens & neutra, atque etiamnum quan
tum ex se talis permanet, per virtutem nimiam &
fortissimam munitionem occupantis & prædomi
nantis, facta est modo quodam eius iam regno &
potestati addicta, Neque poterit vltra de domino
transire in dominum, aut de regno ad regnum,
non vtiq; ratione ipsius ciuitatis, sed ratione oc
cupantis, cuius potentia nimia non videtur spes
vt aliquando potestas contraria resistat. Sic sane
& de

NATURALIUM LIBER I.

For. 6.

& de cœlesti materia dicendum, propter perfectio
nē & potentiam formæ potentissimæ in informans
do, quæ illi data est ab initio, eam de forma in for
mam transire non posse, quoniam agens naturale
deest, quod illi possit vel aliam imprimere, vel suam
auferre.

CAPVT. XXV.

¶ Soluitur superius obiecta ratio.

AD rationem vero quæ in oppositū obijci
batur, proponentē, vbi eadē est causa eundē
etiam cōsequi effectū, respondebitur, nō esse
nisi occasione similem in cœlestibus & inferioribus
cum priuatio (vt supradictum est) non sit vera causa
per se effectiua ipsius transmutationis de forma in
formam, sed tantum occasio, & causa sine qua non.
Nisi enim in materia esset priuatio formarū absens
tium & nisi eas esset apta habere quas non habet,
nūquā de forma trāsmutaretur ad formā. Atque eate
nus dicitur priuatio occasio esse, & causa tantū sine
qua non, ac consequēter principū quoddam trans
mutationis huiusmodi. Cæterum, huius transmuta
tionis verā & efficientē causam diximus esse agens
naturale, quod prædominans, impressiones formæ
inexistenti cōtrarias, & formæ quā ipsam vult intro
ducere conueniētes imprimi in materiā, sicque eā de
forma transire facit sua actiua virtute in formam.

¶ Quamuis ergo eadē admittatur occasio transmu
tationis in cœlestibus atque inferioribus istis, non ta
men est causa eadem. Non est autem necesse, quoti
escunq; eadem occurrit occasio, siue eadem causa si
ne qua non, vt idem ponatur effectus, quem admos
dum securis acuties occasio quædam est, & causa
sine qua non sectionis ligni. Non enim secaret secu
ris, nisi acuta. Nō est tamē necesse, vt semper fiat se
ctio, donec est securis acuta, sed verā causam adesse
oportet, & sectionē efficientē, (hoc est, ipsum secantē)
priusquam fiat sectio. Vbi autē defuerit secans, quantum
uis acuta iaceat securis, non fiet ligni sectio. Ita &
in proposito, quia agens inueniri nullū potest, quod
effectum eiusmodi producat in cœlesti materia, nec
pe transmu



DE PRINCIPIIS RERVM

pe transmutationem in formā aliam, nihil proficit occasio sola. Nihil enim prodesse valet presentia causæ sine qua non, vbi defuerit causa quæ effectum ipsum operetur.

CAPVT XXVI.

Quomodo vim nullam patiantur corporū celestium materiæ, in eo quod de forma non transeant in formam.

obiectio

Ed videri forsitan poterit vim pati celestium materia, & violenter cohiberi a formis, ne trāseat in formas alias. Cū enim ex sua natura dicatur materia cupere trāsitū de forma in formā, si ab hoc cohibeatur atq; impediatur videtur id non carere violentia. Apparet autē inconueniēs admittere perpetuam talem in nobilissimis illis corporibus violentiam.

obiectio nis solutio.

Verum diligētius attendētes, cōpērimus, celestium corporū materiam prorsus nullā vim a suis formis perpeti, imo quietē bonā & stabilitatē congruā sic eam accipere, id quod suprapositæ analogiæ consideratio, facile monstrat per similitudinem. Quomodo enim ciuitas illa ex se indifferens & neutra, nullū patitur violentiæ incōmodum, ex eo quod potens ille imperator sic eam sibi firmat munitionibus validis atq; diligētī custodiā, ad eum modum quē supra expressimus, imo magis quietē dulcem & bona cōmoda consequitur, dum a perpetua illa instabilitate liberatur, & stabili mansione in ipsa habitantis imperatoris ornatur, ditatur, perficiturq; plurimū. Ita per omnem modū, nulla sit materiæ celestii violentia, cū per nobilissimas formas stabili mansione in ipsa inhabitantes, ab instabilitate eiusmodi liberatur, perfectissimis qualitibus & nobili dispositione semper plenissima, eo quod nobilissimarum formarū sit habitaculū. Ex imperfectione

Instabilitas ex imperfecto est.

enim est, quod ita instabilis existēs materia, semper querat de forma transire in formā. Nec male puerorum cupiditati, materiæ hoc defyderiū potest comparari, quas videmus nonnunq̄ ea quæ in manibus habent, siue cibaria siue alia quælibet proijcere, vt alia quæ forte porriguntur itē apprehendant.

Nec

NATVRALIVM LIBER I.

Nec raro panē aut carnes abijciunt e manibus, vt lapidem aut carbonem aut aliud vile quippiā apprehendant. Quorū cupidæ instabilitati parētes bene consulunt, nec vim vllā eis faciunt, dum pro cibo quem tenent aliud nihil apprehendere eos sinunt.

Sic sane & materiæ frequēter euenit, cū sua instabilitate semper transire gestiat, pro forma nobilissimā & perfectioribus qualitibus sub quibus stabat, formam imperfectiorē & viliore dispositiones vt recipiat, canī illi Aesopico non admodū dissimilis, canis qui pro carnis vmbra quæ videbatur in aqua maior carnis substantiam sibi permisit dentibus excidere. Huic vero instabilitati diū formā celestis sua perfectione mēdetur non solum vim non facit materiæ verumetiam quiete bona eam perficit, & magno afficit beneficio.

CAPVT. XXVII.

Quemadmodum corpora glorificata post resurrectionem; sub suis formis sempiterna atq; dulcissima quiete requiescent.

Quod autem nunc de materia & formis celestium corporū diximus, idem etiā de materia in hominibus glorificatis post factam resurrectionē dicendū videtur, nulla videlicet violentia eā a suo illo transitu in varias formas cohiberi, nec violenter detineri, sed quiete summa atq; dulcissima ex immortalitatis dono, sub suis quæq; formis ita firmari atq; stabiliri, vt nullo amplius trāsitu perdere valeant quā habent, vel quā non habent acquirere. In hoc tamē est consideranda diuersitas, quod in celestibus corporibus, formæ ipsæ ex sua perfectione naturaliter ita materiā quam informant perficiunt atq; stabiliūt, vt extraneā impressiōnem recipere non valeant. In hominibus autē post resurrectionem futuris gloriosis, non ipsa naturalis animæ virtus hoc præstabit, sed dei voluntas & beneplacitum, ita vt in beatorum corporibus hoc sit præstitura grātia, & Dei bona voluntas, per immortalitatis donum gratuitum, quod celestibus orbibus ipse naturæ auctor, secundum primam cōtūlit

instituitio



DE CAUSIS RERVM

institutionem. ¶ Et quidem quod ad damnatos at-
tinet, quos etiā necesse erit (iuxta sacratissime catho-
lica fidei confessionē) tuba canente, in suis corpori-
bus ad iudiciū & ultionem exurgere, si in eis pona-
mus violentiam perpetuam, nullū sempiternus vi-
debitur incōueniens, illic nimirū, vbi horror & ter-
ror, nullus vero ordo inhabitat, vbi diuinā volun-
tatis iusticia, violenta (quæ natura perpetuo nō su-
stinet) suæ diuinitatis potentia ad ultionem eis in-
ternitate sustentabit. ¶ Cæterum, in corporibus
beatorum, gloriosissimo illo immortalitatis dono
ex diuini conspectus consortio factis immortalibus
dulcissima vtiq; pace & quiete suauissima nihil du-
bium est quiescere pauperulam ex se & egenā illā
materiam, cū sua hospita rationali anima, cui vt in
peregrinatione laboris olim fuerat ministra, ita pa-
tria, dulcissima tūc beatitudinis erit socia. Si enim
potest cœlestis corporis forma ab institutione natu-
ræ, suam quā inhabitat materiam in se stabilire, eāq;
in pace & quiete perpetua possidere, poterit & hoc
rationalis anima in deū iā absorpta, cum plenitudi-
nem acceperit inhabitātis in se diuinitatis, ex dei vo-
luntate, eam videlicet quæ illi restituetur habitatio-
nem, stabilem sibi atq; perpetuā ser uare, sicq; sibi fir-
mo sœdere & solidissima colligatione cōnectere, vt
vltra ab ea pelli non possit. ¶ Similiter & in im-
pijs, ad æternam exercendam vindictā, colligationē
hanc faciet iustus ille vltor, vt perpetuis tormentis
& supplicijs inæstimabilib; vltra a corpore anima,
quantumcumq; desiderauerit, separari omnino nō
possit. Illis quidem ad gloriam æternam, vt ab ea
ad quam semel admissi fuerant beatitudine, nō pos-
sint excidere. His vero, ad sempiterna supplicia vt
cruciatibus diabolo & ministris eius ab initio præ-
paratis, nunq; valeant abesse. ¶ Et hætenus
quidem, quæ de rerum naturalium principijs,
ad omnipotentis Dei noticiam & gloriam condu-
cere videbantur, pro nostra paruitate tractauimus.
Proximum est, vt ad earum causas vtiq; expli-
candas, altero libro, transeamus, si prius in ipso libri
huius


NATURALIUM LIBER II.

hūius termino, ex ijs quæ diximus, laudis qualescūq;
canticum cecinerimus altissimo rerum omnium do-
mino, qui super omnia vituit benedictus in æterna
sæcula. Amen.

¶ Finit ad Dei omnipotentis gloriam Liber
primus considerationis Physicæ.
¶ PSALMVS LAVDIS, AD CON-
clusionis terminum, primo & opti-
mo rerum omnium principio

Confitebor tibi domine i toto corde meo, me-
ditabor in omnibus mirabilibus tuis.
Non est similis tui in dijs domine, & non est
secundum opera tua.
Tu solus inhabitas æternitatem, cū vnigenito tuō,
in sancto spiritu semper perfectus atq; beatus.
Cælo tibi opus non erat, vt sederes in eo, terra vero
& vniuersa quæ sunt in ea, quem tibi vsum prebere
poterunt, qui rebus nullis indiges?
Quia voluisti, quādo voluisti, sicut voluisti, ita ver-
bo dixisti, & surrexit vniuersa hæc machina, magna
nimis.
Ecce nō est in oibus gētib; vit industrius, aut potes
artifex, vt suscitet de nihilo, vel puluisculū terræ.
Tu autem ex nihilo fecisti, quæcūq; nostris sunt ob-
iecta sensibus, molem magnam valde.
Sub materia, non ex materia constituisti hæc omnia
suam cuiq; pondus librans.
Materia quidem cognata erant, & indiuisa, forma-
tum autem varietate separasti ea.
Quam vnico opere demonstrare nequisti infinitam
pulchritudinem tuam, variatis sic rerū speciebus,
vt manifestam faceres.
Ecce vero in hoc mirabilis dulcedo sapientiæ tuæ,
dum sic diuersissima natūo nectis amore.
Et quæ per sese inimica videntur, tuo iussu, insepa-
rabilis sunt conglutinata dilectione.
Vere magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es deus,
solus, creator omnium, creator cæli & terræ.
Tibi soli laus honor & gloria, tu es solus adorādus,
domine deus noster.

C 2. Vt quid



DE CAUSIS RERVM

Vt quid domine permittis alienis honorē tuū, & quare eum præripiunt tibi creaturæ tuæ, quæ adorantur in terris?

Intende ad visitandas omnes gentes, & agnoscat ut gloria nominis tui super omnē terrā, vt nō deficiat laus tua de ore nostro in sempiternam, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Finit Psalmus.

LIBER SECVNDVS PHYsicæ considerationis de causis rerum naturalium.

Præfatio.



Mne quod creatū est, aliquā necesse est suę existētię habeat causam, etiā ægelica ipsa, licet nobilissima creatura. Omnia siquidem quæ creata sunt, manifestum est ab eo qui ipsa creauit atq; effecit, suū esse accipere, & suum effectore suę existētię causam habere. Necesse itē est, ad finē omnia ordinari, propter quę creata sunt, & ad suā singula existentiā perducta. Atq; ita quidē efficientē & finalē causas, oīa que sunt creata & visibilia & inuisibilia, spūs & corpora, necessum est habere. Cæterū, res corporeæ, & naturales, præter supradicta duo causarū genera, cōspiciuntur & alia duo requirere, materialē causam dīco ex qua cōstēt, & formalē, per quā suā accipiāt existentiā. Et de his quę posteriorib⁹, in priori libro quatenus p̄cipia sunt rerū naturalium, cōceptum est determinari propter quod non ita proluxa nobis præfati hoc libro de eis faciēda erit determinatio, nisi quantum ipsa causalitatis ratio exposcet. De prioribus autem duobus, proluxior restat tractatus. Ad gloriam ergo eius qui est omnium causarum prima atq; nouissima, & cō, principium & finis omnium ex materia componēs singula, & suis formis in sua existentiā

Apo. 1.

NATVRALIVM LIBER II.

Fo. 19.

existentia ligans vniuersarum istarum, iam aggre diamur determinationem.

CAPVT PRIMVM.

¶ Definitio causæ, & quomodo ab occasione separanda causa.

Causa definirī solet, ad cuius esse consequitur aliud.

Causæ de finitio prior

Qua definitione indicatur, omne illud esse alterius causam, quod ei quomodocunq; dat esse, siue vt sit, aut a quo hoc alterū accipit quomodocunq; vt sit. Quēadmodum (exempli gratia) ad dei esse cōsequitur omnīū esse creaturarum, id est, a deo omnia accipiunt vt sint, & deus omnibus esse donat, atq; ob hoc est deus omnīū causa. Similiter res omnes naturales, a materia & forma accipiunt vt sint, & materia ac forma modo quodam dant rebus naturalibus vt sint, dum ex illa & per hanc necesse habēt subsistere, atq; ob id omnīū rerum naturalīū causæ sunt, materia & forma. Sic & finis quatenus agentē mouet ad operandū effectum, quodammodo dat effectū vt sit, cum propter finē agens eundē operetur. ¶ Aduertendum est autē (quēadmodū in libro priorē obiter indicauimus) distingui solere duplicē causam, alteram proprie dictā, quam nūc definiuimus, & de qua principaliter loqui intendimus, cū de causis rerum facimus sermonē, alterā vero improprie causam nominatā, quæ est occasio siue causa occasionaalis, aut causa sine qua non. Quēadmodū in inflammationis, & cōbustionis eius, & instipula leuitas, occasio est facilis agitationis sursum, in globo rotunditas, occasio est facilis motus, in cultro, occasio bonæ scissionis est, ipsa eius acuties, atq; ita in similibus. Non sunt tamen hæ nisi occasiones taliū effectuum & occasionales causæ (quod cum diminutione dicitur) atq; etiam causæ sine quibus non, hoc est, sine quibus effectus eiusmodi vel non fierent, vel non ita commode & facile fierent, quemadmodum non fieret, aut

C 3a fieret, aut



DE CAUSIS RERVM

fieret, aut non facile fieret ligni accensio, nisi esset in eo siccitas, neq; facile globus laterali motu agitari possit, nisi rotundus, neq; recte scindere culter, nisi acutus, atq; ita in alijs. Causa tamen vera non sunt sed tantum dispositiones quaedam, quas necesse est ad esse, si agens ipsum & praecipua causa debeat effectum operari, aut quae ubi adfuerit, rectius ac facilius agens & praecipua causa suum effectum operetur.

CAPVT SECVNDVM.

Quomodo in moralibus vtile sit dinoscere causam ab occasione.

St vero in moralibus diligentissime attendenda ista distinctio, vt non pro occasione causa, aut e contrario pro causa, existimetur occasio.

Multum enim haec distinctio valet ad peccatum discretionem. Quoadmodum (exempli gratia) in scandalo dato, quod est vera causa ipsius scandalizationis passiuae, & in scandalo non dato sed accepto, ubi opus ipsum ex quo scandalizatur alter (quod scandalum acceptum nominant) non est causa scandalizationis passiuae, sed tantum occasio, vera autem causa huius passiuae scandalizationis est, ipsa praua voluntas eius qui ex eo scandalizatur sua prauitate, vnde de scandalizari merito nec potuit nec debuit. Sic & in consideratione finis, distinguenda frequenter venit occasio & vera causa. Quomodo (exempli gratia) propter temporale praemium, actum alij quem sacrum faciendo, si praemium illud temporale, tantum occasio quaedam est, & finis quidam occasionalis, & occasionale motiuum, sit vero Deus finis verus & vera causa finalis, non est actus ille malus vel illicitus. Sin temporale illud praemium vera est causa finalis, & motiuum praecipuum, non autem Dei honor aut gloria, indubie illicitus iudicabitur. Quapropter huius rei proderit exacta consideratio. Excluditur vero causa occasionalis, a definitioe ne supraposita, per hoc quod non sic ad eam effectus consequatur, vt ipsi det aliquo modo esse. Nullo enim modo occasio dat esse effectui, sed tantum est dispositio quaedam, qua mediante causa praecipua facit esse.

quid scandalum datur & quod acceptum.

NATVRALIVM LIBER II.

facit effectum esse. Quomodo ignis agens, dispositione & occasione siccitatis, facile inflammat lignum, & manus proijcientis, globum rotunditate dispositum, facile agit. Nemo autem dixerit siccitatem inflammare lignum, aut globum a sua rotunditate moueri.

CAPVT III.

Alia ponit causae generalis definitio ex qua speciales eliciuntur definitiones quatuor generum causarum. Olet etiam hoc modo causa definiri.

Causa est ex qua, aut per quam, aut a qua, aut propter quam, res quae praecipua efficitur, vel est.

Causae altera definitio.

Quae definitio, dum sub quadruplici datur distinctione, quatuor indicat causarum genera, id est, causae distinctionem in quatuor sub se contentas species. Dicitur enim causa, in causam materiale, causam formalem, causam efficientem, & causam finalem. Nam ex qua, respicit causam materiale, per quam, causam formalem, a qua, efficientem, propter quam finalem.

Ex quibus facile colligi possunt singularum specierum harum definitiones.

Causa materialis.

Causa enim materialis est, id ex quo quipiam sit eo pacto vt insit,

Id est, est principium naturale vel artificiale ex quo res naturalis vel artificialis fit ita vt in ipsa maneat. Siquidem ex materia cum forma, res ois componitur, res (inquam) siue naturae, siue artis. Vt ex ligni materia, cum forma ignis in ea introducta, fit ignis, Ex auro, per formam idoli infusam, fit idolum. Per quam, causam formalem respicit, Per eam enim & secundum eam, res dicitur esse substantialiter quod est, & in suo item peculiari esse per eam res conseruatur, vt per animam rationalem homo est homo, & per formam idoli opus aliquod dicitur idolum. Quod si forma auferretur oportet & homini & idolo esse similiter auferri, vt non amplius sit homo vel idolum, quod



DE CAUSIS RERVM

prius erat, donec inexistere forma. Propter quod, ab Aristotele dicitur, Forma est species, exemplū, & ratio quidditatis, id est, essentia rei naturalis. Sic enim ille solet essentia rei exprimere. Species quidem, quia per eam res in certam speciem constituitur atque artatur, quemadmodum in priore libro latius tractauimus. Exemplū. Quonia secundum formam, res sibi similia efficiunt, quemadmodum ignis per suam formam generat ignem alium sibi simile. Ratio autem dicitur, quoniam essentia rei constituit, & secundum eam res accipit suam essentiam rationem, & secundum eam etiam res definitur, quemadmodum homo definitur esse animal rationale, & animal corpus animatum sensibile, ubi rationale & sensibile, animam rationalem & animam sensitiuam (ex quibus essentia hominis ac bruti est) respiciunt. Tertia autem disiunctio partis particula, nempe a qua, ad causam efficientem spectat. Ab ea enim primum fit motio exterior, ut opus fiat, & in materiam ipsa habet suo motu & actione formam introducere. Idque tam in rebus artis, quam naturae, licet primum motus interior a causa finali procedat. Quemadmodum in domo construenda, quae est opus artis, non seipsum lapides componunt, sed est dominicans, qui manum ad molitur operi, quibus suo motu & actione materiam componens, & debito modo coaptans, formam domus efficit, item non seipsum ignis gignit, neque materia seipsam accendit, sed ab alio agente succenditur materia ad formam ignis, definitur autem ab Aristotele hoc pacto.

Causa efficiens est id unde primum principium mutationis & quietis.

Cuius est hic sensus, causa efficiens principalis, est primum principium a quo motus & quietes, exterius procedit, vel effectus positius aut priuatius producit, quod tam ad artem quam ad naturam applicari potest. Ultima vero particula propter quam vel eius gratia, sine signat, qui mente quidem conceptus, tacite intrinsecus efficientem mouet causam, & veluti in exte

NATURALIUM LIBER II. Fo. 3r.

in exterius opus mittit, quemadmodum propter inclinationem, homines domos aedificant, propter defensionem & tutelam ab hostium incursum, ciues muros, valla, turres, aliaque fortalicia construunt. Mouet enim mentem finis iste conceptus, & ad opus procedere facit exterius. In naturalibus vero agentibus, in quibus non est ratio, finis ipse ut naturaliter intentus & desideratus, hoc est quatenus res agens ad finem naturaliter inclinatur ac fertur, mouet rem ad operandum effectum tali fini congruum. Quemadmodum forma lapidis mouet ipsum deorsum, propter finem ad quem naturaliter inclinatur, id est, propter quietem in loco naturali, definitur hoc modo.

Causa finalis est cuius gratia omnia fiunt.

Id est, finis est principium ad quod diriguntur & destinantur omnia media, eidem congruentia, veluti in scopum quendam.

CAPVT QVARTVM.

Quomodo & causa efficiens & finalis utraque dici possit causarum prima.

EX quibus patet, utramque causam, nempe & efficientem & finale, recte dici posse causarum primam, sed differenter, aliaque & alia ratione. Finis enim est prima causa secundum intentionem, quatenus agentis virtutem effectiuam (in rationalibus, per rationem intentus, siue in naturalibus per naturalem inclinationem desideratus atque naturaliter propositus) sollicitat interius, ad operationem exteriori cuiuslibet effectus. Quemadmodum aues, tempore coitus & procreationis, ipsa suae speciei multiplicatio & conseruatio (ut naturaliter intenta & desiderata) extimulat & mouet ad coeundum, nidus construendum, & quaecumque sunt oportuna tali fini operandum. Ceterum, efficiens, primum est in exteriori operatione, & motione materiae. Vnde sicut finis semper est intentione prior efficiente, interius mouendo & sollicitando efficiens, ita e contrario efficiens secundum tempus prior est sine. Quae admodum sanitas ipsa atque sanatio, tempore est posterior ipsa



DE CAUSIS RERVM

rior ipsa potione siue balneatione, ad sanitatē ordi-
natis, tanq̄ ad finē, & operatio bona Deo dignā cō-
uersationis, antecedere debet, æternæ felicitatis re-
tributionem, quæ est illius finis, cum hæc sit illa in-
tentione prior.

CAPVT QVINTVM.

De effectus definitione & diuisione per opposi-
tum ad causam.

QUæ autē de causa dicta sunt, eadē effectui
possunt omnia per oppositū aptari, Sūt es-
nim causa & effectus relatiua, quæadmodū
pater & filius, Vnde ex suprapositis causæ definitio-
nibus, effectus potest hoc modo definiri.

Quid est Effectus est, id quod sequit ad esse alteri⁹

fectus. Hoc est, quod quoquo modo ab alio accipit, vt sit,
hoc est, quod ex aliquo est aut per aliquid, aut ab ali-
quo, aut propter aliquid. Est autē effectus nomē
generale, nō quidē oppositū relatiue causæ efficiētis
in particulari (quæadmodū ex nominis ratione vi-
deri poterat, eo quod inter efficiēs & effectū secun-
dū nominationē & terminationē videatur interue-
nire relatio) sed generaliter causæ opponitur secun-
dū relationē, Vnde quæadmodū superi⁹ causa qua-
druplex distincta fuit, sic ex opposito quadruplex itē
effectus venit distinguendus. Sed quia propria nomi-
na nō habētur, ideo adiecta causarū distinctione,
necesse est circūloqui. Est em̄ effectus causæ materi-
alis, est effectus causæ formalis, est effectus causæ ef-
ficiētis, & est effectus causæ finalis.

quadruplex est Effect⁹ causæ materialis est, qd̄ est ex aliq̄.

fectus. Vt homo hoc modo est effectus suæ materiæ, quæ
niā ex sua materia cōponitur, & idolū, effectus aurī
vel argēti est, tanq̄ materialis causæ.

Effect⁹ causæ formalis est, qd̄ p̄ aliqd̄ est.

Vt homo per formam, qua propter homo respectu
suæ formæ, & idolū respectu suæ formæ artificialis,
effectus dicitur causæ formalis.

Effectus autē causæ efficiētis, q̄ fit ab aliq̄

Vt uox

NATVRALIVM LIBER II, Fo. 22

Vt domus a domificatē, ignis genit⁹ ab igne ipsum
generatē filius a suo patre. Vnde domus, ignis geni-
tus, & filius, respectu domificantis, ignis generātis,
& patris gignentis, effectus dicūtur causæ efficiētis.

Effect⁹ deinde causæ finalis est, quod est
aut fit p̄pter aliquid, siue alicuius gratia.

Vt ambulatio quæ fit propter sanitatē cōsequendā,
& bona operatio quæ exercetur propter vitā æter-
nā. Et regulariter mediū ipsum quod ad finē ordina-
tur, & quo ad finē peruenitur, effectus dicitur causæ
finalis, respectu eius ad quod ordinatur & ad quod
perducit, quæadmodū bona operatio ad æternā vi-
tæ cōsecutionē ordinatur, & ad ipsam perducit ope-
ratē, similiter & ambulatio, ad sanitatē. Videtur
tamē difficile hoc intelligere, quemadmodū mediū
causæ finalis siue ad finem, dicitur effectus illius, eo
quod plerūq̄ vt post latius declarabitur, sit verū ef-
ficiēs illius. Sed facile vitatur difficultas, si attenda-
tur, effectū generale esse vocabulū, & in vno quoq̄
causalitatis genere causæ relatiue opponi. Vnde cō-
sequitur manifeste, si sanitas respectu ambulationis
sit finalis causa, e contrario quoq̄ ambulationē effe-
ctum esse causæ finalis respectu sanitatis, similiter &
de bona operatione, respectu felicitatis.

CAPVT SEXTVM.

Quæadmodū eiusdē rei possint esse plures causæ.

AD maiorem autem prædictorum cognitio-
nem, tres poni solent causarum conditiones.
Quarum prima est.

Prima
proprie-
tas caus-
arum.

Eiusdem rei plures possunt esse causæ.

Quod si de diuersis generibus causarū intelligatur, Homo
etiam sensui est manifestū. Siquidē omne agens na-
turale, causas materialē, formalē, efficiētē, & finalē, hominē
habet. Si vero in eodē genere causæ accipiatur, etiā & sol, vt
sic verum est. Nam idem homo filius existens, cau-
sas efficiētes habet, patrem, matrem, corpora cœle-
stia & super omnia Deū. Homo enim non generat physico
hominē



DE CAUSIS RERVM

hominem sine concursu causarū vniuersaliū, id est, corporū cœlestium, & causę vniuersalissimę quę est Deus. Sic plures esse possunt eiusdę rei fines, vt corpus est propter animā, propter hominē, propter Deum. Terrę gramina & herbę, sunt propter iumętorum pastum, propter ipsius terrę ornatū, & propter hominū consolationē atq; in Deum ex ornatu illo prouocationē. In genere autem causę materialis istud absurdū videtur, si de materia totali sermo fiat. Omne enim ens naturale non nisi ex vna materia totali componitur. Et similiter nullū opus artis vnū, duas totales habet materias. Neq; enim simul eadem statua, & tota aurea & tota argentea esse potest. Possunt tamen commisceri aurum & argentū, sed tunc nō nisi pro vna totali materia reputabitur. Similiter & de causa formali dicendū, maxime si de formā substantiali & vltima sermo fiat. Quemadmodū enim ex primo libro patet, nulla res naturalis plures substantiales formas habere potest. Neq; item res quęcunq; artificialis, plures simul totales formas artificiales habere valet. Nequit em̄ statua, leonis imaginē habere, simul & bouis. Quod si formarū fiat cōmixtio, veluti cum humano capiti ceruicem equinā pictori iungere libuerit, nō plures sunt formę artis totales, sed vnica tantū. Si tamē causam formale large acciperemus, vt etiam ad formas accidentarias se extenderet, sic dubū nō esset, plures etiam formales causas simul posse existere. Plurimas enim accidentarias formas idem simul in se continet homo.

Horati⁹
de arte
poetica.

Secūda
cōditio
causarū.

CAPVT SEPTIMVM.

Causas posse esse sibi inuicem causas.

Secunda cōditio est. Causę possunt sibi inuicē esse causę. Quod quidē in diuersis causarū generibus est indubitātū. Plerunq; enim quod in genere causę finalis est causa, hoc ipsum in genere causę efficientis est effectus, & quod in genere causę efficientis est efficiens, hoc est in genere causę finalis effectus. Veluti cum nō

NATVRALIVM LIBER II.

cūm nō recte quispiā valēs, propter acquirendā sanitatē deambulat, aut medicinā bibit amarā, deambulatio ista in genere causę efficiētis causa est sanitatis, quę per ipsam & ab ipsa efficitur, Similiter & amarę medicinę potio causa est sanitatis quam efficit, atq; ita ex consequēti sanitas ipsa admitti debet in hoc causalitatis genere ipsius ambulationis atq; potionis effectus. Contrario autē, in genere causę finalis causa est, sanitas vt inuenta & desyderata. Ipsa enim est, quę non recte valentē mouit ad ambulationē atq; amarā potionē. Atq; per consequēs, in hoc causalitatis genere, ambulatio effecta & potio illa amarioris medicinę propter sanitatē, admitti debent effectus. Est autē in genere causę finalis effectus, ipsum mediū quod est propter finē, & quo ad finē peruenitur, quęadmodū in proposito est, de ambulatione & potione respectū sanitatis. Patet ergo, quęadmodū in diuersis causarū generibus causę sibi inuicē possint esse causę. Amplius vero, etiam in eodē genere causę inuenire possumus causas esse sibi inuicē causas. Nā habitus ex actibus generatur, quęadmodū virtutes habituales ex actibus virtutū frequenter iteratis, & nihilominus habitus cum generati fuerint actus vicissim faciūt. Faciūt em̄ habitus, eos quos habent secundū ipsos operari, & delectabiliter operari. Verū istud secundū specię est tantum. Nā actus qui precedunt habitū eumq; efficiūt, numero diuersi sunt, ab ijs qui sequuntur & efficiuntur ab eo. Profundius autē cōsiderandū, inuenire poterimus, vbi causę eadē secundū numerū, sibi inuicē sint causę. Eadē em̄ caliditas quę in manu a calido quod tenetur manib⁹ producitur vicissim cōseruat in ipso quod tenetur manibus, calorem. In eodē autē genere causę efficiētis sunt, causa producens & causa cōseruās. Vtraq; enim causa & producens & cōseruans, dicitur efficiēs. Similiter etiam dicendum videtur in contemplatione rei iocundę, quę gaudiū atq; læticiam in animo producit, a qua vicissim cōseruari ipsa rei iucundę contemplatio videtur. Cōseruat enim contemplationis actum

Causę
sunt sibi
mutuo
causę.

abscq;



DE CAUSIS RERVM

absq; fastidio, & permanere facit in animo, laticia interior, que in eo inde exoritur.

CAPVT OCTAVVM.

Eandem posse esse causam contrariorū effectūū. Etiam conditionē causarum ponunt, hanc.

Eadem potest esse causa contrariorū effectuum.

Quod quidē ad oculū prōptū est videre in solis actione, qui vnus & idē mediante calore, quā dā facit liquecere, alia indurans. Cerā em̄, & butyrū, glaciē, atq; similia, liquefacit, Lutum vero & lutea vasa, hisq; similia, facit indurescere. Et eadē potio in quibūdā efficit sanitatē, in alijs egritudinē, imo etiā in eodē successiue, Huius autē ratio est, varia dispositio subiecti in quo recipitur actio. Quēadmodū ea que pro homine cōplexionis sanguineę bona est potio, & sanitatis effectiua, fieri potest vt homini cōplexionis cōtrarię (nēpe melancolicę) sit noxia, atq; egritudinis effectiua. Et frequēter potio que distemperatā cōplexionē ad tēperamentū reducit, eadē distemperamentū facit in eo qui recta est valitudine. Sic eadē prēmisse in vno generāt sciētia, in alio generant tantū opinionē, iuxta quod vel circa prēmisse vel circa consequētia rectitudinē varie fuerint affecti. Ita sęculi sciētia aliquo modo p̄ficit intellectū, quoniā oīs veritatis cognitio, quantū ex se est, intellectum perficit, im̄ perficit tamen affectum, eo quod in statum reddat. Et quidem in rebus naturalibus hęc contrariorum causalitas provenit, vt diximus ex parte varię dispositionis subiecti, in quod fit actio. In volūtarijs autem, ex varia dispositione agentis pro sua libertate. Idem enim homo & vult & non vult, non solum ratione rei mutata, sed pro sua etiam libertate, absq; rei vlla mutatione.

CAPVT NONVM.

De causa diuisione in vniuersalem & particularem, propinquam & remotam.

Solent

NATVRALIVM LIBER II.

Fo. 24.

Solent quoq; de causis nonnullę assignari diuisiones. Causarū enim quę dā sunt vniuersales, quę dā particulares, quę dā remotę, quę dā propinquę.

Diuisio causarū.

Et consideratur hæc rursus, vel secūdū nominationē, vel secūdū rē. Secūdū nominationē quidē, quando causa & effectus nomine vniuersali vel particulari assignant, vt cū dico, Non est finis rerū, Ex materia, sit res, Forma, facit esse rē, Res est, p̄ formā, Artifex, efficit opus, Finis, mouit operantem. In his, & causę & effectū vniuersaliter nominatur seu generaliter. Cū autē dico, ex auro facta est hæc statua, particularis causa & effectū exprimitur. Itē cū dico, artifex fecisse hęc domū, aut viuētē aliquē esse patrē huius pueri, nominationē causas remotas ab effectibus dico, Causas em̄ nomine vniuersali designās, effectū particulare demōstro. Cū vero huius pueri hęc hominē dico esse patrē, aut hęc artifex causā huius rei, aut domiciatorē domū esse causam, & statuariū statū, propinquius nomino & exprimo causalitatem. Interdū vero nuncupam causas vniuersales vel particulares secūdū rē, ob rei gñalē videlicet aut particulare, remotā vel propinquā causalitatem. Hoc autē pacto causa vniuersalis dicitur, vel gñalis, quę plurimos habet diuersorū generū effectū, quēadmodū sol, & cęlestia corpora, & sup oia Deus benedictus. Habēt em̄ effectū plurimos diuersorū gñerū, cū oīs creatura corporalis sine illorū concursu nō efficiat. Nō est autē necesse ad hoc vt causę dicant vniuersales seu gñales, vt p̄fus nullū sit effectus cuius ipsę nō sint causę. Sic em̄ sol & cęlestia corpora nō dicentur causę vniuersales, cū nō sint causę spiritūū neq; spiritaliū rerū, sed sufficit, qđ multos valde habet diuersorū generū & diuersarū rationū effectū. Quāq; Deus sup omnia benedictus, ob hoc vniuersalissima & generalissima causa per superlationē resē dicitur, quod prorsus nihil neq; corporale neq; spirituale eius causalitati sit subtractū. Videtur etiā homo



DE CAUSIS RERVM

homo secundum genus causae finalis esse causa vniuersalis, eo quod plurimos videatur habere diuersarum rationum secundum hoc genus effectus, id est, plurima ad ipsum ordinata. Cum omnia haec inferiora, imo & caelestia, ad hominem vt finem referantur.

causa particularis

Causa autem particularis dicitur, quae non plurimos habet diuersorum generum effectus, vt homo, causa particularis est respectu filij quem gignit, etiam si mille genuisset numero filios. Oportet enim causam vniuersalem siue generalē, multos admodum habere effectus diuersorum generum atque diuersarum rationum. Individuorum autem quantacumque multitudo, non sufficit ad faciendam causam vniuersalem.

causa propinqua

Causa vero propinqua secundum rem nominatur, illa quae effectum prope est, & per se effectum attingit, quemadmodum pater, causa propinqua est sui filij quem per feminis decisionem gignit.

Causa vero remota est, quae ab effectu est elongata, neque ad effectum nisi alia causa priore mediante attingit, quomodo avus causa est remota nepotis, eo quod ad eius causalitatem non attingit, nisi mediante efficientia filij sui, qui est pater nepotis illius & causa propinquior. Magis autem remotae causae sunt proavus, attavus, tritavus, atque ita consequenter. Similiter si ignis aliquis secundum produxerit, atque hic rursum tercius, iste, quartus, qui deinde quintus, primus omnium, causa est propinqua secundi, & secundus tercius, atque ita consequenter, sed omnium aliorum praeterquam secundi, est ignis primus causa mediata, & secundus causa mediata est quatuor & quintus.

Causae vniuersales sunt propinquae

Sunt autem causae vniuersales etiam causae propinquae, aequae atque particulares, Sol enim & corpora caelestia, effectibus prope sunt, & secundum causalitatem effectum attingunt per sese, non tantum mediantibus alijs particularibus agentibus. In omni enim effectu naturali, immediate per se Deus concurrens, similiter & corpora caelestia.

CAPVT X.

De causa per se & per accidens secundum nominationem.

Iterum

Terum autem diuisitur causa, in causam per se & causam per accidens. Idcirco rursum vel secundum nominationem, vel secundum realem considerationem.

Secundum nominationem est causa per se, quando causa exprimitur sub ratione causalitatis, id est, sub eadem ratione secundum quam talis ei effectus competit. Quoadmodum dicimus lucidum per se esse causam luminis vel illuminationis, calidum per se esse causam calefactionis, iugulationem esse per se causam interitus, summum quoque bonum per se finem esse omnium. Atque ita cum dicimus lucidum illuminare, calidum calefacere, iugulatum interire vel interficere, summum bonum appeti vel desiderari, causa per se exprimitur secundum nominationem. Lucidum enim quatenus lucidum illuminat, & calidum quatenus calidum calefacit, atque ita in ceteris.

Causa per se & per accidens.

Quid causa per se secundum nominationem.

Quid causa per accidens, ex nominatione.

Per accidens vero dicitur causa secundum nominationem, quando causa non exprimitur secundum rationem causalitatis, neque sub eadem ratione secundum quam ei effectus talis conuenit, sed sub ratione aliqua extranea & impertinenti. Quemadmodum (exempli gratia) si quis dixerit calidum causam luminis, aut lucidum causam caloris, dicatque lucidum calefacere, & calidum illuminare, percussum interficere, omnia creatorem appetere & desiderare. In his enim ratio causalitatis non exprimitur, sed aliquid impertinentis effectui. Non enim lucidum quatenus lucidum calefacit, sed quatenus calidum, neque calidum quatenus lucidum calefacit, sed quatenus calidum, neque percussum quatenus percussum interficit, sed quatenus iugulatum, neque creator quatenus creator, sed quatenus summum bonum & finis omnium vltimus, ab omnibus appetitur ac desideratur, quasi ordinatis ad ipsum.

CAPVT VNDECIMVM.

De causa per se & per accidens secundum rem,

D Secundum

Universidad de De...

DE CAUSIS RERVM

Secundum realem vero considerationem dicitur causa per se, quae ad effectum aliquem ordinatur, sive secundum naturalem inclinationem, sive secundum rationis propositum. Per accidens vero, quae ad certum effectum non ordinatur, sed accidit ei effectus praeter intentionem & ordinationem. Quoad modum (exempli gratia) forma lapidis aut ligni per se mouet lignum ipsum aut lapidem deorsum. Ad tale enim effectum est secundum naturam determinata, atque ob hoc ipsa est causa per se motus talis deorsum. Ceterum, si cadens lignum in ignem corrumpatur, & inflammetur, per accidens fit talis effectus. Non enim intendebatur a forma deorsum mouente rei corruptio, sed accidit hoc praeter inclinationem naturae, item si cadens lapis frangat vas terensanitate recuperanda quis deambulat, hoc ipsum intendens, ipsa ambulatio causa per se est sanitatis, ad quam ordinatur, ex ratione & proposito ambulantis. Ceterum, si inter ambulandum contingat pedem offendere, aut aurum reperire, in via, aut simile aliquid praeter intentionem, effectus eiusmodi per accidens est.

causa potentialis & actualis

Sunt praeterea causae quaedam potentiales, ut aedificator, creator, figulus, pistior, faber, inflammator, illuminator, Et significant huiusmodi praerogativas habitus, sive potentias. Aliae actuales, ut aedificans, creans, fingens, fabricans, inflammans, illuminans, & ita in alijs, quae actum significant vel actionem ipsius efficientis, quemadmodum priora habitus vel potentias

CAPVT DVODECIMVM.

De causa materiali, & duplici relatione nominis materia.

Quantum autem ad causam materiale atque formalem attinet, aduertendum est non prius eodem modo hic accipi materiam & formam, quo in libro priore diximus significare. Latius enim hic sumitur causa materialis & formalis, quam ibi forma & materia. Unde hic etiam materia artis, quae secunda solet nominari, eo quod ex alia priori componitur, est causa materialis, ut ex toto ligno fit idolum,

NATVRALIVM LIBER II.

lum, & ipsa forma idoli hic formalis causa dicitur, cum illic nec lignum admittatur materia idoli, neque idoli species forma, quemadmodum latius fuit praecedenti libro declaratum. Praeterea quod ad nominis materiae rationem attinet, sciendum est, materiam dupliciter posse comparari, primo, ad formam quamcumque quam recipit, vel in se habet. Atque ita solet vocari materia in qua vel materia subiectiua. Nam haec est materiae conditio, formam ipsam substantialem & alias omnes accidentales recipere, atque in se quodammodo sustinere. Secundo comparatur ad rem quam componit, vel naturalem vel artificialem. Atque hac comparatione nominatur materia ex qua. Similiter & de forma dicendum. Potest enim primo referri ad materiam cui inest, sive quam informat, quomodo dicitur haec anima esse huius corporis, quasi ipsum informantem. Secundo, ad rem quam componit, quomodo dicitur haec anima huius esse hominis, eo quod hunc hominem constituat. Iuxta primam considerationem, materia & forma sunt ad inuicem relatiua, & ad inuicem referuntur. Est enim materia, formae materia, tamquam informantis eam, & vicissim forma, est materiae forma, quasi ab ea informata. Et est relatio secundum superpositionem, eo quod dignius sit formam esse quam materiam. Iuxta vero secundam considerationem, & materia & forma referuntur ad rem naturalem, ut quae ex ipsa & per ipsam componatur. Nomen tamen naturae, non nisi compositum respicit. Nunquam enim dicitur forma esse natura materiae, aut e contrario, sed utraque & forma & materia, sunt naturae compositae siue rei naturalis.

Materia in qua & ex qua. quid materia in qua. quid materia ex qua.

CAPVT XIII.

De triplici causa formali.

Sciendum autem est, praeter formas substantiales, quae propriissime causae formales dicuntur, item & praeter formas artificiales, quae minus proprie, cetera etiam accidentia quae quaecumque esse accidentarium donant rei cui insunt nonnunquam causas formales nominari, quemadmodum albedo & scientia



DE CAUSIS RERVM

atq; virtutes, formæ quædã sunt, & quædã formales
causæ eorum in quibus sunt, eo quod esse quoddã
eis dare videantur. Dat enim homini albedo, vt sit
albus, dat scientia, vt sciens sit ac doctus, virtus, vt
bonus sit ac probus. Sed cum formæ, propria &
vera definitione dicatur quæ rei dat esse, videtur so-
lã forma substantialis proprie atq; simpliciter dicen-
da forma siue causa formalis, cum ipsa sola det esse
simpliciter rei quam cõponit. Cæterũ, neq; artificia-
lis forma neq; alta quælibet accidētaria, vlli rei pro-
prie & simpliciter esse donat, sed tantũ aliquid
esse, vt puta accidentariũ, nempe esse album, vel ni-
grum, bonũ aut malũ. Vnde nec simpliciter formæ
les causæ, neq; proprie dicendæ sunt, sed tantũ im-
proprie, & cum diminutione quædã formales causæ
sunt, quatenus esse quoddã (secundũ diminutionẽ lo-
quendo) donant nõ autẽ esse simpliciter. Relin-
quitur ergo, solas substantiales formas proprie atq;
simpliciter causas formales nominandas, cæteras au-
tem, nõ simpliciter sed cum diminutione adiciens
do accidentales vel artificiales.

Quid accidēs? Est autẽ forma accidentalis, quæ subiecto donat esse
talioris forme. Quælibet quælibet accidentariũ, id est, esse aliquale,
ma. Forma vero artificialis, quæ donat esse artificiale, id
est, quæ esse quippiã facit opus artis. Quemadmodũ
Quid artificialis forma idoli facit, vt idolum dicatur, & facit lecticæ
formæ, vt lectica sit, quod ex materia facit artifex,
atq; ita in cæteris. Aut artificialis forma dicatur ab
artifice, nimirũ quod artificis operatione, secundũ
eius artem introducatur in materiam.

CAPVT XIII.

De causa efficiente principali & minus principa-
li producente, corruptente, & conseruante.
Inter efficientes causas, sunt quædã coadiuuan-
tes tantũ & disponentes sua actione siue opera-
tione, suntq; ministeriales & minus principales
causæ, quædã autẽ sunt principales, quæ formã in ma-
teriam introducũt, etiam si minus videantur operari
exterior, aut operi atq; materiæ exteriori minus im-
cipalis, sedare. Nam constat, multo amplius in agendo res
naturæ

NATVRALIVM LIBER II.

naturales sollicitari circa effectũ q̄ Deũ, qui tamen
principalissimus in omnia efficiendo est, non nisi
quia vicinius formã in materiã inducit, & esse do-
nat. Sic & de architecto dicendũ est, qui in efficien-
do rem ipsam artis præcipua est efficiens causa, tam-
etsi plerũq; ministri inferiores, operi ipsi exteriori,
atq; præparandæ materiæ & disponendæ ad formã
artis, multo amplius insudent. Est quoq; & illud
in proposito loco aduertẽdũ, per efficientẽ causam
non solũ intelligi eam quæ rem aliquã producit aut
esse facit, Causa enim efficiens, sub se habet causam
producentẽ, conseruantẽ, & corruptentẽ. Nam &
accidentia formæ cõueniẽtia, quæ ipsam in materia
cõseruat, eius quædã efficiẽtia sunt. Vt in igne calor
siccatas, raritas, leuitas, quãuis formã nõ p̄duxerit,
tñ cõseruãdo p̄genitũ, quodãmodo efficiũt. Agẽtia
quoq; naturalia cũ sua virtute aliquid corrupũt, ea
tenus in proposito efficiẽtia sunt. Vt cũ ignis corrup-
pit aquã ac destruit, efficiens est corruptionis illius,
& aquæ destructio, effectus est virtutis ignis agẽtis,

causa p̄-
ducens,
cõseruã-
& corrup-
pens.

CAPVT XV.

De causa duplici, secundũ esse & secundum fieri.
Mni autẽ diligẽtia est attendẽda, quæ sequitur
inter efficiẽtia siue effectus distinctio.

Quædã sunt causæ suorum effectuum,
secundũ esse, quædã, tantũ secundũ fieri.

Quædã enim, rerum tantũmodo dum fiunt causæ
sunt, vt domificas, causa est domus q̄diu domus sit,
& ignis causa est calor q̄diu calor ipse sit in subie-
cto. Vbi vero domus iam facta est, & calor introdu-
ctus in subiectũ, & in suo esse sunt effectus cõpleti,
cessant esse effectus, neq; ultra accipiũt esse ab illis
a quibus primitus eis datũ est. Quare nec illæ causæ
vltra sunt nominandæ. Domus enim postq̄ facta est,
& semel vt domus sit accepit, nõ opus habet perpe-
tua efficiẽtia aut cõseruatione domificantis. Manet
em̄ semel extructa domus, moriente domificatore,
quemadmodũ & filius, patre moriente non moris

Quæ ses-
quuntur
nota q̄
diligẽtis
sime,
quid cau-
sa secun-
dũ esse



DE CAUSIS RERVM

tur. Sic est de omni, effectu, qui permanet absq; cau-
sa conseruatione.

Quid
causa
secundū
esse.

Quzda vero causa rem q̄ diu est efficiūt, siue pro-
ducendo, siue conseruado, vt lucidū causa est lumis
nis, nō solū vt fiat, sed etiā vt cōseruetur atq; vt sit.
Moxenim subtrahā luce, aut corpore lucē habēte,
lumen deficit, nec absq; sua causa habere potest esse
subsistens. Illi ergo effectus qui q̄ diu sunt causam
habēt sui esse, effectus secundū suū esse dicuntur, &
ea a quibus sūt, causā eorū efficiētes secundū esse
nuncupātur. Quz vero tantū dum sūt causam habē-
rent, effectus in fieri vel dū fiunt nominātur, & eorū
causa, causa in fieri, siue secundū fieri possunt ap-
pellari. Et priori quidē modo causalitatis, cōstat De-
um esse causam secundū esse creatorū oīm, & celestia
corpora oīm corporaliū. Nō em̄ Deus est causa
rerū solū dū sūt, vel vt sūt, quasi postq̄ factę fuerit
ipsi⁹ causalitate vltra nō habeāt op⁹, sed quādam
dū sūt ipsi esse primitus ab eo datur, ita vt sint
vtq; in suo quod acceperūt esse permaneāt, cōserua-
tione perpetua opus habēt. Si enim vel ad momen-
tum se subtraheret manus omnipotentis, & virtus
efficientię eius quā rebus in conuersando impēdit,
in nihilum subito conciderent vniuersa, neq; vlla
omnino vel nobilissima permaneret subsistens crea-
tura, neq; humana, neq; angelica.

quomo-
do deus
est oīm
causa.

CAPVT XVI.

Ex causa secundum esse ponitur manu ductio, &
ad intelligendam æternam personarum in diuinis
processionem.

Et autē causalitas ista rerum secundum esse,
diligenter attendenda, & pœnitissime contem-
planda. Valet enim ad intelligendam eam quz
in diuinis est personarum processionem, æternam
dico verbi generationem, & spiritus sancti æteri-
nam spirationē seu processionē. Per comparationē
em̄ eorū quz in creaturis videmus a suis causis sem-
per esse accipere, & semper effici, vt eunq; innotescere
poterit diligenter attendentibus, quemadmodū
dum & in diuinis credatur filius a patre semper
gigni,

NATVRALIVM LIBER II.

gigi, & spiritus ab vtroq; semper procedere atq; spi-
rari. Ad hanc autē declarationē, congruū vide-
bitur solis assumere considerationē qui lu mē, simi-
liter & ardoris siue caloris vī semper gignit, donec
existit. Priusq; tamē cōparationē hanc faciamus, ex
pedi prætittam⁹ quo pacto sit a sensibilib⁹ ad æter-
na transeundū. Oportet enim volētes ascendere ana-
gogicis huiusmodi excessibus, in ipso ascensu, quic-
quid est corporale, quicquid materiale, quicquid im-
perfectū separare atq; abnegare, sicq; intellectu ac-
mine & fidei limpitudine sensuū crassitiē viriliter su-
perare. Alioqui periculū fuerit, ne crassius quid de
Deo sentiamus, aut in hæreses incidamus. Id quod
pluribus euenit, qui aut nescierunt aut noluerūt, spi-
ritu mētis sensuū procacitate captiuare. Quo ri-
te prætittam⁹, ad æternā quz in diuinis est processio-
nem trāsēntes, dicimus, quod sicut lux in lucido so-
le causa est efficiens lumē, semper q̄ diu est ipsum cō-
tinuo pducēs, & rursum a solis luce & diffuso lumi-
ne vis pariter ardoris efficitur, & si semp esset solis
lux semp lumen efficeret, pariterq; & lux & lumē
consequentem ardorē efficerent, ita pater celestis
æternus, lux æterna atq; fecundissima, filium suum
vniogenitum, verbum inuisibile, non causat non effi-
cit, non facit, non creat, non producit (hec enim cor-
poralia sunt & crassitiem secum ferunt) sed modo
inæstimabili atq; incompræhensibili, qui est supra
omnem sensum, quicq; intellectus & angelici & hu-
mani capacitate excedit gignit atq; dicit filiu sibi
cogentem & consubstantialē, per omnia processio-
æqualem: ipseq; filius gignitur, dicitur, atq; procedit
aut est a patre. Et sicut æternaliter est pater cum fi-
lio, ita etiam æternaliter a patre gignitur filius, &
æternaliter vt sit filius accipit a patre. Nec est huius
processionis aut initium aut finem inuenire.

Nota re-
gulā pro
anago-
gicis ex-
cessibus

Manu
ductio
ad cog-
nitionē.
Trinitas.

Rursum, a patre & filio spiritus sanctus procedit
æternaliter, & a patre & a filio; sicut lux & lumen,
temporaliter producant ardoris vim. In hoc tamē
superat processio personarū processionē luminis &
ardoris, quoniā non vnā est luminis lucis & ardo-

D 4 ris subtilis



DE CAUSIS RERVM

ris substantia, vna est autem patris, filij & spiritus sancti substantia, vna essentia, suntq; vnum ens summum atq; perfectissimum.

CAPVT XVII.

Conurrectio ex precedentibus in beatissimæ Trinitatis adorationem.

O Igitur lux beata trinitas & principalis vnitas, iam nos sol iste igneus suis nos rotis sursum vectos corā te cōstituit in cælestibus. Tibi vero omnis gratiæ pater, defixis in terrā genibus gratias agimus, humiliata tibi cernice vota persoluimus, qui nobis indignis famulis tuis secretissima secreta diuinitatis tuæ, per splendētē solē declarare dignatus es, quæ olim a filio tuo nobis secundū carnem assignato doctore, per fidē didicim⁹. Quā multis olim sol iste, dominator pōtentissime, fuit in laqueū captione & scādālū: qui nimiū creaturę ornātū attendētes, tuū illi honorē vane impenderūt, tuæ lucis altissimā gloriā in hanc corporeā lucē cōmutātes. Nobis autē, magistrū eum dedisti veritatis: & si cut olim stella magos ad pueri tui Iesu noui regis duxit humile præsepitiū, ita nos vere sol iste radiās ad tui duxit magnifici throni sempiternā gloriā.

Mat. 2.

Co ram te ergo, o beata trinitas, toto corde prostrati, ecce iacemus pauperulæ creaturæ tuæ. Te adoram⁹, in vnitāte substantiæ trinū personaliter, & in personarū trinitate vnū substantiāliter: Te o lux immēsa, lux nō de luce, lux sacūdissima, pater ingenite, te o fili, lux de luce, lumē de lumine, splēdor de splēdore, verbū patris aternū, de patris substantia eternaliter genitū: te o sancte spiritus ardor inestimabilis, ab æterno patre & filio aternus eternaliter spiratus atq; procedēs. Te in quā vnū deū, vnū dñm, vnū creaturē oim adoramus solū: quoniā præter te nō est deus alius, neq; fuit, neq; erit, neq; potuit esse aliquando absq; te, dñe Deus noster, hæc est nobis vita dulcissima dñe, te solū deū verū agnoscere: nūc quidē per fidē dū in tenebris huius mūdi subsistimus, tunc vero tunc (o vnam nunc) facie ad faciem te conspēcturi, in æternū & vltra, Amen.

Io. 17.

1. Cor. 13

Caput

NATVRALIVM LIBER II.

CAPVT. XVIII.

De finis diuisione in vltimatum & non vltimatum. Osiq; de tribus causarum generibus supra de, Duplex terminatum est, superest nunc, vt de finali cau finis, sa etiam specialius determinetur.

P Est igitur finū quidā vltimatus, ad quē prop quid si ter se tanq̄ melius & perfectius, aliud ordinatur mis nis vlti nus bonū & perfectum, vt omnū quæ in hoc sensu matus, bili mundo sunt, est homo finis vltimatus. Sunt enī cetera omnia propter hominē facta, & ad hominē quasi perfectissimum eorū quæ in hoc mundo sunt, referuntur vniuersa. Similiter nutrimentū est, propter vitam conferuandā: generās, propter speciē multiplicandā & conferuandā: fides, propter visionem, spes propter adeptionē & possessionē. Atq; hic finis solet alio nomine vocari, finis gratia cui⁹, vel propter quem. De hoc fine intelligitur, quod vulgo solet dici. Finis melior est ijs quæ sunt ad finem. Siqui dem Deus sic rerū ordinē disposuit, vt sint imperfectiora simpliciter propter perfectiora.

Alius est finis non vltimatus, quippe qui per se nis rationem non habet, sed solū est via vel modus Quid si nis non quo mediū ad finem suū pertingit vel tendit: prop vltima ter quod, etiā finis quo solet nominari. Verbi gratia tus seu si Deus est finis, vltimatus rerū omniū, atq; peculiari nis quo ter naturę humanæ: cognitio vero Dei, est finis quo pertingimus ad consecutionē finis illius. Intelligen do enim & amando Deū, finē hunc nostrum ita habemus atq; possidemus. Sic medicina est propter sanitatem, nutrimentū propter nutritionē, cibus propter comestionē. Et vniuersaliter omnis vsus rei est finis quidā eius, quo ad finē vltimatū cuius est vsus pertingit, vt equitatio vsus equi est, quo pertingit equus ad finē, scilicet hominē, seruiendo ipsi. Sic enim equus ad hominē ordinatur vt illi seruiat, in ipsum ferendo, in agris arandis, in vehendis frugibus, alijsq; huiusmodi ad hominis vtilitatē oportunitis. De hoc autē fine non est intelligendū quod dici solet, finē esse nobiliorē eo quod ad finē est. Nā medicina quæ est substantia, perfectior est atq; in se D S nobilior



DE CAUSIS RERVM

nobilior sanitate, quæ est accidens: granum, perfectius actu nutritionis: pater, perfectior filio, propter quem generat, quemq; in generatione intendit: & id cuius est vsus, vsu suo est nobilior. Ex quibus patet, aliud esse finem vltimū, & finem vltimatū. Vnicus est enim finis vltimus, Deus. Fines vero vltimati, sunt plures.

CAPVT. XIX.

Quomodo omnia, non solum voluntaria verumetiam naturalia agant propter finem.

In voluntarijs & rationalibus, nulli dubium est quomodo hæc propter finē præcogitum & præcogitum agant, in illis potissimū actibus qui secundum rationē & deliberationē fiunt. Quomodo autē agentia naturalia agant propter finē, forsitan minus patet. Cum enim finem nullū cognoscere valeāt, videtur similiter non posse ob finē aliquē agere. Certum est tamen, etiam naturalia omnia propter finē agere, quoniam in naturalibus omnia videmus similiter & ordinatissime euenire. Quæ res argumens

quomodo agentia naturalia agant propter finē.

to est, ea ordinate propter finem agere. Sed ad hoc intelligendū, quod per se alioqui videtur capere difficile valebit analogia domini ad seruū, dominus enim finē nouit & propter hūc seruū ad opus mittit nescientē tamen finē operis sui. Quæadmodū igitur seruus ille nō temere sed propter finē certū agit, quæ tamē nescit ipse, & nouit qui eū dirigit dñs: ita agentia naturalia nesciūt quidē neq; itelligūt finis sui rationē, & tamē propter finē agūt ordinatissime oīa, nō secus ac si finē ipsa agnoscerēt. Quod patet maxime in brutis animalibus: quæ sic ordinate quædam faciūt vt prorsus videātur finē agnoscere (vt est videre in tela araneæ, & nidis auī) eū tamē sit certissimū, ea suū finē nō cognoscere. Similiter & agentia quæ neq; sensum vsū habēt, sūtq; prorsus insensibilia, & inanimata, suas naturales actiones cōspiciuntur ordinatissime semper exequi, eū tamē suæ actionis finē nō cognoscāt. Sed est in cælis prouidissimus Deus, disponēs oīa suauiter, qui sic naturalia dirigit ad finē quē ipse eis præuidet & præstituit, vni

Sap. 5.

cuiq; rei

NATURALIVM LIBER II.

cuiq; rei ad suū finē dans congruas modo mitabili inclinationes atq; propensiones, qui singula disponit, & dirigit ordinatissime, vsq; adeo, vt etiā si singulis agentibus singuli dii essent, melius ordinati vsq; ipsa dirigi aut gubernari nō possent. Ex quibus liquet creaturas omnes præter hominē agi potius a deo ad suos fines, q̄ agere se ipsas: quæadmodum sagitta a sagittante emissa, & seruus emissus a domino aguntur ab ijs a quibus emittuntur ad opus. Sola autem creatura rationalis in actibus voluntarijs seipsa agit, eo quod suum finem habeat cognitum.

CAPVT XX.

Quomodo fini cætera causæ proportionari debent, & quomodo diuersimode quædā agunt propter finem.

Est autē finis prima causarū, atq; adeo causarū causa: quoniam secundū finē cætera omnia proportionari debent. Verbi gratia, quoniam finis est domus, familiæ inhabitatio, & domesticarū rerum exercitatio: tēplorū autē conuētus tantū fidelium in vnū ad orandū, ad audiendū verbū Dei, non autē ad exercitationes domesticas aut opera exercenda ciuilia, ideo aliter tēpla, aliter domus edificantur. Quoniam alijs alius castrorū finis, alijs palaciorū, ideo alij efficiētes, alia materia & alia forma adhibenda his, q̄ illis. Longe enī alia est forma tēpli, a forma domus, & alia plerūq; materia. Similiter & alia est forma palacij triūphalis, alia castri propugnatorij, alij quoq; lapides pro triūphali gloria, alij pro fortitudine castri solēt exquiri. Et frequēter diuersi ad diuersa huiusmodi opera sunt quæredī artifices, cū plerūq; is qui in altero præualeat, in altero valeat minus. Similiter & cū velis est faciēda, p̄quiritur est ante oīa finis. Et quidē si propter domesticū fiat vsus tantū, longē alia materia ac forma fiet, q̄ si in honestū & publicū aut triūphalē vsus fieret. Sufficit enim materia rudior ac forma simplicior ad illā, q̄ ad hāc faciēdā. Simpliciter tamē a forma res habet necessitatē vt sit, & suā accipit ab ea denominationē: quæadmodū velis si formam habeat togæ militaris, indubie militaris a forma

Finis quod causa propria ma.



DE CAUSIS RERVM

a forma denominari debet: si formā aliam, aliter de nominabitur, iuxta quod ex postulat forma. Fiūt tamen res secundū finem, & ipsa forma ab agente secundum finis intentionē debet introduci. Est quoque & illud aduertendū, quēdā agentia propter finem agere, ad illū adipiscendū & acquirendū, quē admodum bene viuunt homines, vt deū suū finem apprehendant aliquādo, atq; in possessionē acquirāt quādam autē propter finē agunt, diffundendo & comunicando. Quemadmodū Deus agit omnia quæ agit, non gratia vilius rei acquirendæ neq; adipiscendæ, sed propter bonitatē suā diffundendā atq; comunicandam creaturis. Atq; hoc modo ignis alium ignem producit, propter suę speciei propagationem & multiplicationem.

CAPVT XXI.

De casu & fortuna, deq; effectibus casualibus & fortuitis.

Casus & fortuna quæ causæ sunt efficientes & sub efficiētibus partim dicta sunt, specialem tamen habent difficultatē, eo quod causę per accidens sunt: quare & specialē exigunt tractatū. Subiungitur ergo hæc diuisio.

Eorum quæ fiunt, alia semper, eodem modo fiunt, alia plerumq; alia fiunt preter hæc.

Cuius hic est sensus. Inter ea quæ fiunt, quædam semper aut vt plurimū a suis causis similiter fiūt, vt plerumq; deambulatio per locum amœniore, animi relevationem operatur, atq; sanitatē siue producit, siue conseruat: semper forma lapidis, ablato impedimēto, lapidē deorsum moueri facit. Quædam vero a suis causis neq; semper neq; vt plurimū fiunt, sed raro eueniunt, quēadmodū raro euenit, ambulatē & conatē ad rei venereę sollicitationē ad virtutē conuerti, quod Dariæ legimus accidisse cum Crisanto, raro item euenit, ambulatē ad aquas, puerū inuenire, quod accidit filiæ Pharaonis cum Moyse Egyptio. Rursus,

Exo. 7.

eorum

Eorum quæ fiunt alia fiunt, alia non fiunt, alicuius gratia.

Cuius hic redditur sensus. Inter effectus, quidā sunt intenti ab agente, quidā non intenduntur, sed effectū ab agente intentū eos accidit conco mitari, & hij dicuntur effectus per accidens, & eorū causę sunt causę per accidens. Vt consensus in re venereā per se intendebat Daria, suo ad Crisantū aduētū. Ad hoc enim ornata cultu mirifico illū accessit, vt suis blādicis in concupiscentiā eius animū inflesteret. Et ille quidem effectus, si conatū Dariæ fuisset sequutus, effectus fuisset dicendus per se. Sed præter intentionem & ordinationē euenit, & plane ex accidēt contigit, ipsius ad Deū verū conuersio. Sic ex intētione filia Pharaonis egredi voluit, vt animū reuelaret, præter intentionē vero euenit, vt Moysen reperiret Egyptium, puerum cistellæ aquæ supernatans te inclusum.

CAPVT. XXII.

In quibus habeat locū casus & fortuna, & quomodo inter se hæc duo differant.

His præmissis est aduertendū, casum & fortunam non nisi in illis locum habere quæ raro fiunt, & quę per accidēs sunt. In ijs enim quę vel semper vel vt plurimū ordinate fiunt, casus & fortuna esse non potest. Similiter neq; in ijs quæ per se sunt, sed in ijs quę per accidēs tantū.

Vnde effectus casualis definitur, qui ex his est quæ raro fiunt, & per accidens

vt in exemplis suprapositis, Dariæ illa ad Christum conuersio, effectus est casualis, qui ex eius ad Crisantum accessu consequutus fuit. Similiter & Moyse inuentio a Pharaonis filia, respectu deambulationis. Casus autem dici solet, ipsa causa effectus casualis, ita vt casus & casualis effectus pro relatiuis habeantur.

Quid est effectus casualis.

Est enim



Est enim casus, causa per accidens effectus raro contingentis.

Similiter de fortuna & effectu fortuito dicendum. Notanda tamen est differentia inter casum & fortunam, itemque effectum casuale & effectum fortuitum, quoniam fortuna nomine specialius et commune minus est, quam casus. Fortuna enim in solis est agentibus a proposito, casus vero etiam in agentibus naturalibus, similiter de effectu casuali & fortuito dicendum, Pro cuius noticia Aristoteli ponit hanc diuisionem.

Eorum quae fiunt, alia per electionem fiunt, alia non per electionem.

Vnde exustio ligni in igne cadentis de superiori loco per actionem formae substantialis ipsum mouentis, dicitur effectus casualis, eo quod praeter intentionem & inclinationem naturalem, talis accidit effectus; non est tamen effectus fortuitus, neque causa ipsa huius effectus per accidens fortuna, sed tantum casus dicenda est, Non enim voluntate libera discesum intendit. Vnde fortuna ab Aristotele, definitur hoc pacto.

Fortuna est causa per accidens in his quae per electionem alicuius gratia fiunt, extra semper et frequenter.

Per electionem fieri nihil est aliud quam libera voluntate et ex proposito. CAPVT. XXIII.

Ex dictis quaedam ponuntur conclusiones.

conclusio
nes Aristotelis.

Ex praedictis patet eorum falsitas, qui omnia ponebant fieri a casu & fortuna; similiter & eorum, qui nihil a casu vel fortuna fieri admittebant.

In utroque enim extremorum horum inest falsitas. Media autem sententia veritatem tenet, quae neque omnia dicit, neque nulla, a casu fieri & fortuna, iuxta declarationem suprapositam. Patet insuper, quae admodum in scripturis & improvidis plurima contingat casualia atque fortuita.

atque fortuita: prouidit autem, pauciora. Nam improvidis plurima contingunt praeter intentionem & per accidens, dum suas actiones easque per se consequentia non attente considerat. Prouidit vero, diligenter & suas actiones & quae consequuntur circumspectantibus, non ita multa praeter intentionem siue per accidens contingunt ac proinde, non ita multi eis contingunt effectus casuales. Atque hinc rursus colligitur, prouidissimum illi, ac summo sapienti Deo (cuius ordinatissimam dispositionem & prouisionem nihil latere potest aut subterfugere) nihil accidere posse casuale vel fortuitum: cum praeter illius intentionem prorsus nihil posset euenire, sine cuius ordinatione, dispositione, ac nutu, neque folium arbori decidit, neque pilus deperit capiti. Et frequenter ea quae secundum inferiores causas praenitus casualia sunt aut fortuita, eadem quantum ad mentem diuinam primaeque causam maxime sunt intentata, & secundum ordinatissimam eius dispositionem ita ordinata. Quae admodum (exempli gratia) generis humani redemptio, legisque veteris cessatio, & sanctae fidei ad gentes transitus (quae omnia ad Christi mortem consequuta sunt) velut casualia atque fortuita effecta sunt, quantum ad principes Iudaeorum qui Christi mortem effecerat, & impiissimos demones qui ad eam sollicitudo fuerat conati. Omnipotentem autem Deo nihil unquam aequae prospectum fuit, intentum, aut ordinatum. Si quidem ab aeterno ille hac ratione instaurare decreuit & quae in caelis & quae in terris erant collapsa, & in filio suo super benedicto omnia adimplere. Et vniuersaliter, nullus omnino contingit in hoc mundo effectus, quem non plenissima illa & aeterna sapientia prouiderit ab aeterno: atque etiam si pessimus sit, nouit tamen ab aeterno, & disposuit apud se, cur illud esset in suo tempore permissurus, & dispositione ordinatissima omnia nouit in debitis usus suos atque fines referre. CAPVT XXIII. Quae causarum genera Deo vel competant vel non competant. Vt autem singula causarum genera ad Deum nunc accomodemus, sciendum est, quod prima duo causarum genera (nempe materialis & formalis) Deo non conueniunt, quoniam habent imperfectionem

Col. 2.



DE CAUSIS RERVM

fectionem annexā, Materiam enim necesse est esse partem constituentē aliquid, siue naturale siue artificiale. Similiter & de forma constat, per quā oportet rem esse, Deus autem nullā prorsus compositionem nouit, neq; pars esse potest, qui est totū & perfectum esse omnium rerum, Casus etiam & fortuna illi non conueniunt, qui est prudentissima prouidentia citra cuius ordinationē & intentionem nihil potest euenire. Cætera duo genera (nēpe efficiens & finis) quatenus perfectionē nominant, illi sunt omnibus modis attribuenda, Est igitur dominus Deus, omnium rerū finis vltimatus & vltimus, in quem omnes omnium particulares fines reducuntur, ad quē tendunt toto nisu vniuersis suis operationibus, omnia etiam naturalia quę infima & vilissima, dum omnia ad hoc naturali tendunt conatu, vt illi assimilētur sua operatione, sicut & ipse summe potēs est summeq; efficax in agendo, & dum omnia querunt perfici, sicut & ille summe perfectus est. Quibus enim rationibus Deus omnium finis est, cū ratione finium particularium, quoniā nihil bonum est neq; appetibile, nisi secundū quod est a Deo, tum ratione sui ipsius, qui est etiā vt summum bonum immediatus finis omnium.

CAPVT XXV.

Quomodo omnium effectuum & rerum Deus est causa efficiens.

Deus est rerū omnium causa efficiens.

Omnium quoq; effectuum Deus est causa prima efficiens, & producens & conseruās. Omnium enim causa est, & ab ipso sunt omnia, non solum in fieri, sed quādiu sunt, continuo ipse eis esse influit, & omne efficiens particulare in ipsum Deum vt primū reducitur, Vt enim quęlibet res sit efficiens, a deo habet. Et hac ratione Deus quasi efficiens mediātū est eorū effectuum, quos mediantibus alijs agentibus operatur. Quāquā enim deus per se potens sit absq; medio omnia similiter sicut nunc sunt efficere, & disponere, tamen ad magnificentiam glorię suę declarandā & donandam creaturis perfectionē (Est enim magnę perfectionis, virtutē habere quippiam

NATURALIUM LIBER II.

quippiam efficiendi) proinde ita dispensat rerū ordinem, vt plurima alijs velit mediantibus efficere. Quicquid tamen potest mediāte causa secundaria, hoc etiam per se si velit potest. Quid enim per se non poterit, qui per se cælū & terram, angelos & homines potuit creare? Non tamen est intelligenda hæc mediata causalitas, ad eum modū quo in creaturis patet est causa mediata filij, quoniā medio seminis (in quo est tota patris efficientia) gignit. Nam & si Deus mediāte alio quippiā efficiat, nihilominus tamen oportet ipsum esse effectui immediatū, & in fluere in ipsum suū esse, æque ac si nulla adesset secūda causa. Imo neq; fieri potest, vt talē quęlibet creatura virtutē accipiat a Deo, vt possit per se solā, absq; immediatō Dei cōcursu, aliquid efficere. Patet igitur, quomodo particularis agētis efficientia in Deū reducitur, sicut Deū quodammodo mediātū agens cōstituit. Deinde, immediatus dei concursus ad efficiendam rē, Deū facit esse omnium causarū immediatam.

CAPVT XXVI.

Vnde in rebus atq; effectibus, possit defectus, aut peccatum, aut monitrositas inueniri.

In illis autem operibus quę absq; particulari causa mediata Deus facit, nullus potest esse defectus, neq; malū, neq; peccatū. Sed in his quę per causam mediātā facit, potest malū & defectus euenire: non ex ipso primo principio summe bono atq; perfecto, sed ex particularis alicuius efficientis insufficiētia, vel imperfectione. Ipse enim generaliter influit & concurrir, ad omnē actionē & opus omne, tā naturalis quā voluntarij agentis. Cæterū, causę particulares & secundarię, quę ad effectū cōcurrunt, efficiunt facile, vt defectus aliquis siue peccatū contingat. Vnde manifestū est, quotiescunq; effectus aliqui monstruosi cōtingunt, debere defectū illū atq; monstruositatē in aliquā reduci causarū secundarum

Effectus autē monstruosus est, qui deformatur, quid monstrum, imitatē aliquā notabilem habet, toti suę speciei



DE CAUSIS RERVM:

Speciei extraneæ: id est ab origine,

Quemadmodum si quis nascatur duo habens capita, senos digitos in vna manu, os habens ad aurē retortum, aut rostrū caninū. Quæ possunt vel ex parte indispositionis materię, vel ex defectu & superabundantia euenire similiter & ex superabundantia vel defectu virtutis actiue, atq; etiam alijs diuersis modis, de quibus particulatius determinare, ad medicum potius quam ad Physicum spectat. Et quæ admodum in naturalibus istis, defectus siue monstruositas in Deū nequaquā reducitur, sed in causam secundam deficientē, ita in actibus humanis qui a voluntate sunt, si quid inest defectus atq; monstruosi, si quid peccati & deformitatis (quemadmodū est in omnibus peccatorum actibus) nequaquā in Deū primā causam reduci debet, aut illi quasi authori ascribi, sed in causam secundā, id est, in hominis peruersam voluntatem: ita vt quicquid est boni in actibus nostris. Deo omnis boni authori, quatenus bonū, ascribitur: quod vero inest defectus atq; mali, nobis ipsis, id est, nostræ voluntatis præiudicium imputetur. Iuxta quod per Osee prophetā dominus loquitur dicens Perditio tua ex te Israel, tantūmodo ex me auxiliū tuum, siue saluatio tua in bonū Igitur domine omnē auferas impietate, quā in nobis sine te nos sumus operati, & nunc accepta bonū placitūq; habe, quod tu in nobis es operatus: & vitulos laborū nostrorū, laudem & gratiarum actionem, sacrificabimus tibi

CAPVT XXVII.

¶ Conclusio libri in conuersione ad creatorē ex spectaculo creaturarum.

psal, 114.

Thre. 3.

Consitere nunc o anima mea domino, & conuertere in requē tuam. Ascende in speculā celsitudinis tuæ, calcatisq; subrus te elementorū globis, luna, sole, cunctisq; cælorū orbibus, Leua quoq; te supra te, & stās prospice eminus super vniuersam creaturā domini Dei tui. Cōtuerē, & perspice diligēter quæadmodum a summa illa ac prima omnium causa effluat esse omnibus, quæadmodum illo

NATVRALIVM LIBER II.

Fo. 34.

illo perpetuo influxu etiā minimis creaturis (quas hominis fastus vix dignatur aspectu) suū cuiq; proprium esse influat, quomodo ab illo inexhausto fonte, tanq; siccunda omnis creatura suam hauriat bonitatem atq; perfectionem. ¶ Rursusq; contemplare, quanto conatu vniuersæ creaturæ pro sua vniuersi, certatim ad illud primum & summum bonum contendunt redire, a quo sunt egressæ. Videbis certe, nil aliud omnem creaturam agere, q̄ ad Deum tendere, & natiuo ac genuino desyderio incessanter ad illum anhelare, illiq; vt fiat simillima, toto nisu elaborare. ¶ Quod est iocundum hoc spectaculū animæ quærētī Deum. Ex aduerso autem q̄ sordidum est & abominandum spectaculū, & monstrum nimis horrendum, cum sic videamus omnem creaturam ad Deum conari ad quem tamē pertingere nequaquā potest, hominem solum oculos habere in terram fixos, cum sit ipse vnus in hoc factus, vt Deo sempiterno nexu copuletur. O monstrum horrendum, O execrabile facinus, O immane scelus homo Deū non quærens. ¶ Nos vero ad illum quem omnis laudat factura spiritalis atq; corporea, corda etiam nostra leuamus cum manibus: & ne solos nos tam glorioso deesse contingat certamini, in quo primos iure fuisse oportebat, incessanter illius vacemus laudibus, ad illum desyderio semper incessanti anhelantes, atq; per operationem Deo dignam & nobis congruam properantes, qui est vnus primus atq; beatissimus, creatorum omnium, peculiariter vero humani figmenti, finis & requies vltima, a quo vno sunt omnia, & in quem item tendunt vniuersa. Cui sit honor & gloria in secula seculorū. Amen.

¶ Finit Liber Secundus.

¶ CANTICVM PSALMI, IN LAVDEM causæ primæ, creatricis omnium.

E 2 Cæli



CANTICVM PSALMI.

COeli caelorum & qui inhabitatis in eis accedite: terra, mare & quae in eis estis, omnia, sedinate in chorum gaudij.

Voluctes caeli celeriter aduolantes ne moram nobis facite: etiam quae super terram serpitis ac reptitis ac celerare gressus vestros.

Venite quaecumque subsistitis, collaudemus vna dominum: ipse enim cuius potentia surreximus de nihilo.

Non sunt absque illo angelicae substantiae: siquidem in principio ipse creauit eas in nobilitate naturae suae: caelorum quoque amplissimos orbis tu extendisti solus: tantae molis materiam erat tibi pro nihilo condere, qui es omnipotens.

Virtute misericordiam indidisti corporibus istis: ut ad efficiendum quoque sint potentia, quomodo tu in omnibus operas omnia, te demonstras omnipotentem.

Hunc etenim tu deputas ornatum gloriae tuae: si consituitas & creaturas tibi non in minimo similes.

In omnibus vero quae sursum habitant & nostro aspectui apparent eminentius: solis iubare se monstrat gloriosius.

Ipsa graditur in magnificentia gloriae suae, per medium caeli: ex omni parte luminaribus mille millibus stipatus atque circumdatus.

Quasi dominator in medio seruatorum graditur in comitatu stellarum: & diffundit multo ardore circumquaque flagrantem radios.

Quocumque aspexerit, illucescit lumen diei: suo abscessu atque regressu contristat & laesificat omnia.

Cum abcesserit a terris aspectus eius, marcescunt omnia: ipso redeunte in placiditate sua renouatur facies vniuersae terrae.

Ipsa vulnerat & sanat, mortificat & viuificat: & est in omnibus, o altissime, tui monstrans miram similitudinem.

Laudet te quoque pallida luna & lumen stellarum: quibus caelorum moles iussit clarescere, & illuminari per noctem obscuritatem terrae.

Laudetur in ignis natura stupenda potentia tua: cui & ipsa

CANTICVM PSALMI.

& ipsi miram tibi placuit efficiendi, communicare virtutem.

Pulcher est iocundus, atque formosus: fortis, validus & in pugnando robustissimus.

Luce sua illuminat, & flagrat ardoribus: quae bona sunt perficit, absumit mala, commixta purgat.

Nunquid non in omnibus his similitudo tua relescet creator altissime? nam & tu ignis consumens es, probans, purgans, atque perficiens.

Sed & aquae quae sunt sub firmamento, habent partem in se laudem tibi: in quibus virtutem constituiti admirabilis fecunditatis.

Iussisti enim paulo post creationis initium producere eas natatilia viuentia: benedictionem tuam contulisti in illas, ut implerentur inhabitatoribus natantibus.

At vero terra mater communis omnium nostrum, habet & ipsa manus plenas laudibus: parata offerre eas ante conspectum tuum.

Ecce enim quae profert tibi ad obedientiam iussionis tuae: herbarum virentem, ligna pomifera, & multum omnino decorem ad necessitatem atque delicias filiorum hominum.

Cum tibi rationale signum operari placuerit aut fingere: ipsa est quae tibi praebet copiosam semper materiam in opere tuo.

Et suis ipsa fructibus quos dedisti ei, sustentat mater bona filios suos: o Deus magne, quam es in omnibus creator tu mirabilis.

Quo pergimus longius, eo minus pertingimus: laudent te in substantia sua, quaecumque condidit altissima omnipotentia tua.

Nos quoque donec viuimus filij hominum benedicimus nomini gloriae tuae: & benedicemus amodo & usque in saecula.

Gloria patri & filio & spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper: & in saecula saeculorum. Amen.

¶ Finis Psalmus.

E. 1. Liber



DE MOTV ET ACCIDEN.
LIBER TERCIVS CON-
siderationis physicae, de motu et
eius accidentibus.

Præfatio.



D gloriam Dei summi declaranda, post rerum naturas, & causas, motum quoque explicare tentabimus. Ipse namque ut solus perfectus, actus purissimus atque perfectissimus est, omnis experis motus atque mutationis, ita cuncta creata mobilia fecit esse, motibusque varijs ac multiplici mutationi subiecta unde est patentissima inter deum & creaturas distinctio: quod Deus in se ipso æternaliter perfectus, nihil perfectionis neque appositione annorum acquirit, neque decursu perdit, neque secundum ullam omnino mutationem potest pertingere ad habendum quod non habuisset, siue ad perdendum quod prius habuisset. Omnes autem creaturæ, ad suam perfectionem naturalibus attingunt mutationibus, acquirentes per motum quod non habeant, perdentes quod habeant. Atque hic finis erit considerationis huius, ut cognoscamus præsentem omnibus, in se semper immotum permanentem, singulis quibusque rebus suos motus prouidissime dispensantem, dominum Deum nostrum: qui moueri nescius, singula ut vult, & quando vult, mouere potens est, quique (ut diuinus ille ac plane theologissimus philosophus cecinit Boetius) Immotus ipse manens, dat cuncta moueri, ad huius rei noticiam non nihil profuerit subijcere diuisiones aliquot ab ipso Aristotele, positas quarum prima est hæc.

Eorum quæ sunt, quædam actu tantum, quædam potentia sunt atque actu.

Cuius hic est sensus, rerum existentium, quædam est forma

EIVS LIBER III.

Fo. 36.

forma accidentalis, aut substantialis, aut res ex illis composita, in quantum sub tali forma existens consideratur, alia est res existens in quantum talem formam non habet, et habere potest, ut homo ea ratione qua animam rationalem habet, albedinem, talem vel talem dispositionem, sub priori membro, sub consideratione vero carentis alia forma sub posteriori, unde hæc membra tantum ratione differunt Secunda diuisio est.

Horum, aliud est hoc aliquid, aliud tantum, aliud tale, & in cæteris simili modo, quæ eius quod est predicamenta dicuntur

Id est entium aliud est substantia, aliud quantitas, aliud qualitas & sic de cæteris predicamentis. Tertia diuisio est.

Eorum quæ sunt ad aliquid, aliud excessione defectiõneque dicitur, aliud actiui passiuicque, atque omnino motiui ac mobilis ratione,

Cuius hic sensus eorum quæ ad se inuicem quoquo modo referuntur, quædam significatione acquisitionis siue generationis referuntur, siue actualis, siue potentialis possibilisue, alia vero de perditionis ratione, ut generans, generatum perducens productum, generabile, generatiuum, corruptens corruptum corruptibile corruptitiuum. Quarta diuisio est hæc.

Id quod mutatur, aut in substantia, aut in quantitate, aut qualitate, aut in loco semper mutatur.

Cuius hic est sensus, motuum vel eorum quæ mouentur, aliud tendit ad substantiam tanquam terminum ad quem, aliud ad quantitatem, aliud ad qualitatem aliud ad locum. Quinta est hæc.

E Motuum



DE MOTV ET ACCIDEN.

Motuum siue ad substantiã sit, siue ad quantitatẽ, siue ad qualitatem, siue ad locũ, alius est perfectus, alius imperfectus.

Ille perfectus est, qui ad formã perfectiorem tendit. Vt generatio hominis perfectior est generatione equi, et hæc generatione arboris, et hæc generatione herbe. Imperfectus est, qui ad formã imperfectã est aut priuatiuã, vt denigratio dealbatione, & corruptio generatione imperfectior est, et sic de ceteris.

CAPVT PRIMVM.

De definitione motus.

Definit Aristoteles, motum hoc modo.

Aristo. 3
physico
rum.

Motus est actus entis in potentia vt est tale: Item alibi, Motus actus est mobilis vt est mobile.

Hoc est, quatenus in potentia est. Qua definitione significatur, motum esse accidentariam quandã rei mobilis formam, per quã veluti viã, res quã mouetur ad aliquid continuo acquirendũ vel deperdendum tẽdit, quasi ad terminũ. Motus enim est, quo mobilis potentia ad actũ deducitur. Quẽadmodum cum ex ligno generatur ignis, per motũ hunc generationis, continuo forma ignis in materiã ligni introducit, & per corruptionis motũ, continuo extra lignum pellitur præinexistens forma. Vnde statim euidentissime patet motũ, non nisi ipsi cõuenire quẽ potentia habent admixtã, & adeo esse quẽ longissimũ. Cetera vero creatura quõ plus habent potentie, eo amplius sunt motibus subiecta. Spirituales enim substantia sensibilibus non mouentur motibus, eo quod ad formas sensibiles potentiam non habeant: intellectuales tamen mutationibus subiacent, quoniam potentiam habent ad intellectiones & affectiones, ad esse, item & non esse. Cœlestia vero corpora, quia ad locũ sensibilem potentia sunt, secundum suas partes diuersas

EIVS LIBER III.

tes diuersa loca habere apta, iccirco mouentur motu locali. Alterationes vero horum inferiorum alterationibus similes, non recipiunt, quoniam ad similes qualitates potentiam non habent.

CAPVT II.

De motu instantaneo, subito, & successiuo.

Notandũ vero est, quod quidã sunt motus instantanei, qui in momento temporis vel in non tempore perficiuntur: vt æris illuminatio, quã tota simul vno instanti cõpletur, secundũ omnes æris partes. Hocq; ideo, quia lumẽ in aere contrarium nullũ habet, sed tantũ sunt in eo tenebræ, priuatio luminis, quã nullã faciunt resistantiam soli illuminanti: atq; hic motus, nullas habet successio-

quid motus instantaneus,

nis partes. Alius est motus subitus, qui in instanti non cõpletur, tamen imperceptibilis fit tempore vt cum calefaciens, primũ caloris gradum in subiectum inducit, in instanti hoc facere non potest, ob resistantiam aliqualem contrarij: tamen imperceptibili tẽpore & indeterminato hoc facit ita vt illius tẽporis non possit adæquatũ assignari momentum, iniiciens aut finiens

quid motus subitus,

Successiuus vero motus & sensibilis est: quando aperta est in motu successio, ita vt monstrari possit, quã pars formæ quã tẽporis parte sit per motũ introductã aut expulsa. Quẽadmodũ est in motu calefactionis aut frigectionis: quoniam calor totus, aut frigus totũ, nõ in instanti neq; subito, sed cũ tẽporis successione in subiectũ introducit, ita vt secundũ successione, vna pars prius, altera posterius in subiecto habeatur. Et de huiusmodi motu plerũq; intellegimus, cũ de motu loquimur rerũ naturalium. Res quippe naturales, non multũ mouent neq; mouentur instantanee, partim ob defectũ virtutis actiue, partim ob contrariorũ resistantiã, vel mobilis indispõsitionẽ. Subitus vero motus, plerũq; perficitur successiue, & in illũ finitur. Aqua enim licet incipiat subito calefieri, secundũ primũ caloris gradũ, quantũ tamẽ ad totam caloris formam, successiue debet calefieri.

quid successiuus motus.

CAPVT III.

B. 5. De diffe



quæ res
sunt per
manentes

quid res
successi
ua.

DE MOTV ET ACCIDEN.

De differentia rerum successiuarum, & rebus per
manentibus.

Pro pleniori autem motus intelligentia aduertendum est, quo pacto distinguantur ab inuicem res permanentes & successiuæ. Illa namq; pmanetia sunt, quæ omnes suas partes simul habent, aut habere nata sunt, ita vt nulla opus sit eis successione. Alioqui & qualitates sensibiles plerumq; successione secundum partes suas absoluuntur, sed non hoc requirit earum naturalis conditio, verum ex motus natura contingit eis sic per accidens successiue fieri. Quæ admodum (exempli gratia) calor, res permanens est, quia tamen ratione motus per quæ habet acquiri, successiue fiat atq; in subiectum introducat, tam quantum ex suæ naturæ conditione, nulla opus habet successione. Potest enim partes suas omnes simul habere neq; in vilo fluxu consistit. Illæ autem res sunt proprie dicendæ successiuæ, quæ ex naturali conditione partes suas habent in successione, ita vt simul eas habere non possint. Cuiusmodi sunt motus & tempus. Partium enim motus vel temporis adueniens altera alteram abigit; & hac abeunte, succedit iterum alia tertia, quod in horarum fluxibus apertissimum est. Porro, quod in permanentibus rebus positio, hoc in succedentibus est successio. Sicut enim ligni partes positionem certam habent adinuicem, vt hæc non possit esse simul secundum locum cum illa, sed separatim hæc pars hic est, illa illic, ista istuc, ita similiter quando prima hora est non est secunda, quando secunda non est prima neq; tertia, sed successione continuantur adinuicem: quia nunc est prima, post eam subsequitur secunda, post quam euenit tertia, succedit tertia. Vnde patet, sicut certa positione quantitates permanentes sunt continuæ, ita tempus, huiusmodi successione esse continuum. Diuiditur enim quantitas continua, in permanentem & successiuam. Permanentes sunt, linea, superficies, & corpus. Tempus autem, quantitas continua est successiuam.

CAPVT QUARTVM.

Motum non esse quantitatem, neq; vilo stringi prædicamento.

Quant

EIVS LIBER III.

Quanquam autem motus succedentes habere partes secundum successionem intelligatur, non tamen ad quantitatis prædicamentum debet stringi, cum nihil ab ipso denominetur quantum, sed (sicuti facile potuit aduerti ex dictis) a tempore, quod motum sequitur, vt post dicitur Vagatur enim motus ad omnia prædicamenta quasi reductus, iuxta eius termini ad quæ est, diuersitatem. Nam generatio & corruptio, ad substantiam; augmentatio & diminutio, ad quantitatem; alteratio, ad qualitatem: loci mutatio, ad vbi siue esse in loco, reducuntur. Et quæ ita per omnia secundum reductionem motus vagatur nullo tamen prædicamentali ordine constringitur neq; concluditur.

CAPVT V.

Quomodo motus aliquis etiam in partes extensionis diuidatur.

Praeter motus diuisionem, qua diuiditur in partes succedentes, quæ copulantur per indiuisibile motus, correspondens instanti præfenti, quod solet vocari mutatum esse, est etiam quando diuisibilis in partes extensionis. Sicut enim totum celum habet totum motum quo mouetur, ita cuilibet parti cæli respondet aliqua pars illius totius motus. Non omnem tamen motum necesse est sic diuisibilem esse. Quædam enim totum mouetur, & nulli parti motus conuenit: veluti cum terminus ipsius motus indiuisibiliter sic est in toto, vt in nulla tamen subiecti parte, vel secundum se vel secundum partem inueniatur. Vnde constat hæc diuisibilitatem competere motui per accidens, ratione termini ad quæ est motus secundum eius extensionem. Cæterum, nullus motus partes vllas habet aut habere potest secundum intentionem, cum non contingat plures partes eiusdem motus esse simul in eadem parte subiecti. Vel enim sibi inuicem succedunt, vel secundum extensionem in diuersis subiecti partibus existunt.

CAPVT VI.

De quibus ad motum requisitis & duplicibus mutationibus.

Aduertendum

Motus
vaga
tatur
per
omnia
prædica
menta.

Aristo
teles. vii.
lib. phy
sicorum

Motus
non pos
test intē
di

Universidad de Deu
 Fractat
 hec aris
 stote. s.
 lib. phy
 sicorum
 Bibliote

DE MOTV ET ACCIDEN.

A Duertendum autem, ad motum necessariò
 quinq; requiri; nempe
 Mouens, mobile, terminum a quo,
 terminum ad quem, & tempus.

quid
 termi
 nus a
 quo.

Abq; his enim non fit motus, & sunt hæc in singu
 lis motibus perquirenda. vt in alteratione a vicijs
 ad virtutes, est mouens & operans Deus, atq; suo
 exercitio liberū hominis arbitrium; ipse homo, est
 motus; terminus a quo receditur, vicij est; termin
 us ad quem acceditur, virtus est; tempus, est visita
 tionis dominicæ hora, siue aliud quodcunq; aduer
 sitatis aut prosperitatis tempus, in quo se quis a vi
 cijs auertit ad virtutem.
 Termin⁹ quippe a quo intelligitur, id quod per mo
 tum abiscitur; quod aliquando est pura negatio vel
 priuatio formæ quæ per motū acquiritur, aliquan
 do forma cōtraria. Vnde claret, quasdā mutationes
 esse de cōtrario in contrariū, vt ex calido fit frigid
 um, ex albo nigrū. Item ex hæretica opinione ma
 la, fit alteratio ad cōtrariā opinionē; ex carnali amo
 re, conuersio ad amorem spiritualē; a vitio ad virtu
 tem, vt a gula ad sobrietatē; ex denso, rarū; ex leui,
 graue. Sub quibus cōprehendimus motus qui sunt
 de medio in alterū extremorū, vel ecōtrario: vt ex
 rubeo in album aut nigrū, aut ecōtrario. Et huius
 modi motus proprie vocātur motus, eo quod sunt
 (secundū Aristotelē) de subiecto in subiectū: id est,
 de affirmatiōe ad affirmatiōē, vel de forma in for
 mam; suntq; hi motus difficiliōres. Quædā sunt
 mutatiōes a priuatione tantū, vel negatione, ad op
 positum habitum; vt ex non homine generatur ho
 mo, ex nō igne ignis, ex indocto & rudi fit doctus,
 ex infideli priuatiue, fidelis; quādo nimirū is, qui de
 dogmatibus fidei catholice neq; rectā neq; peruersā
 sam habet opinione, in fide docētis opera eruditur,
 vt recte quemadmodū oportet de eis sentiat; ex te
 nebrosō lucidū, atq; ita in similibus. Quas mutatio
 nes faciliōres esse constat. Et iuxta Aristotelis
 senten

EIVS LIBER III.

sententiam) motus proprie nō sunt, sed mutationes
 tantum; quia sunt de nō subiecto in subiectū; id est,
 de priuatione vel negatione (quæ per non subiecta
 intelligit) ad affirmatiōē, aut ecōtrario de subie
 cto ad non subiectū; id est, de affirmatiōe ad nega
 tionem vel priuationē. Huiusmodi autē sunt genes
 ratio, quæ est a non esse ad esse, & corruptio, quæ est
 ab esse ad non esse.

CAPVT VII.

De termino ad quem, & a quo; & quomodo secū
 dum eos motus distinguātur vel nō distinguantur.

Terminus vero ad quē, illud dicitur ad quod
 mobile siue id quod mouetur tendit, siue sit
 affirmatio siue negatio; vt termin⁹ ad quem
 generationis est, forma rei quæ acquiritur per genes
 rationem, & esse rei quæ acquiritur per generatiō
 nem, siue esse rei generatæ. Ad hoc enim tendit ge
 neratio, vt forma substantialis insit in materia, &
 res substantialiter existat.

quid ter
 min⁹ ad
 quem.

Terminus corruptionis ad quē, est priuatio formæ
 præexistētis, & nō esse rei præexistētis. Quippe ad
 hoc tēdit corruptio, vt materia priuetur forma quæ
 in erat, & res quæ præerat suū esse perdat. Termin⁹
 augmentatiōis ad quē, est maior quantitas; Dimi
 nutiōis, minor quantitas. Alteratiōis vero termi
 nus, est qualitas secundū quā res alteratur loci mus
 tatiōis, ipsum vbi, siue (vt crassius dicamus) locus
 secundū quē res variatur. Est autē termin⁹ ad quē,
 dignior & principalior in cōsideratiōe motū, ter
 mino a quo; quoniā & ab ipso motū denominas
 tio sumitur, vt alteratio ad albedinē dealbario; ad ni
 gredinē devigratio vocatur. Quodq; amplius est, et
 tiam distinctio generica atq; specifica ex ipso accipi
 tur. Secundū em terminos ad quos sunt, distinguun
 tur (vt supra declaratū est) generatio, corruptio aug
 mētatio, diminutio, alteratio, atq; loci mutatio, lē
 generationes viuētū & inanimatorū distinguuntur
 genere propter formas diuersorū generū. Generati
 ones hominum & brutorū distinguuntur specie, ob
 formas ad quas sunt specie differentes. Generatio
 nes di

Termin⁹
 nus ad
 quē, est
 dignior
 termino
 a quo.
 vnde di
 stinctio
 generi
 ca mot⁹



DE MOTV ET ACCIDEN;

tes diuerforū hominū, numero distingūtur, ob for- marū ad quas sunt numeralē tantū distinctionē. Ita similiter in alijs motū generibus est dicendū. ¶ Non solum tamē ex diuersitate termini ad quē motus distinguntur; sed accipitur etiā distinctio mo- tum ex medio, quo ad terminū ad quē necessario debet perueniri, ob concatenationem cum termino ad quē. Motus enim rectus & circularis genere dis- ferūt, propter diuersum modū spacij quod pertransi- tur; item motus rectus & mot⁹ curuus ad eundē sō- cum, Item doctrinatio eiusdē conclusionis, iam per demonstrationē, iam per verisimile, tantū argumen- tum, ob medijs diuersitatem, variatur. Neq; profecto minus apparet hęc distinctio ipsius motus per se esse, quā sic ex medio vel ratione aut modo aut con- ditione motus sumitur, q̄ ea etiam ipsa quā ex ter- mino ad quē sumitur. ¶ Ex termino autē a quo, con- stat nunq; variari speciem motus, Eiusdē enim speciei est dealbatio quę est a nigredine ad albedinem, cum ea quā est a rubedine: & eiusdē speciei generatio ignis qui est ex stipula, & qui ex ligno. Diuersitatē autē numeralē facit quodlibet illorū suprapositorū. Qui enim motus vel aliud mouens, vel terminū a quo, vel ad quē aliud, vel aliud tempus, vel aliud mobile habent, numero sunt indubie diuersi. Facili- us enim est numerū variare in rebus, q̄ speciem. Quā- to enim minor est distinctio, tanto acquiritur facili- us: quemadmodū cōtrario, maior distinctio (nempe generica vel specifica) est difficilior.

CAPVT OCTAVVM.

¶ An motus distinguatur a suo termino ad quē est. ¶ Non est vero dubitandum vlla ratione, quin motus a termino suo ad quē alius sit, ac dis- tinguat, vt minimum secundū rationem; cum motus rationem habeat rei successiuā, sitq; motus omnis quatenus motus, res successiuā, non autem terminus ad quem; cum sit secundum suum esse res permanēs, etiam si successiue fiat atq; producat in subiecto. Verum de reali distinctio- ne quęstio solet agitari, an motus res aliqua diuer- sa sit,

termin⁹ a quo speciem mot⁹ nō variat.

EIVS LIBER III.

sa sit, & realiter secundum suum esse differens a ter- mino ad quem est; quibusdam realem distinctionē cōtrariē ponentibus, quibusdam negantibus, & ratione tan- tū distingui asserētibus. ¶ Iuxta quorū sententiā di- cendum est, quod substantialis ipsa forma quā in ge- neratione acquiritur in generato, vt a mouente in- tur disti- ctione. ¶ Actū sit, sit ipsa generatio: forma vero quā deperditur, sit ipsa corruptio: & maior continuo acquisita quantitas, augmentatio: & maior continuo acquisita etiam (vt ipsi aiunt) rerum pluralitas absq; necessitas ponitur. Neq; tamen admittunt, in eisdem prędis- mentis ponendos esse motus, in quibus termini po- nuntur, tametsi secundum rem sunt idem, quoniam diuersa ratio, predicamentorū ordines etiā variat.

CAPVT NONVM.

¶ De motū comparatione ad actionem & passio- nem, & de vocabulis motum significantibus.

¶ Similis quoq; de motu & actiōe & passioe quę- stio fieri solet, num realis sit ponenda distinctio inter actionē, passionē, & motū, an secūdū rē co- incidere dicenda sint, sola variatā ratione. Et huic quoq; quęstioni cōtrarię adhibētur responsiōes, al- teris priorē, alteris posteriorē sententiā approbātib⁹. Sunt em̄ qui motū dicūt nō nisi secūdū rationē dis- ferre ab actione & passione. ¶ Verū in his atq; simi- libus, vbi de reali distinctioe mouetur quęstio nō multū est anxie perquirendū, cum vtraq; pars suā plerūq; habeat probabilitatē, & suis rationibus am- bę sententię plerūq; mutantur. Neq; ad verū Phi- losophię finē (qui est Deū in creaturis cognoscere, agnitūq; collaudare) huiusmodi perplexę & steris- les quęstiones multū admodū vidētur habere mo- mēti. ¶ Illud autē aduertēdū est, quod motus nō est in mouente, tametsi efficiatur a mouente; sed est in ipso mobili, sicut & terminus ad quem in mobili tantum est, non in mouente. Neq; fingi debet vnus motus in mouente quo moueat, & alius in mobili quo ipsū moueat. Sed quēadmodū (iuxta Aristote- lē) eadē est via a Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad The-

Nota at tente.

motus est in mobili tantum.

ad The-



DE MOTV ET ACCIDEN

tempore, parum acquirit maioris quantitatis: tarde discit discipulus, si in multo tempore, scientia atq; doctrina paulu assequitur: velox motus est, qui minori tempore multum acquirit aut perdit, quemadmodum in aqua breui tempore vehementer calefacta, & in discipulo industrio ac diligenti breui tempore multam scientiam assecuto. Vbi diligenter attendenda est differentia, quae est inter motum velocem & motum frequentem. Frequentia enim, interruptionem & discontinuitatem significat motus: longitudo vero aliud, velocitas. Procedit autem haec tarditas in motu, aliquando ex defectu virtutis moueris, Ignis enim modicus, nequit velociter calefacere; & doctor piger atq; ineptus, nequit discipulos cito ad doctrinam adducere. Nonnunquam vero, ex resistentia contrarij. Nequit enim etiam magnus & validus ignis, hominem multum frigidum cito calefacere; neq; praeceptor industrius & diligens, hebetem & obtusum pigrumq; discipulum, cito in scientia erudire, aut petulantem cito moribus probis instituire. Aliquando, ex resistentia medij, Lapis enim licet grauis, non potest cito per aquam moueri, sicut per aerem; nec pluuia potest velociter descendere, ob resistentiam aeris. In voluntarijs autem, praeter causas supradictas, voluntas etiam sua libertate causa esse potest tarditatis aut velocitatis motus. Homo enim nullum habens impedimentum, velociter vel tarde mouendi siue agendi quippiam potest tamen pro sua voluntate vel tarde vel velociter agere. Et primum mouens, quod est super omnia mouentia Deus in saecula benedictus, cum neq; virtute deficiat, neq; vlla resistentia aut inconuenientia impediri possit, quaedam tamen velocius, quaedam tardius mouet, pro suo beneplacito, cui sine resistentia atq; contradictione obediunt vniuersa.

Vnde tarditas in motu

Nota de Deo.

Moueri vniformiter & difforsimiter.

CAPVT DVODECIMVM.

De vniformitate & difforsimilitate motus. Tenditur autem etiam vniformitas vel difforsimilitas in motu: secundum considerationem partium ipsius mobilis. Illud mobile quod iuxta

EIVS LIBER III.

Iuxta omnes partes suas equaliter atq; similiter secundum velocitatem aut tarditatem mouetur, vt totus homo aequae velociter in omnibus membris calefactus moueri dicitur vniformiter. Illud vero quod non secundum omnes partes aequaliter, sed secundum diuersas partes diuersimode mouetur, secundum aliam velocius secundum aliam tardius (vt homo citius in manibus quam in pedibus calefactus; aut in eisdem membris non aequaliter calefactus) difforsimiliter moueri dicitur. Provenit autem haec difforsimilitas in motu, aliquando ex parte virtutis ipsius agentis, quae tam vicina non est vni parti sicut alteri. Aliquando ex parte mobilis, quia nimirum vna pars est magis indisposita ad susceptionem actiuitatis, quam alia. Notandum autem est, quod secundum locum difforsimiliter mouetur omne corpus circulariter motum, etiam caelestes orbis Semper enim velocius mouentur partes superiores, quam quae sunt circa centrum aut medium: quoniam ille longius distans magnum spacium pertraheret, cum istae proximiores in eadem li tempore, minimam circulationem absoluerent. Id quod in rota figuli manifeste demonstrari potest: vbi partes quae axi proximae sunt, proforsus aequali tempore suam minimam circulationem complent, quo partes extremae a medio longissime distantes, suum illum multo maiorem absoluunt ambitum. Ita quae non aequaliter secundum omnes partes accipiunt incrementum, difforsimiliter augeri dicuntur. Et modo quod actiam illi qui non secundum corpus & animam aequaliter proficiunt (vt potest qui corpore crescunt, & animae profectum nullum in virtutibus aut moribus accipiunt) dici possunt difforsimiliter proficere atq; auferere: quod non est postremus iste sermo proprius, eo quod ex partibus integranibus mobilis, non essentialibus proprie fieri debeat consyderatio vniformitatis aut difforsimilitatis.

CAPIT. XIII. De motu regulari & irregulari.

Insuper poni solet in motu regularitas & irregularitas, quae non attenduntur secundum partes motus regularis, sed magis secundum tempus in quo fit motus. Si enim mobile toto tempore moueatur similiter siue irregulariter, secundum velocitatem & tarditatem in principio



DE MOTV ET ACCIDEN.

medio & fine, dicitur motus regularis. Vnde cœlesti regulariter licet difformiter, mouetur. Sic qui nunc velox est in disciplinarū aut virtutū profectū, cras tardior, irregulariter proficit, quoniam nō similiter continuat. ¶ Procedit autem hæc irregularitas potissimum ex virtute mouente, quæ augetur vel minuitur. Quod em̄ mouetur naturaliter, in ipso motus sui initio tardius, in medio velocius, in fine velocissime mouetur, propter continuo aduenientem impetum, qui formam substantialē adiuuat in mouendo, atq; etiam ob loci naturalis approximationem. Quemadmodū enim vnaquæq; res ad suum locum naturalem desyderat, vbi cūq; extra ipsum fuerit posita, ita quo fuerit ei vicinior, magis naturaliter desyderat, atq; ad ipsum fertur, tenditq; vehementius. In ijs autem quæ mouentur violenter ab extrinseco motus in principio præceps est & velocior, sed continuo fit remissior virtute impressæ continuo debilitata. ¶ In motibus vero qui secundū sensum sunt, aut etiam nonnunq; secundū rationem, vt in motu progressiuo & similibus, principiū est quidem vtrūq; velox, medium velocius, finis tardior atq; deficiens. Quod ex parte instrumētōrū est, quæ in principio nondū sunt satis disposita ad expedite motum peragendū, sed per continuā exercitationē rectius disponuntur; quemadmodū de vocis prolatione euidenter docet experientia. Tandem tamen, propter debilitatē si diutius perduret cōtinuus motus, instrumenta motus flaccescunt, & veluti deficiunt; quemadmodū in vocalibus instrumētis experimur post longam locutionē, siue cantationē prolixiorē; inq; eruribus & neruis, post diurnā ambulationem. ¶ Notandū vero est, quod primū agens ac mouēs, tametsi totam cœlorū machinam difformiter admodū moueat, faciēs sphaeras difformibus atq; diuersis motibus aliam quidem citius aliam velocius suum cursum absoluerē, mouet tamē eam ab initio vsq; ad finem, motu regularissimo & ordinatissimo, eandem semper in motu regulam seruans atq; sustodiēs. Neq; em̄ ab initio sæculi, citius aliquādo aut tar-

EIVS LIBER III.

aut tardius primū mobile motū est, aut mouebitur vnq; quam nunc moueatur; neq; item aliorū orbū quisq; siue motus proprios, siue raptus ipsius motū consideremus. ¶ Et est id quidē supra modū admirabile, in tanta difformitate motū corporum cœlestium, perpetuo regularitatē huiusmodi seruari posse, eiusq; palam attestatur gloriā, qui in ea sapientia secūndū quam cōdidit vniuersa, regit etiam, mouet, atq; gubernat, qui est in sæcula benedictus, Amen.

Attente nota.

CAPVT XIII.

De motu naturali & violēto, & quomodo in singulis motuum generibus hæc inueniantur.

Motuum insuper quidam sunt rebus naturalibus, quidam violentis.

Est autem motus ille rei naturalis, qui est secundū naturam rei, & ei est conueniens; vt igni, moueri sursum, & rarefieri, nisi forte condensatio ipsum amplius q̄ conuenit cōtingat. Hi enim motus conueniunt naturæ vel formæ ignis.

Quid naturalis motus.

Motus violentus vel contra naturā est, qui rei secundū suā naturā non cōuenit, neq; est secundū naturā rei, sed ab extrinseco mouēte imprimitur, forma cō-

quis violentus.

tranitente. Vt motus ignis deorsum, & eius cōdensatio vel cōpressio; motus lapidis sursum; aut aquæ siue terræ nimia rarefactio, Repugnat siquidē natura ignis, & formæ eius, motus deorsum & nimia cō-

densatio; quemadmodū aquæ & terræ, motus sursum aut nimia rarefactio, atq; ita in cæteris. ¶ Vbi notandum est, materiā sicut est ad omnē formā indeter-

minata, ita & ad omnes accidentales dispositiones esse indifferentē, si in sua generalitate consideretur. Verum quatenus per formā limitatū esse participat, illa ei etiam dicuntur secundū naturam, quæ ipsi conueniūt sub forma quam habet. Et illa dicitur ei esse contra naturam, etiam ex parte materiæ, quæ ipsam a suo esse quod habet participatum nata sunt repellere. ¶ Notandū vero, in omnibus motuum generibus inueniri motus aliquos naturales, alios violentos. Generationes enim quædam naturales sunt, vt florum in estate, & corruptiones eorū

Arist. in 5. li. phi.



DE MOTV ET ACCIDEN.

in hyeme. Quædam violenta, vt generationes florum vel foliorum in hyeme, ab aliquo accidentet & corruptiones subita florum in æstate ante defectum naturalem, ob vehementem æstum solis aut aliud quodlibet accidens malum superueniens. Ita sunt partus tempestiui & partus abortiui. Ita quædam naturaliter fit augmentatio, quædam violenta: vt augmentatio iubita vel nimia pueri: vel tritici intempestiua augmentatio, ob abundantiam pluuiæ. Ita in diminutione virium, ita & in alterationibus dicendum. Imò quædam sanatio est naturalis, quædam violenta: vt quæ fit ab aliquo extrinseco, per violentiam ratione cuiuslibet accidentis. Quamq̃ enim sanitas semper fit naturæ conueniens, potest tamen motus per quem ipsa introducitur esse violentus quando non per media naturæ conuenientia, sed magis per accidens introducitur, cum violentia agentis, formâ contrariante. Item & sanatio quæ fit in diebus criticis naturalis est, quæ verò dies criticos præuenit aut subsequitur innaturalis, vt ait Aristoteles. CAPVT XV.

Quomodo adinuicem debeant motus vel comparari vel non comparari.

Traçtat hæc Arist. 7. li. physico.

Non est autem quilibet motus cuiuslibet motui comparabilis, secundum supra determinatas proprietates vel accidentia, Motus enim rectus & circularis, secundum velocitatem vel tarditatem nõ debent comparari. Vt enim in genere quolibet recta sit comparatio, oportet etiam fieri secundum speciem specialissimam. Non enim dicitur vnum alio magis coloratum, aut quæle, sed magis calidum vel magis album. Oportet item, vt fiat comparatio in aliquo quod vtriusque comparatorum vniuocè & secundum eandem rationem conueniat. Non enim dicitur homo magis sapiens, quam brutum, neq; brutum melius sentiens quam lapis, cum in vtriusque cõparatione, ea quæ comparantur, non conueniant in eo in quo fit comparatio. Neq; rursus medicina magis sana dicitur, aut minus, quam homo; neq; potio ipsa, magis quã

vina

EIVS LIBER III.

vrina aut homo. Quamuis enim quodlibet horum sanum dicitur, nempe homo potio & vrina, fit tamen hoc ratione atq; consideratione diuersa, homo enim sanus dicitur, vt habes in se sanitatem: vrina, vt significatiua sanitatis: potio vt effectiua eiusdẽ. Vt ergo omnino recta sit comparatio sumendi sunt duo motus eiusdem speciei, eiusdemq; rationis qui secundum aliquod prædictorum accidentium comparentur. Quemadmodum (exempli gratia) hic motus rectus illo recto est velocior aut tardior, regularior aut irregularior vniformior aut difformior & hic circularis, illo: hæc alteratio, illa; hic motus localis, illo atq; ita in cæteris. CAPVT XVI.

De motuum contrarietate.

Motus ex terminis contrarijs, non sunt necessario contrarij vt patet de motu qui est ab albedine ad rubedinẽ, & de nigredine ad eandem rubedinem, qui sunt eiusdem speciei specialissimæ.

Arist. 5. physico.

Qui autem sunt ad terminos contrarios, sunt contrarij; etiam si non sint ex contrarijs terminis. Ab eodem enim medio termino motus sursum & deorsum, sunt contrarij. Et de albedo quæ est a rubedine, contrariatur denigrationi quæ ab eadem tendit rubedine. Illi tamen motus sunt maxime contrarij, qui sunt a contrarijs terminis ad contrarios terminos: vt qui est ab albedine ad nigredinẽ. Illi qui est a nigredine ad albedinẽ, maxime est cõtrarius. & magis q̃ ille qui a media tantum est qualitate. Sumitur etiã cõtrarietas motuum accidentaliter, secundum naturam & violentiã: ita vt generatio naturalis dicatur cõtraria simili generationi in specie violẽter. Sed hæc nõ est specifica & essentialis cõtrarietas, cũ naturale esse & violentiã nõ variet speciẽ motus, neq; etiã cetera supra posita accidentia. Opponitur præterea motus etiam quieti, sumendo quietem semper motui oppositam: Vt motus a loco aliquo opponitur quieti in loco illo, nõ autẽ motus ad locum aliquem cõtrariatur quieti in eodẽ loco, quẽadmodum habet Arist. 5. libro physicorum. Non est tamẽ hæc

Qui motus cõtrarij.

Arist. cõtra finẽ. 5. li. physico.

F oppos.



DE MOTV ET ACCIDEN.

oppositio contrariorum, sed priuatiue oppositoru. Quies em̄, nihil aliud est, quam priuatio motus, atq; ab eo cessatio, in subiecto apto nato. Quēadmodū autem supra motus quidam dicti sunt naturales alij qui violenti, sic & de quiete possumus distinguere. Lapis enim, in suo loco naturali quiescit quiete naturali; extra vero eum, quiescit violenter.

CAPVT XVII.

De ijs quæ mouentur, quomodo quædam per se, quædam per accidens moueantur.

Superest nunc, posteaquē de motus natura & proprietatibus diximus, de mouentibus etiā & motis determinationē subiungere. Ac primū quidem est aduertendū, quemadmodū inter ea quæ mouentur quædā tantum secundū partem mouentur, vt cum solam manū agitamus; quædam vero secundum ipsum totum, vt cum corpus vniuersum agitur, siue saltu, siue ambulatione, siue alio quolibet modo. Rursum, quædam per se mouentur, vt totus ipse homo ambulans de loco in locum; quæ dā vero per accidens mouentur, alterius gratia, nimis rum quæ in eo sunt quod per se mouetur. Idq; rursum dupliciter, vel sicut partes in toto, vt manus per accidens ad totius corporis motum; & qui nauis vehuntur gratia nauis cui insunt pariter mouentur, sed per accidens; vel sicut accidentia, quæ in rebus sunt quæ mouentur, maxime corporalia, quæ per accidens moueri dicuntur ad motum sui subiecti; quem admodum ex Aristotele vulgo adduci solet. Motis nobis, mouentur omnia quæ in nobis sunt, Cōpletur autem Aristoteli hæc vnica hac diuisione, quins to physicorum,

Arist. 7. phisico. & 5.

Distum Aristot. 2. li. topi corum.

Eorum quæ mutantur, aliud per accidēs mutatur, aliud ex eo quia aliquid huius mutatur, aliud ex eo quia ipsum primo mouetur.

Cuius

EIVS LIBER III.

Cuius sensus ex precedentibus et subsequentibus satis patet, Primę partis exempla sunt, dum musicus dicitur ambulare, sanari, &c. Est siquidem motus deambulationis musicę extraneus & per accidens, quēadmodum & reliqui. Secundę exemplū est, dum homo dicitur sanari, quia oculus, manus, pes aut caput sanatur, motus enim toti homini attribuitur, quātū parti conuenit, Tercię exemplū est, vt homo ambulat, egrotus sanatur, dum ratione totius corporis pristina valetudini restituitur, hinc & similis diuisio mouentis ab Aristoteli colligitur hæc videlicet.

Aliud per accidens mouet, aliud parte, aliud per se primo.

Quę ex precedente facile patet cū exemplis, si ea quæ rei mobili seu motu attributa sunt, mouenti applicentur. Similis quoq; diuisio ab Aristoteli de termino a quo motus procedit, & ad quem tendit datur.

Terminorū a quo & ad quē, alius est per accidens, alius ratione partis, alius per se primo.

Vt si quis simul ambulet & sanetur, loco a quo recedit, aut ad quē tendit, impertinens & per accidēs est motus ad sanitatē, similiter sanatio febris, pars est si conferatur ad sanitatē in genere, respectu vero sanitatis febris oppositę, habet terminū per se primo, Ad hunc enim terminū per se primo totus motus tēdit, quæ est sanatio a febre.

CAPVT XVIII.

Quomodo aliter partes integrantes in toto moueantur quam accidentia in subiectis.

In hoc tamen partes ab accidentibus sunt diuersę, quod corporis partes, totius motus aliquam partem in se habent, cuius cōparatione quodam modo per se mouentur, sicut per accidens mouentur cōparatione ad motū totius. Quemadmodum

E 5. enim



Arist. 4.
physico.
3. mate-
ria de lo-
co.

DE MOTV ET ACCIDEN.

enim totus motus in toto corpore est, sic partes motus in partibus sunt corporis totius: quæadmodum de alijs corporalibus accidentibus est manifestũ. Accidentia vero nihil in se motus habet, sed extrinsece prorsus ad motũ subiecti moueri dicuntur. ¶ Proinde, quæ secũdo hoc modo per accidens mouentur magis per accidens & magis improprie moueri dicuntur, q̄ quæ modo priori. Nam quæ priori modo per accidens moueri dicuntur, simul etiã per se secũdum alium motũ moueri possunt: quæadmodũ is q̄ in navi ambulat, ratione ambulationis quam a nauis non habet, per se mouetur: ratione vero uestitionis, per accidens. Sic cum inter ambulandũ quis agitat manum, eamq; in sublime tollit, manus illa quatenus ambulatione vna cũ toto corpore de loco fertur in locum, per accidens mouetur: secundũ vero illum agitationis motũ, per se recte moueri dicitur. Nunq̄ vero id in accidentibus vsuuenire potest, quæ per se moueri non possunt, sed per accidens & extrinsece tantum.

CAPVT XIX.

¶ Quomodo rerũ essentia nullo modo dicenda sint moueri, neq; Deus inexistentis omnibus.

Essentia autem rerũ quæ mouentur, nullo modo moueri dicenda sunt, neq; etiam spiritalia accidentia, quæ creaturæ rationali secundum rationem insunt. Vnde cũ homo mouetur secundum corpus totum, anima tamen ob hoc moueri non dicitur, neq; ipsa eius humanitas, neq; vllus interior animæ actus. ¶ Ex quo patet, tamen in omnibus rebus Deus existat, nulla tamẽ ratione debere illum dici moueri ad motum rerum quibus inest. Cum rebus ipse inest, non per modũ accidentis, neq; per modũ partis integrantis, imo neq; per modũ partis essentialis (cum ipse nullius sit pars compositi, neq; esse possit) sed inest omnibus per suam essentiam, ineffabili modo, presentiaq; & potentiam quasi dator essentia & existentiæ rerũ, eiusq; custos & sustentator, in omnibus mouentibus & motis ipse existens atq; inhabitans, prorsus immutabilis.

Caput

EIVS LIBER III.
CAPVT XX.

¶ Regula generalis pro ijs, quæ motu physico mouentur.

De rebus autẽ naturalibus quæ per se mouentur physico & naturali motu, dari solet hæc generalis regula. Omne quod mouetur, ab alio necesse est moueri. Quod vt veritatẽ habeat, intelligendũ est, vel de mouente extrinseco, vt in ijs quæ mouentur violenter: vel de principio motus intrinseco, quod est forma substantialis rei. Agens enim naturale, non potest seipsum primo mouere, id est, totaliter & secundum vtramq; partem essentialem: neq; item primo, id est, secundũ vtrãq; essentialem partẽ moueri: sed altera semper est per se mouens & agens, forma: altera per se mota atq; patientem nempe materia. Dicitũ autẽ signatẽ de ijs quæ mouentur motu physico, & de mouentibus rebus naturalibus, quoniã anima quæ res naturalis nõ est seipsam primo mouere potest, quia seipsam in actu facit, & ad intellectiõnẽ atq; volitiõnẽ per se mouet neq; hic opus est diuersitate moti atq; mouentis, sed eadẽ anima & mouet seipsam, & a seipsa mouetur.

CAPVT XXI.

¶ De mouentibus subordinatis & nõ subordinatis.

Quoties vero ad aliquod mobile plura contingit concurrere simul mouentia, talis inter ea debet esse subordinatio, quod mouens proximũ mobili mouet in virtute mouentis prioris quod a re mota est elõgatus, vt cũ lapis mouetur a baculo, & hic a manu, & manus a corde, baculus est mouens proximũ moto, & ideo est minus principale in illo motu: & cor est ibi primũ in mouẽdo & principale, quis remotus? Vnde patet Deũ (eo quod sit primus in õni motu, in cuius virtute mouet alia omnia secundaria mouentia) esse principalissimũ in mouẽdo, eũq; ois motus in his inferioribus causã primariã atq; principuã assignari debere, quãuis secundaria alia agentia ad eũdẽ effectũ videãtur concurrere. ¶ Notadũ vero huiusmodi subordinationẽ mouentiũ esse duplicem: quãdã essentialẽ, vbi scilicet agens proximũ nõ potest nisi per

Hæc conclusiõne ponit & demonstrat Aristoteli. in principio. 7. li. physico.

quis ordo debet esse pluribus mouentibus concurrentibus.



Probat
hac con-
clusionē
Aristote-
les. 7.
physico-
rum.

DE MOTV ET ACCIDEN.

nisi per virtutem pariter mouētis suum mo-
tum efficere, vt homo pater non potest sine celestia
um & Dei concursu filiū generare. Ideo hęc sunt es-
sentialiter subordinata: homo pater, celestia corpo-
ra, Deus. In his autē sic essentialiter subordina-
ris, nō potest processus esse in infinitū: alioqui, motus
naturales essent indeterminati. Quod enim ab infini-
tatis penderet, non haberet determinatā causalitatem.
Sequeretur quoq; positio infiniti actu secundū mul-
titudinē, cū necesse sit causas sic essentialiter subor-
dinatas simul existere. Quodā vero mouētia, sunt
subordinata accidentaliter: vt pater, auus, attauus,
tritauius, &c. quādo scilicet mouens immediatū nō
requirit coexistentiā vel concursum mouētis prioris
mediati, vt efficiat vel moueat: quemadmodum
pater, vt filiū generet, nihil opus habet neq; coexistē-
tia neq; concursu aui patris sui, neq; attauis, neq; tri-
taui. Sunt tamen hęc mouētia quodāmodo subor-
dinata, quatenus mouēs vltimū (id est, pater gene-
rans) virtutē accepit a suo patre, atq; hic rursus a
priori, illeq; iterū a suo patre, atq; ita consequenter
procedendo. Verum in his mouētibus, nihil pro-
hiberet ponere i infinitū: vt si mūdus ponere fuisse
æternus, & ab æterno homines aliquos fuisse, hoc
modo infinitæ essent rerū naturalium causæ, & mouē-
tia infinita. Ex his enim neq; tollitur rebus determi-
nata causalitas, eo quod mouentiū huiusmodi non
requiritur coexistentia, neq; infinitū actu sequitur,
sed successione tantū: quod non est inconueniēs ad-
mittere.

CAPVT XXII.

De multiplici proportione & comparatione mo-
uentis ad mobile.

Quoniam autem mouere aliud, perfectionē
habet: moueri autē secundū suam rationem
habet imperfectionē, constat mouens, qua-
tenus huiusmodi, esse moto dignius, & mo-
uens mobili supraponi secundū relationem. Vt autē
mouens moueat mobile oportet ipsam fortius esse
mobili, & quasi dominiū habere supra resistantiam
mobilis.

EIVS LIBER III.

Mobilis. Iuxta igitur proportione virtutis mo-
uentis supra mobilis resistantiæ vel indispositionem
contingit mobile velocius tardius vel vniiformius
vel difformius vel regulatius moueri vel non mo-
ueri. Non enim fit actio, nisi a proportione maioris
inæqualitatis. A proportione autē minoris inæqua-
litas non fit actio, quæadmodū vulgata habet Phi-
losophorū sententia, Cuius dicti, est hic intellectus:
Agens non posse agere in passum, nisi vtrute supe-
ret ipsius resistantiā, & potentia sit inæquale secun-
dum excessum: Id vero quod est minoris virtutis
& potentia, non posse agere in id quod est maioris
virtutis & maioris resistantiæ. Ignis enim si sit vir-
tute potētor ad calefaciendū q̄ ad resifedum aqua,
tunc aget ignis & patietur aqua. Si ecōtrario domi-
netur aqua, patietur ignis, & iuxta ampliorē resiften-
tiam passi plus aut minus mouebit agens. Ex qui-
bus solent deduci septem proportionum regulæ, ab
Aristotele positæ in septimo Physicorū libro, quas
hic quoq; subnectimus.

CAPVT XXIII.

Ponuntur septem regulæ, quas vocāt regulas pro-
portionum.

Prima regula. Si aliquod mouēs mo-
ueat aliquod mobile, aliquanto tem-
pore, & aliquāto spacio, eadē virtus mo-
uens mouebit mobilis medietatem, per
duplum spacium, in æquali tempore.

Qualis enim est proportio totius virtutis motiuæ
ad totam resistantiam mobilis, non æqualis est to-
tius virtutis illius motiuæ ad medietatē resistantiæ
mobilis, sed dupla est proportio. Vnde cū (iuxta pri-
cipium suprapositū) secundū proportionem maio-
ris aut superantis inæqualitatis fiat actio, sequitur,
eandem virtutē mouentē, mobilis illius medietatē
duplo

Maxi-
ma Phi-
losophy-
ca.

Ponun-
tur hæ
regulæ
ab Aris-
to. in si-
nc. 7. phi-
sicorum



DE MOTV ET ACCIDEN

duplo velocius mouere: quod facit, quādo in æquā
li tempore per duplum spacium ipsam mouet.
¶ Secunda regula.

Si aliquod mouens moueat aliquod mo
bile, aliquanto tēpore & aliquāto spacio,
idem mouens mouebit mobilis medietate
tatem, per idem spacium, in medio tēpore.

Ratio est eadem quæ supraposita est, propter propor
tionem virtutis actiue, quæ dupla est respectu me
diæ tatis ipsius mobilis. ¶ Tercia regula.

Si potentia aliqua mouens moueat ali
quod mobile, aliquāto tēpore, & aliquā
to spacio, eadem potentia mouebit idem
mobile per mediū spacium, in medio tēpore.

¶ Quarta regula. Si aliquod mouens
moueat aliquod mobile, aliquāto tempo
re & aliquanto spacio, media virtus mo
uens mouebit medium mobile per idem
spacium, in æquali tempore.

Harum duarū regularū eadem est ratio: quoniam videlicet, qualis est proportio mouentis ad mobile, in
comparatione ad totum tempus, & ad totum spacium
talis est mouētis ad mobile in comparatione ad me
dium tempus pariter & medietatem spacij: & quas
lis est proportio totius mouentis ad totum mobile,
æqualis & eadem est, medietatis ad medietatem, in
comparatione ad idem tempus & idem spacium.
¶ Quinta regula.

Si aliqua virtus mouens mouet aliquod
mobile

mobile, aliquāto tempore, & aliquanto
spacio, non est necesse eandem mouere,
duplum mobile per medium spacium in
eodem tempore, aut per idem spacium in
duplo tempore. ¶ Sexta regula. Si aliqua
virtus mouens moueat aliquod mobile,
aliquanto tempore, & aliquanto spacio,
non est necesse medietatem virtutis mo
uere idem mobile per medium spacium,
in æquali tempore: vel per idem spacium
in duplo tempore.

Harum duarum regularum ratio est, quia a propor
tione minoris inæqualitatis, non fit actio. Non est
autem necesse, ipsum mouens habere dominium, &
superioritatem, & inæqualitatem vincentem ac su
perantem, super duplum mobile: Neque medietate
virtutis mouentis necesse est maiorem inæqualita
tem & superioritatem habere, supra ipsum totū mo
bile. ¶ Septima regula.

Si plures virtutes motiue moueant ali
qua mobilia, aliquanto tempore, & aliquā
to spacio, virtus ex illis virtutib⁹ motiuis
collecta, mouebit mobile ex illis collectū
per idem spacium, & æquali tempore.

Ratio autem est, similitudo proportionis.

CAPVT XXIII.

¶ Prædictis adijciuntur aliz duæ regulæ.

His autē



DE MOTV ET ACCIDEN;

His autem regulis ab Aristotele sic positis superaddi possent alia duae, octava & nona. **O**ctava regula, Si aliquid mouens moueat aliquid mobile, aliquanto tempore, & aliquanto spacio, duplum mouens mouebit duplum mobile, per idem spaciū, in æquali tempore; aut per duplum spaciū, in duplo tempore. **N**ona regula, Si aliquid mouens mouet aliquid mobile, aliquanto tempore, & aliquanto spacio, duplum mouens mouebit idem mobile, per duplum spaciū, in æquali tempore, aut per idem spaciū, in dimidio tempore. Harum duarum regularum rationes, facile patent ex prædictis. **E**t notandum quod hæc suprapositæ regulæ, tametsi peculiariter de mouentibus & mobilibus secundum locum datæ videantur, possunt tamen similiter aptari etiã ad alias species motus, ad augmentationem, diminutionem, & alterationem; quemadmodum docet Aristoteles, in hunc modum. Si augmentas, diminuens, aut alteras, augmentat, aliquid aut minuit, aut alterat, aliquanto tempore, aliquanta quantitate, aut qualitate, idem augmentat, minuit, aut alterat dimidium, dupla quantitate aut qualitate, in eodem tempore, aut dimidia dimidio tempore, atque ita per singulas regulas discurrendo.

CAPVT XXV.

Quid per mouens & mobile intelligatur in proposito.

Aduertendum autem est, cum in his regulis de mouente & moto duplo vel æquali loquimur, non velle nos sermonem facere de quantitate molis. Sic enim non est necesse si homo certæ quantitatis aliquid possit, ideo alium mole & quantitate duplo maiorem duplum posse; cum frequenter soleat in exiguo corpore virtus regnare maior. Sed de virtute sermo debet accipi ita ut per medium mouens intelligatur virtus ipsa, atque potentia mouentis; per mobile, virtus resistendi; per medium mouens, medietas virtutis motiue; per medium mobile, medietas resistentiæ ipsius mobilis; per duplum mobile dupla resistentia; per duplum mouens, dupla virtus motiua.

CAPVT XXVI.

Exemplo

EIVS LIBER III.

Fo. 49.

Exemplo monstratur in igne, omnium regularum suprapositarum veritas.

Volumus autem in igne alterante atque calefaciente aquam, per singulas regulas, quod dictum est exemplo declarate Ponatur ergo virtus alteratiua siue calefactiua ignis octo graduum, & resistentia mobilis, scilicet aquam in sex tantum gradibus Iuxta primam regulam, si virtus motiua ut octo ipsius ignis, alteret aquam habentem resistentiam ut sex, temporæ horæ unius, ad calorem duorum graduum; ergo eadem virtus motiua ignis, medium mobile id est aquam habentem mediam resistentiam, scilicet trium graduum, alterabitur duplam caliditatem, videlicet quatuor graduum, in æquali tempore. Et iuxta secundam regulam eadem virtus motiua ignis, dimidium mobile, aquam dimidiæ resistentiæ, alterabit ad eandem caliditatem, in dimidio tempore. Et iuxta tertiam regulam, eadem virtus motiua, alterabit eandem aquam ad dimidiã caliditatem, in dimidio tempore. Et iuxta quartam, media virtus motiua ignis (quæ est ut quatuor) alterabit aquam dimidiæ resistentiæ, ut tria, ad eandem caliditatem duorum graduum, in æquali tempore. **E**t secundum quintam regulam, non est necesse, si virtus mouens ignis ut quatuor, aquam habentem resistentiam ut tria, alteret ad caliditatem quatuor, ut ob hoc eadem virtus motiua aquam duplam resistentiam habentem ut sex, alteret ad mediam caliditatem in æquali tempore, aut ad eandem caliditatem quatuor, in duplo tempore. Neque iuxta sextam, necesse est, ut media virtus actiua ut duo, alteret aquam eandem resistentiam ut tria habentem, ad dimidiam caliditatem in æquali tempore, aut ad eandem caliditatem in duplo tempore. **D**enique iuxta septimam regulam, si tres ignes (quorum quilibet est sex graduum) sigillatim calefaciant aquam resistentiam habentem ut quatuor, ad caliditatem duorum graduum in certo tempore, necesse est ignes illos tres simul iustos, aquam illam ex tribus collectam alterare ad eandem caliditatem, in æquali tempore. Iuxta octauam quoque & nonam regulas, si ignis virtutis actiue trium graduum,

G graduū,



DE MOTV ET ACCIDEN.

graduum, a quam resistantiam habentē duorū certo tempore alteret ad caliditatē gradus vnius, necesse est ergo vt virtus motiua sex graduū aquam habentem resistantiā vt quatuor, alteret ad caliditatē æqualem, æquali tēpore, vel caliditatē duplā duplo tempore: & ignis ille vt sex, duplę virtutis, aquam dimidię resistantiæ, id est, vnius gradus alterabit ad duplā caliditatem, id est, duorum graduū, in æquali tēpore, aut ad caliditatē eandem vnius gradus, in dimidio tēpore. Similiter practicari potest & in alijs motibus. Nobis, vno exēplo rem mōstrasse sufficiat.

CAPVT XXVII.

¶ Mouens secundum proportionem ad mobile mouere debet, & quemadmodum Deus in mouēdo potentissimus est atq; liberissimus.

¶ X his ergo omnibus manifestum euadit, quę admodum semper mouēs moueat, secundum proportionem virtutis motiue ad resistantiā eius quod mouetur. Pater etiam, quādo cūq; in mobili est aliqua resistantia quę ipsum mouens impediāt aut detineat, non posse moueri tale mobile a suo mouēte in instanti. Vbi vero virtus actiua nullam patitur a mobili resistantiam, potest suū effectū in instanti efficere, quę admodum est in illuminatione solis. ¶ Omnipotens ergo Deus, cuius infinite virtuti nihil potest cōtrauenire, cui nulla potest creatura potest resistere, cuius virtus in infinitū superat omnem creatā resistantiā, quę cūq; vult potest in instanti mouere, sicuti vult, & quocūq; libuerit genere motus, siue generare siue corrūpere, siue alterare, siue augmentare, siue diminuere, siue secundū locū mouere. Neq; ante Deū differentia est in multo vel breui tēpore, in omnibus quę cūq; voluerit. Cui inā super, quoniā nulla illi resistantia est in mouēdo, nullus etiā labor fatigationē, laborē, aut molestiā adducit omnia mouenti. Non mouet tamē oīa, neq; agit in instanti, neq; subito: quoniā in mouēdo est liberissimus, in arbitrio & potestate habēs sic vel sic mouere. Ipse vero a nullo moueri potest, qui pri⁹ aliquid mouens non habet. Imo neq; ipse se potest mouere, qu

PSALMVVS

Fo. 50.

qui nihil potest quod ante non habuit acquirere, neq; perdere quicq; quod ante habuisset. Huic itaq; & primo, & summo, & generalissimo, ac proinde efficacissimo mouēti, soli Deo, sit laus, honor, gloria, & benedictio, ab omni mutabili creatura in æterna sæcula, Amen.

¶ FINIT CONSIDERATIONIS PHY
sicę liber tertius.

¶ PSALMVVS LAVDIS ET confessionis, omnipotenti, vnī uersali ac primo, rerum om niū motori immobili.

¶ D Omne, quis similis erit tibi? ne tacete labia, confessionē & laudē ne continete super eo. Super cælorum altitudinem residet in arcu celsitudinis atq; fortitudinis suę: ab æterno triumphat in ea gloriosus ab initio. Priusq; cælum formaretur & orbis, tu eras ante omnia: in teipso perfectus & beatissimus, in plenitudine tua.

Tu semper immutabilis moues omnia: generas, corumpis, augmentas, ac minuis alteras & rotas, mouesq; omnia.

Tu vero ingenerabilis es, & incorruptibilis: augmentari nesciens aut minui.

Neq; alterari tu potes, qui non variaris accidentarijs rebus: apud quem nulla est transmutatio, neq; vicissitudinaria obumbratio.

Loco non moueris qui implet omnia: neq; vt hominum, sunt itinera gressuum tuorum.

Incommutato loco accedis & recedis quo & vnde volueris: non est hoc datum crassitiei filiorum hominum.

Pruales omnibus in fortitudine tua: super excelsa: prog; tuo placito rotas agitalq; omnia.

Q 2 Non



PSALMVS,

Non est neq; moles neq; virtus in omni creatura
quæ obſtaculū præbere queat actioni tuæ, ſuperim-
menſa enim virtute abſq; proportione excedis vni-
uerſa.

Homines & iumenta tu perducis ad augmenta cor-
porea: arbores quoq; & ligna, plantas, & omnia viuē-
tia ſuper terram.

Suis quæq; ſtaturis tu perficis ea iuxta conditionē
generis ſui: menſuram tu tenes omnium deſcriptam
in officina gloriæ tuæ.

Ipe autem augmentū neſcis, neq; immutationē pa-
teris: nihil accreſcit neq; decreſcit in æternum plenit-
ſimæ plenitudini tuæ.

Qui pro tuo placito omnia facis altera nequis ipſe
alter fieri: potentia, ſapientia, & omnis tua perfectio
non immutabitur in ſæculum ſæculi.

Magne deus, princeps regū terre, dominator omnium
in virtute tua: quis te agnoſcet aut collaudabit pro
dignitate ſic glorioſe immutabilem?

Eccē qui ſeruiunt tibi, aſtantes perpetuo conſpectui
tuo: non ſunt ſtabiles omnimodis.

Corporea vero creatura vniuerſa, miſſe eſt rationi-
bus vix momento ſtabilis; mutationibus ac volu-
tationibus in eis perturbantur omnia.

Sol & luna curſu ſuo regulari volutata ſemper: ſic
in inſtabilitate permanēt miro modo ſtabilia.

Quæ vero his ſubiecta eſſe voluiſti: cū ſeipſis quoq;
ſua in ſuis motionibus proſus irregularia.

Tu vero Deus in eadem ſemper tua ſtabilitate fixus
permanens: cunctis mutabilibus præſides, ipſe im-
mutabilis.

A te vero cum omnis exeat motus, doneſq; moue-
ri omnibus: in te nullus tamen valet ingredi.

Immutabilis, potentiſſime Deus, Dominator omni-
um: tibi omnis tua factura canit gloriā.

Mirabilis tu & vere miranda opera tua: obſtupeſcet
in eis anima mea cum intenderit in illis aciem men-
tis ſuæ.

Exultabit cor meū dñe, in cūctis operib⁹ magnificē-
tiæ tuæ: ligua quoq; mea laudē meditabit glorię tuę
Benedictus

ET TEMPORE, LIBER IIII. Fo. 5r.
Benedictus Deus dominus vniuerſæ creaturæ: ita
ſiat, ita ſiat, Deus potentiſſime.
Gloria patri, & filio, & ſpiritus ſancto
Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæ-
cula ſæculorum, Amen.

¶ Init Pfalmus.

LIBER QVARTVS CON-
ſiderationis phyſicæ, de infinito
loco, vacuo, & tempore.

¶ Præfatio.



T clarificetur in agnitis creaturarum Eſai.
ſuarum conditionibus dominus Deus
noſter, qui ſolus eſſentia ſua infinitus
cælumq; & terrā & omnia ſua immē-
ſitate implens, neq; loco tamen capi-
tur, neq; tēpore: atq; vt patenter cla-
reat quāto interuallo omnem naturalium rerum or-
dinem poſt ſe creator ipſe relinquat (quæ vniuerſa
loco & tēpore, anguſtis nimium mēſuris ſecundum
eius diſpoſitionē ſunt coarctata atq; cōſtricta) in ani-
mo eſt nobis, poſt motus vtrūq; deſcriptam naturā,
etiā illud Deo donante explicare, quomodo in re-
bus finitū vel infinitū aut inueniatur, aut ab eis ex-
cludatur: poſt quæ, loci & oppoſiti vacui erit conſy-
deratio: Extremā ſibi partem, tēpus occupabit, Sunt
enim & hæc ad plenam rerum naturalium conſyde-
rationem non minus quam motus, vt tractentur,
neceſſaria.

CAPVT. PRIMVM

¶ Quomodo poſſit infinitum multipliciter intelli-
gi, & ſpecialiter de infinito atq; finito, ſecundum eſ-
ſentiam.

Primum quidem illud eſt aduertendū, duplici-
ter dici & conſyderari infinitū atq; finitū: nem-
pe vel ſecundū eſſentiā, vel ſecundum quanti-
tatem. Ac ruruſum, ſecundū eſſentiam infinitū
G 3 intelligi



DE INFINI, LOCO VACVO.

Infiniū intelligi potest, vel secundum rationē materiæ, vel secundū rationē formæ. Est enim materia ex se & per se suo modo infinita, quatenus ex sua natura nullam habet formā intrinsecā, per quam finiatur, efficiaturq; ens in actu. Ex parte vero formæ sub qua est, finita est, quatenus per illā eius indifferentia stringitur, ac veluti terminatur. Formæ quoq; materiales, consideratione quadā ad materiā, infinitæ ex se dici possunt. Et quodāmodo omnis forma creata ex se infinita est, quatenus non est ex se ad aliquam particulare ac singularem materiā determinata. Nō tamen simpliciter forma est infinita dicēda, sicut simpliciter est materia infinita: quoniā formæ etiam separatae habent essentiā finitam, per esse particulare & distinctum, ac proinde simpliciter finite dici debent non autem infinitæ, nisi secundū quid, aliquo modo scilicet, & consideratione prædicta ad materiā.

deus forma infinita.

Unica est forma separata, actus scilicet simplicissimus, omnipotens atq; æterna diuina substantia, in qua nulla est determinatio essentiæ per aliquod esse particulare adueniens, sed est Deus essentiā sua infinitus & indeterminatus, plena omnino, perfecta illimitata, infinita, & interminata essentiā. Cætera vero omnia & materialia & spiritualia, sunt sua essentiā finita, & particulari aliquo esse cōtracta, limitata atq; terminata. Illæ tamē formæ quæ in materia sunt, magis sunt finite, illis quæ sunt a materia separatae.

CAPVT II.

Differentia inter infinitum secundum rationem materiæ, & secundum rationem formæ.

Nota vero est solerter ac diligenter inter duplicem hanc infinitatē diuersitas: quoniā prior quæ secundum materiā est, ea nimis raris quæ in ordinē ad formam in recipientē do eam consideratur, ab imperfectione est. Materia enim perficitur, eo ipso quo finitur. Infinitas vero quæ attenditur ac sumitur secundum formam perfectionis est. Formæ enim separatae & per materiā infinitæ, siue non finite ac limitatæ, sunt perfectiores res cor

ET TEMPORE, LIBER III. 852.

res corporalibus formis, quæ per materiā certā sunt finite, terminatæ & limitatæ. Vnde sicut summa Dei perfectio est, quod sit forma sua essentiā infinita, ita summa est materiæ imperfectio, quod ex se sit ad suscipiendū infinita, nullam in se formā qua finiatur habens intrinsecā. Illic em̄ id est, in Dei infinitate, plenitudo totius esse significatur: hic vero, id est, in infinitate materiæ, egestas omnis esse, exprimitur.

CAPVT III.

De infinito secundum quantitatem duplicem de quo infinito actu & potentia.

Consideratur autem alio modo infinitum secundū quantitatem, aut continuam, id est, secundum longitudinē, latitudinē profunditatē: quæ solent dimensiones rerū nominari. Et quodammodo quidem secundum harū dimensionum aliquā tantum consideratur infinitum, nimirum vel longitudine sola, vel latitudine sola: quodq; vero secundum omnes has tres dimensiones simul sumptas, atq; id propriissime & plenissime infinitum dicitur. Aut secundum quantitatem discretā sumitur infinitū: id est, secundum numerum & multitudinē. Iterum, infinitum aliquod potentia intelligitur, aliud actu.

Infiniū quantitate.

Potentia infinitum intelligimus, quādo continua appositione vel diuisione secundū proportionales partes, non peruenitur ad vltimam appositionem, aut vltimam diuisionem. Verbi gratia. Numerus est appositione & potentia infinitus, quia quantumlibet sit magnus, semper vni vnitatis adiūctione potest fieri maior. Quodlibet itē corp⁹ cōtinuū, infinitū est diuisione atq; potētia: quia diuidēdo nunq; peruenitur ad vltimam diuisionē. Omne siquidem continuum, diuisibile est in semper diuisibilia: cū ex indiuisibilibus partibus nō possit totum aliquod componi, neq; constari diuisibile. Nec enim potest diuisibile, ex indiuisibilibus vt suis partibus cōponi. Indiuisibile enim additum indiuisibili, nō facit ipsum maius. Sumenda est autem hæc diuisio infinita, secundum partes proportionales. Si enim linea diuidatur

Aristo. pulchre hæc oīa de infinitate tractat, 3. lib. physico.

Hæc cōclusiōne demonstrat. Aristo. in principio 6. lib. physico.



DE INFINI, LOCO VACVO.

In tres tantū, aut etiam in mille partes eiusdem aliquid certæ quantitatis, nō euadet in infinitum ista diuisio, quæ secundū certā alicuius quantitatis partes sumitur. In diuidēdo vero secundū partes proportionales, nunquā erit dabilis vltima quantūlibet parua lineæ diuisio. Tunc autē dicitur fieri diuisio secundū partes proportionales, quando sicut totum lignum in duas partes diuitur, sita pars rursus in suas partes, & iterū illarum partium pars aliqua, in suas partes, & sic in infinitum; quo modo procedendo, nunquā perueniretur ad vltimam diuisionem.

CAPVT III.

¶ Pōnitur definitio infiniti actus.

Hæc definitio
nō ponit
Aristo. 3
li. phy.

¶ Eterum, actū infinitū ab Aristotele definitur hoc pacto.

Infinītum id est, cuius semper aliquid extra, ratione quantitatis accipi potest.

Hoc est cuius quantitas tota non capi nec assignari potest sed quantūcūq; capias vel assignes de ipsius quantitate, adhuc semper vltra manet, nec tota potest quantitas assignari. Illud enim corpus esset actū infinitum magnitudine, cuius quantitas sumpta secundum partes certæ quantitatis, non est pertransibilis; sed quocūq; partes sumantur, restat semper adhuc in finita sumenda quātitas. Ab infinito enim quantūlibet dematur, semper manet infinitū. Vnde infinito nihil est maius, sicut indiuisibili nihil minus. Et quemadmodū indiuisibile nulla adiectione potest fieri maius, sic infinitū nulla ablatione fieri potest minus. Idq; intelligēdo de infinito ex omni parte, id est, secundū omnē dimensionē. Alioqui cōstat maius esse infinitū quod secundū corpulentia esset infinitum, quod sola longitudine vel latitudine esset infinitum. ¶ Proportionabiliter intelligi debet, secundum numerū infinitū. Infinitū autem successione, non est proprie infinitū in actu, sed magis in potentia; vt tempus infinitū, vel motus infinitus. Non enim cōtingit infinitas partes simul accipere, sed tantum vnā actu, cæteras potentia, Vnde relinquatur, infinitum

ET TEMPORE, LIBER IIII. Fo. 53.
finitum actu dupliciter dici: magnitudine videlicet & numero.

CAPVT V.

¶ Quomodo infinitum definiti possit, esse autem actu non possit.

Quanquā vero definitū est ab Aristotele actū infinitū, nemo tamē existimet cōsequi, tale aliquod corpus esse in rerū natura, aut tale aliquod requirat sibi demonstrari, vt cernat oculis. Sunt enim definitiones quedā, quibus non tā quid res aliqua sit quā quid nomē significet, explicatur; quæ admodum cū in cōsequentibus definitum vacuū, non rem aliquā qualis sit definiētes, sed nominis tantum significationē explicantes. ¶ Non posse autē dari corpus aliquod actu infinitum, multiplex ratio probat. Omne enim corpus physicū, habet naturam finitam: formā quidē per materiā, & materiā finitam per formā. Formā autē determinatā, consequūtur accidentia determinata. Quare & finita sua quantitas cuiuslibet rei est, & naturali formæ disconueniens esset quantitas infinita. ¶ Item omni corpori conueniens secundum locū, motus. Huiusmodi autē corpus si ponatur, quod actu sit infinitū, neq; recto motu, neq; circulariter agitari posset. Non quidem motu recto quoniam omne quod mouetur motu recto, oportet locum habere extra se, quē non impleat, ad quē per motū tēdit vt acquirat. Quod vero actu infinitum esset, nō haberet vllū extra se locū. Occuparet enī oīa, & nō posset infinitū loco cōcludi, ad quē vel in quo moueretur. Neq; iterū motu circulari moueri poterit, quoniā in tali motu oportet partes variari loco, ita vt vbi nūc sit hæc pars debeat venire pars alia subsequēs: quod fieri nō posset in infinita partū multitudine. Inter em̄ quasilibet partes deberet esse infinita distātia, pro trahēdo a cētro illius corporis lineas duas. Illæ enim absq; dubio in infinitā distātia euaderēt. Infinita enim distātia p̄transiri nō potest. ¶ Præterea, species quātitatis sumūtur secundū numerum: vt bicubitum, tricubitū, & cetera. Nulla autem species numeri potest esse infinita.

G 5 Captu



DE INFINI. LOCO, VACVO,
CAPVT SEXTVM.

Non posse esse multitudinem infinitum.
Orro infinitum esse actu secundum multitudinem, eisdem est impossibile. Impossibile est enim, esse se specie numeri infinita. Omnes enim & finitae sunt, & per unitatem adiectam semper augeri possunt. Infinitum autem non potest fieri maius. Quamquam igitur potentia sint infinitae species numeri, nulla tamen earum est infinita. Sic enim infinita essent in certo aliquo & determinato numero, quod aperta videtur includere contradictionem. Quomodo neque infinitae sunt numeri species actu, sed solum potentia: sicut etiam infinitae sunt species figurarum secundum potentiam, nulla tamen earum est infinita: id quod eis procedit a numero, quoniam species figurarum sumuntur secundum species numerorum: ut triangulare, quadrangulare, quinqueangulare &c. Ceterum de successione infinito, non videtur naturae repugnare ut esse possit. Nam si semper fuisset motus, & esset semper futurus, esset motus hoc modo, id est, successione infinitus, & tempus infinitum, verum huiusmodi successione infinitum, non est infinitum nisi potentia.

CAPVT SEPTIMVM.

Inchoatur determinatio loci, & octo modi praemittuntur inexistenti.

Aristo. tractat ista de loco. phisico.

Post haec vero de loco subnectamus determinationem. Nam varie admodum antiqui philosophi sunt de natura & conditione loci, quibusdam dicentibus materiam esse locum, alijs formam rei esse eius locum, vel materiam, alijs ponentibus corpus quoddam infinitum quod in se omnia susciperet, non cedendo aduenientibus alijs, quod penetratiue susciperet omnia, absque cessione vel suarum partium diuisione, in quo putabant omnia moueri, ipsum vero non moueri. Haec vero sigillatim non intendimus refellere, sed simpliciter tantum rei veritatem de loco & eius natura manifestare. Ac primum quidem praemittendum erit, quot modis aliud esse dicatur in alio. Poniunt autem Aristoteles modos inexistenti, octo numero.

Primo

ET TEMPORE, LIBER III. Fo. 67.

Primo enim pars integrans, est in toto. Secundo, totum in cunctis partibus consistit, ex quibus est compositum. Tertio, species in genere continetur: quomodo sicut in nomine genus capit & ambit intra se omnes suas species. Quarto, genus ut essentia est in specie. Sic etiam definitio est in definita specie. Quinto, forma in materia, & accidens in subiecto. Inter quae tamen est distinctio, quoniam accidens cum subiecto nihil unum componit, sed forma cum materia rem naturalem atque singularem substantiam componit. Sexto, effectus in causa, ut calor secundum virtutem est in sole. Septimo, rex in regno, idque per potentiam & auctoritatem, vel per maiestatem praesentiae suae. Octauo, aliquid est in loco. Et hic modus est, quem (caeteris omissis) latius necesse habemus pertractare.

CAPVT VIII.

De duplici superficie, concaua & conuexa, & vtraque locus dicitur.

Et autem locus, extremum corporis talis quod aliud continetur: ipsa (inquam) superficies extrema corporis continetis, proxima superficiei exteriori corporis contenti. Et solet vocari superficies concaua. Vt interior superficies caeli lunae, & concaua, quae immediate continet ignem, est ignis locus: & concaua superficies aeris, est locus aquae. Conuexa autem superficies, non est locus: quoniam secundum ipsam corpus non continet, sed potius secundum ipsam continetur. Duplex est autem superficies, altera concaua, mediante qua corpus ipsum aliam continet in se localiter, & est superficies interior. Altera conuexa, qua corpus continetur ab alio, & ipsa exterior quae a circumdante alio corpore circumdatur. Prior est locus, non secunda. Secundum prioris, corpora localiter continentur: secundum alteram potius continentur. Ex quibus patet, locum non esse neque partem compositi, neque accidens, neque aliquid omnino locati, sed est locantis vel continentis accidens vltimum, terminus, & extremum. Non omne tamen extremum, sed illud quod est coniunctum locato, & mediante quo locatum continetur a locante. Est autem locans, id quod

Superficies duplex.



Defini-
tio loci
ex Aris-
totele,

DE INFINI. LOCO, VACVO,
quod secundum locum continet aliud : & locatu
quod secundum locum ab alio continetur.

CAPVT NONVM.

Definitio loci, & definitionis declaratio.

Locus, est finis continentis immobilis, primus.

Quæ solet hisce quoq; verbis eundem sensum habentibus assignari.

Locus est extremum continentis corporis, immobile primum.

Quarum definitionū hic est sensus. Locus est superficies concaua, corporis continentis locatum, proxima locato & adæquata, per se immobilis. Vnde & de loco proprio dari constat tantū, siquidem is proprie locus dicitur. Vbi extremū, vel finis excludit a definitione omnem superficiē præter vltimam. Insuper siquidē in corpore locante sunt superficies, inter conuexam & concauā mediā, quarū tamen nullā est proprie locus, sed sola cōcaua vltima. Quod vero adscitur, corporis continētis, prohibet ne superficies exterior vel conuexa primi cœli dicatur eius locus. Primū, id est, immediatū, excludit substantialem partem extremā ipsius corporis, simul accipiendo superficiem concauam. Huiusmodi enim pars extrema locantis corporis, tam & si aliquādo locus dicatur vulgari cōsuetudine, quemadmodū pera locus dicitur pecuniæ eius quæ inest, proprie tamē nō dicitur locus: cum locus sit accidens, & superficies. Excluditur autem huiusmodi pars corporis a definitione loci (vt dicere cœperamus) quia nō est prima, id est, immediata secundū se locato, ita vt simul sit cum superficie vltima & conuexa corporis contenti. Semper enim locus qui est superficies concaua continentis, est simul cum superficie cōuexa corporis immediate contenti: quemadmodū superficies concaua cœli martis, & conuexa cœli solis: rursumq;

ET TEMPORE. LIBER IIII. Fo. 55.

sumq; superficies concaua cœli solis, & cōuexa cœli veneris: atq; ita in alijs. Particula primū, quoq; dici potest idem quod suo locato vni, adæquatū, & ita soli proprio loco cōuenit. Ex quibus patet, materiam nō esse locū formæ cū materia superficies nulla sit: imo vero formā nullū locū habere, nisi per accidens, cum per se quantitātē superficiē (secundum quam res in loco continetur) nō habeat. Formæ enim tam substantiales q̄ accidentales, nō sunt in loco, nisi per accidēs, ratione subiecti vel cōpositi cui insunt.

CAPVT DECIMUM.

De loco proprio & cōmuni, & loci proprietatib;

Duiditur autē locus, in propriū & cōmunē

Locus proprius alicui locato dicitur, quando cuilibet parti loci respōdet aliquid ipsius locati.

Locus proprius & cōmunis.

Vt locus igni proprius, est extremū cœli lunaris: & vnicuiq; rei, locus eius adæquatus, proprius est.

Locus communis est, quando aliquę partes loci sunt, quib; ipsius certi locati nulla pars earum respondet.

Vt tota superficies tēpli, est locus cōmunis singulorum hominū: & concauū lunæ, omnium mixtorū est locus cōmunis. In cōparatione tamē ad superficiem extremā aeris totius, quo impletur continētia tēpli, dicitur locus proprius & adæquatus: similiter & cōcauū lunæ, in cōparatione ad superficiē ignis immediate adherētis, dicitur locus proprius ipsius ignis. Ad maiore noticiā loci, eiusdēq; naturæ, ponit Aristoteles proprietates quasdam: quę illi veluti per se notę conuenire cōcedūtur. quę sunt numero quatuor

Prima est. Locus continet id cuius, & nihil est ipsius rei.

Quor



DE INFINI. LOCO, VACVO;

Quorū verborū hic est sensus, locus continet locū
suum, & nihil est ipsi rei locata, intrinsece inhærens
neq; vt pars, neq; vt accidens.

Secunda est. primus locus, neq; minor
est, neq; maior.

Id est, locus proprius est equalis suo locato, quantū
ad superficiē conuexā ipsius corporis loco contētū.

Tertia est. locus non relinquitur ab vno
quoq; & separabilis est.

Id est locus nunq; omni locato priuatur, ita vt sine
corpore contento maneat; & est a locato suo separa
bilis, ita vt successiue alia & alia corpora cōtineat.

Quarta est. omnis locus differentias has
habet, supra inquam ac infra. & corporū
vnumquodq; proprios ad locos suapte
natura fertur, sursum aut deorsum pergē
do; & in eisdem manet.

Id est, omnis locus est sursum aut deorsum : & omnia
corpora generabilia & corruptibilia (cæli enim
non mouentur nisi circulariter) ad suum propriū lo
cum naturalem sursum aut deorsum moueri nata
sunt; & in eisdem quiescere; & conseruari.

CAPVT VNDECIMVM.

De loco naturali & violento.

Loc⁹ na
turalis
& violē
tus.

Locus autē naturalis dicitur alicui, qui a natura
rei est determinat⁹ & assignatus, in quo be
ne est ei, & cōseruari nata est : ad quē proinde
naturali desyderio semper sollicitat, ita vt quoties
extra eum esse cōtingat, violente quiescat. Sic igni
locus naturalis est, sub cæli immediato cōcauo; aer
rī, sub igne; aqua, sub aere; terræ, sub aqua. Naturalis
enim dispositio atq; ordinatione, id quod est om
niū leuissimū, summū sibi vendicat locū; quædam

ET TEMPORE. LIBER IIII. Fo. 564

ad id quod est grauissimū locū requirit omniū infis
mū. Mixtis vero corporib⁹, locus est naturalis, secū
dū conditionē eius elemēti quod dominatur in eos
rum cōplexionibus. Locus autē violentus est, in quo
rei nō est bene, & a quo dum potest, recedere nititur

CAPVT DVODECIMVM.

Quare res suam appetant locum naturalem, &
quæ sit huius desyderij causa.

Volentes autē quæ nā causa sit motus huius
rerū naturalīū ad sua naturalia loca perquis
tere, De terra quæstionem proponimus, ob
quid siue cui⁹ cōmodi aut vtilitatis gratia, extra lo
cū naturalē posita, deorsum festinet, & nō impedita
semper cadat. Et quidem si de partibus terræ loqui
mur, fati cōstat, illis esse melius in totius terræ glo
bo, q̄ in aere, aut sub luna. Verū respiciētes totū glo
bum terræ, quærimus, in quo male erit toti terræ, si
poni intelligatur in aere, nō super neq; intra aquas.
An ab aquis aliquid suscipit terra, quo melius serue
tur? Quod est igitur hoc desyderiū, vt desyderet to
ta terra aerē relinquere, & ad aquas pergere, cum ni
hil videatur aqua illi donare vnde seruetur, præ a
re in quo ipsum suspensum imaginamur? Hæc au
tem quæstionē (omissis diuersis diuersorū sententijs,
quas super hac re sunt cōmentati) ita nos dissoluen
dā putamus, dicētes totū vniuersum ab optimo or
dinatissimoq; cōditore fuisse conditū sub certo nu
mero, pōdere, & mēsurā, in quo, oīa creata quasi ve
stigiū in se ferūt benedictæ sumēq; trinitatis, atq; in
his sicut creata sunt, ita in eisdē cōseruari atq; guber
nari. Quoniā igitur dixit igni, vt sub luna acciperet
primū locū, aeri secundū dedit, terrīū aquæ, quartū
terræ; quoniā dixit piscibus vt in aquis locū sume
rēt, volatilia iussit eleuari alti⁹ in aere, metallis quo
niā terræ viscera deputauit, oleū super aquā posuit,
ex hoc Dei mādato formę rerū (quæ operatrices ve
pius dictæ sunt omniū operationū rebus cōueniētū
vbi incessanti conatu ad hoc tēdūt, vt illic res sint,
vbi a Deo creatore suo locū acceperūt; nō tā ratioe

Quæstio
de natu
rali desy
derio re
rū natu
raliū, ad
sua loca
naturas
lia.

Genea.

equi

sui com



Pfal. 118

Pfal. 48

Pfal. 103

Pfal. 32.

DE INFINI. LOCO, VACVO;

sui cōmodi, q̄ ratione diuini præcepti aut constitutū perficiendi. ¶ Sicut enim volūtarius homo voluntarie mouet se ad Dei implendū mādātū: ita res naturales a suis formis per Deū aguntur naturaliter, ad implendā sanctissimā ipsius volūtātē. Omnia s̄ quidē ingenuo conatu seruiunt & obediunt ei; Ipse præceptū eis ponit, & illa nō prætereūt. Ascendentes enim montes & descendentes in loca præsituta campi, terminū quē præposuit Deus nō transgrediuntur, neq; conuertuntur operire terrā: cuius etiam verbo congregatæ sunt velut in vtre aquæ maris, positæ in thesauris abyssi. ¶ Igitur non est arbitrariū, res naturales locū quærere naturalem ob sua cōmoda, tanq̄ a locante corpore quippiā recipiant, sed ob dei potissimū benedictā voluntatē adimplendā, illic sibi melius esse existimant, vbi Deus ea magis vult locari. Qua in re vtinam naturalia agentia se quātur creaturæ rationales, vt ea semper magis exoptēt, quę sui creatoris volūtati magis sunt placita.

CAPVT XIII.

¶ Quomodo secundum quantitatem res naturales locum occupent, & de impossibilitate penetrationis dimensionum.

AD loci autē perfectā cōsiderationē exigitur, vt de occupatione quoq; & replētia aliquid dicamus: quoniā loco cōuenit, occupari atq; repleri. Est ergo attendendū quod sicut color reb⁹ natura datur vt per ipsum res existant coloratæ, vnde de consequitur, vt sint etiā visibiles: ita data est resbus quantitas, vt secundū ipsam sint res quantæ primū, ex quo deinde cōsequitur diuisibilitas. Sicut enim quæq; res quāta est, sic est diuisibilis: nepe si per se quanta, per se erit diuisibilis: si per accidens, ratione coextensionis, per accidens erit diuisibilis tantū: & quod longitudine vel latitudine quantū, sic solū est diuisibile. ¶ Super hæc tamen superficies rebus conueniūt, vt contineāt inuicē & contineātur: corporea quoq; quantitas vel corpulentia, vt res secundum eam occupare possint atq; replere. Nam & ita neq; simul in se inuicem esse possunt & superficies. Quippe

ET TEMPORE LIBER IIII;

Quippe superficies concava continētis corporis, & superficies cōuexa contēti, semper sunt simul in inuicem. Sola corpulentia sic suū sibi locū occupat, vt aliā corpulentia simul eodē in loco nequaquā admittat. Atq; hoc videlicet est occupare, sic implere locū, cum, vt simul ab alia corpulentia impleri nō possit, nisi dū illo cedente aliud adueniat. ¶ Hoc autē si cōtingeret, nepe duas corpulentias simul eundē locū adæquate replere, penetrationē diceremus fieri dimensionū, dimensionum (inquā) corporearū: quam sic abhorret natura, & dānant Philosophi, æque cōstanter atq; vacui positionē. In vtroq; em̄ horū peccatum in naturā admittit, qui vel vacui vacuitatē, vel penetrationē dimensionū corporearū quomodo docūq; constituit. Vtrumq; siquidē extremū falsum est, & secundū naturā impossibile. Media autē veritas est, omne locū ab aliqua corpulentia occupari, vt nihil sit vacuū: & eadē cedente vel expulsa succedere aliam, vt nō habeatur corporearū penetratio dimensionū. Cæterū, de dimensionibus longitudinis & latitudinis, vt iam diximus, nullū est inueniens; eas simul esse, aut se penetrare.

CAPVT XIII.

¶ Quomodo in loco esse intelligantur, quæ quantitatem non habent.

Quomodo igitur in loco sunt, quæ tactui patent, clarū est omnib⁹. Ea vero quæ nō sunt quāta, quomodo in loco esse possint, aut debeat, intellectu videtur difficilior: precipue quod dixerimus in hoc datā esse rebus quantitatē, vt locū occupent, & contineantur a loco. ¶ Qua in re est aduertendū, tribus modis aliqua esse in loco. Primo quidē, vt circūscribente, ad eum modū quo cælū inferius est in superficie cōcava superioris cœli, & quælibet res corporalis a suo loco circūscribitur, quia eius vna pars huic parti, altera alteri respondet. ¶ Secūdo definitiue quādo res loco nō circūscribitur, ita vt diuersæ partes locati diuersis partibus loci respondeāt: secundū tamē certū quendā terminū, in eo includitur, vt nō sit extra ipsum. Sic a

Penetratio dimē
sionū &
vacuū
egue sūt
imposs.
bilia.

Tribus
modis
res sunt
in loco

H nimis



DE INFINI. LOCO, VACVO,

nima rationalis est definitiue in corpore, & angelus in loco. Vno tamē gradu superant angeli animā rationalē: quoniā anima nō longiorē habet locū, q̄ sit ipsius corporis quantitas. Angelus vero longiorē & ampliorē, q̄ etiam corpus quod interdū assumit. Tertio autem modo lōge diuerso a prioribus, Deus est in loco, nō vtiq; circumscriptus iuxta partū dimensionē correspondentiū. Non definitus etiam neq; certis conclusus limitibus, sed superexcedēt: quia cum omnē locū repleat, nō tamē suo loco cōgustatur, sed in infinitū pertransit immensus. In primo gradu sunt primū omnia corpora, & deinde omnia accidentia corporalia, quæ sunt materiæ cōextensa: imo & formæ substantiales oēs, præter rationale animā quæ sola nō coextēditur materiæ. Sicut autē dicitur anima rationalis esse in corpore, quia ipsum viuificat (ita vt in rarefacto mēbro nō sit vt in loco, quod non viuificat) sic dicuntur substantiæ spirituales non quantitate corporea esse in loco, sed magis secundū virtutē & potestātē. Quousq; enim earū virtus funditur & efficaciat, eatenus locus eis est assignandus. Et quæ sic sunt in loco potius continere q̄ contineri sunt dicenda. Illa autē quæ primo modo, contineri simpliciter loco, nō ipsum continere dicuntur. Atq; hinc est, quod Deus omnipotens cum in omnibus existat, nullo tamē continetur, sed magis ipse continet omnia omnibus inexsistens. vt verū sit & indubitātū quod per Prophetā dicitur. Cælum & terrā ego impleo dicit dñs omnipotens.

CAPVT XV.

De occupatione & repletia, & de varijs repleti di modis.

Omnē autē quod occupat, occupando replet. At nō cōtra fit versio. Multa em̄ felicissime replet, quæ nō occupāt. Spiritualia enim & nō quanta replet sua loca, sed nō occupāt: quoniā alia non excludūt, nec ipsa quidē corpora. Replet enim occupando, imperfectissimus est replendi modus. Quæ res vt clarius intelligatur, ponēdi sunt aliquot repletiū modi. Primus est corporū, quæ corpulenta

ET TEMPORE, LIBER IIII.

Fo. 58.

pluenta sunt, & locū quē replent simul ab alio non permittunt repleri. Et hæc quia occupando quodāmodo impediūt pleniorē repletia, dum alia nō admittunt, iccirco imperfecte replet. Secundus est gradus eorū quæ per se quanta nō sunt, sed per accidens sunt coextensa quantitati. Vt formæ corporales, & accidentia cætera corporalia. Horū cum sint plurima simul, constat ipsa feliciter q̄ priora replet, quoniā se mutuo nō impediūt, nec obstat alteri alteri. Tertius modus est, quo anima rationalis replet materiam vel corpus propriū, dum in ipso est. Quæ profecto excellentius replet alijs formis, quoniam singulas corporis partes tota replet. Cætera vero, habet partes suas partibus corporis respondentibus. Quartus gradus est anime separatæ & spirituum substantiarū, quæ positæ excedūt animā in corpore, eo quod sit quodāmodo quanta, quamuis nō coextensa corpori, Nam finitur eius vis & repletia, quantitate corporis in quo hospitat. Nō sic est dū separata per se existit, neq; in spiritibus, qui nullos terminos secum deferunt. Quoniā tamē horum repletia alicubi finē capit, nimirū vbi definit presentia virtutis eorum, ideo non optime replet. Superius gradus est eius quod replet absq; termino, & proprio & alieno, cuius virtus non potest vsquā aliquando finem capere, cuius tota virtus similiter toti præsto est loco, & singulis partibus: quod proinde summe replet, & omnia replet intime atq; penitissime, vt nihil nō contineat in sese, imo vero vt ipsum semp cōtineat & cōcludat in se oia, & a nullo cōcludat. Ipsum est vnicū ens, summū primū bonū, De⁹ ver⁹ & vn⁹ cui est honor soli & ois gloria nūc in æternū & vltra, Amē. CAPVT XVI.

De vacuo & eius descriptione.

Post loci autem considerationē congruo ordine subiungi debet, vacui determinatio. Est em̄ Aristot. vacuum loco oppositum, & oppositorū semper tractat per recte iuxta ponitur determinatio. Vacuum ergo antiqui varijs modis assignabant, Quidā arbitriati sunt, extra cælum esse quoddā infinitū vacuū. physio.

H 2 Alij



Definitio vacui,

DE INFINI. LOCO, VACVO,

Alij dixerūt vacuū corporibus immersum, propter augmentationē seruandā & diminutionē. Prima rudiſ est opinio: Secunda, in ijs que de generatione cōscribimus (si sic erit voluntas dñi) refelletur. ¶ Secū dum autē veritatē, omnino nullū debet poni vacuū. Proinde definitionē non habet, qua rei natura explicaretur. Quod em̄ neq; est neq; esse potest, deſiniri nequit, tali vtiq; definitione, quæ rei explicaret naturā. Cæterū, nominis definitiōe vel interpretatione, Sic definitur,

Vacuū est locus si corpore careat.

Id est, vacuū dicitur superficies cōcaua, nullum corpus cōtinens aut in se concludēs. Vt si cōcauo lunæ permanēte, Deus destruat omnē substantiā elementorū, ad nihilū redigendo, esset cōcauū lunæ vacuū; & pera siue aliud quodlibet continēs, si nō implet eius cōtinentiā aer, neq; aliud quippiā, sed intelligatur prorsus nihil in illa superficie contineri, esset locus eiusmodi vacuus. In præcedente autē definitione, cum vacuū dicitur locus corpore priuatus, aduertendū est, locū nō accipi proprie. Nam sic falsum esset vacuū esse locū, cū sit vacui & loci proprie accepti repugnātia; sed locus pro superficie ipsa qualibet cōcaua accipitur, qui potens est per suā cōtinentiā locare aliquid, etiā si actu nullū habeat locatum. Quomodo em̄ locū intelligimus superficiē cōtinentē: ita vacuū, superficiē cōtinere potētē, id est, cōcauā, sed nihil actu cōtinentē, intelligim⁹.

CAPVT XVII.

¶ Vacuū iuxta naturam non posse existere, pluribus probatur experientijs.

Quamq; autē vulgato sermone, loca vel vasa dicere soleant homines vacua, in quibus tantū aer inest aut ventus, nullum tamē secundum veritatē potest in natura vacuū inueniri. Nullus est enim quantumlibet paruus locus, qui corpore careat contento. Atq; ad hoc vniuersæ creaturæ naturaliter laborant, etiam cum suæ propriæ naturæ quodam dispendio, atq; velut nocu-

mento

ET TEMPORE, LIBER IIII. Fo59.

mento vt nullo modo permittant vacuū fieri: facientes & quæ contra naturā propriā videntur sponte sua, & quæ secundū naturā sunt propriā, dimittentes. ¶ Nam ad impediendū vacuū, leuia deorsum mouētur. Vt dum foditur puteus profundissimus, etiam vsq; ad terræ mediū, sequitur aer, vt impeditat vacui positionē. Aquam insuper contingit, prædicta ratione, sursum ascēdere, & deorsum nihil impeditam nō descendere, a fluxu cessare, omni etiā remoto obstaculo. ¶ Ad probandū autē quod natura abhorreat positionē vacui, plura adduci possunt experimenta. Primū enim, aqua in vase nō congelabitur, etiam in frigidissimo loco, si sit ita oblituētū, vt nullus omnino posset aer ingredi: quod si cogatur congelari, vas dirumpetur. Si em̄ fieret congelatio, & nullus ingrederetur aer, oporteret esse vacuū: quoniā in congelatione constringitur aqua, & aliquid loci prioris necesse est ipsam relinquere, quem oportet suppleri per aduentū aeris. Loquimur autē de vase pleno aqua. Nam vbi aliquid aeris est, poterit aer propter vacui impeditiōem subtilior effici, atq; rareſcere, vt modica fiat aquæ congelatio sine nocumento vitri. ¶ Rursum, fume clepidram qua irrigatur hortus, si supra panas pollicem illi forami ni quod in summo est, nō egredietur aqua, nisi forte modicissime per maiora subtus foramina, vt simul possit aliquid aeris introire. ¶ Iterū sume vas plenisimū vino, aqua, oleo, obstruētū penitus desuper, nō fluit liquor etiā patefacto transitu, nisi de super aeri aditus itidem præbeatur. Præterea, in fortibus id ipsum perspicuum est, in quibus continuo fluxu aqua sursum agitur, ne vacuū alicubi in canalibus relinquantur: quod ad oculum clarissime patet, si duo stramina perpendiculariter coniungantur. Sic enim plerumq; & supra domorū fastigia scandit aqua, ne vacui hiatus aeris attractū, nō subsequente aqua, contingat euenire. Quæ etiā patet in attractū vini per stramineū culmū, absq; quo nec duplo fortiore: tractu quicquam consequetur. ¶ Postremo solis vndiq; conclusus nō poterit lateribus distendi.

Experientia, quibus motus stratur, non posse vacuū existere.

H 2 quana



DE INFINI, LOCO VACVO,

quātumuis labores illud,efficere,nisi difrumpatur, vt habeat aer ingressum,Igitur certissimū est experientijs, vacuū naturaliter non posse existere:quos niam sic vniuersa rerum natura abhorret a vacuo, atq; præcauet, vt grauia sursum, leuia deorsum mo ueatur:vt nō sit vsq; vel minimus hiatus, aut discō tintitas vniuersi.

CAPVT XVIII.

Quod motus isti qui contra naturam videntur, sine secundum naturam,

IN quo contuendus est ordo vniuersæ creaturæ pulcherrimus, & mira atq; benignissima Dei circa creaturarū impulsus dispensatio. Deus siquidem optimus nature institutor, & prouidissimus director, sicuti rebus singulis insinctus donauit particulares, quibus singula creata suas perfectiones peculiariter sibi conuenientibus motibus quærit, atq; congruis operationibus operatur: ita vnū dedit omnibus desyderiū, vt super oia totius vniuersi quæ rant perfectionē, idq; (si opus erit) etiā suo detrimento: ob quam naturale inclinationē, aperre videmus & aerem naturaliter descēdere, & aquā sursum scandere, eamq; nullo impedimento detentā, tamē permanere sursum. Quæ omnia a formis rerū naturalibus, secundū illam generalē inclinationē fieri naturaliter creduntur. Quāq; enim motus ille grauium sursum & leuiū deorsum repugnet materiæ & formæ rerum, secundū suas particulares inclinationes quas habet, conueniens tamen est naturæ & forme, propter vacui impeditiōē, secundū generalem quam habent ad perfectionē totius vniuersi inclinationem. Vnde si ab his motibus detinerentur, grauia deorsum violenter permanerēt, & leuia sursum. Generalis quippe inclinatio & vniuersalis, non im merito præpōderat particulari inclinationi. Quæ conatū si homo velit intueri, non suam quæret voluntatem supremæ vnq; imo nec superiori vlli voluntati antepōnere; sicutq; vt facile dicat (iuxta saluatoris exemplū) Non mea voluntas, sed tua fiat: non quod ego volo, nec quod mihi bonum videtur, aut placitum, sed quod tu ordinator & legislator domine Deus

Nota at gente,

Luc. 22. Mat. 26.

ET TEMPORE, LIBER IIII. Fo. 06.

ne Deus noster decreueris, id super omnia volo esse quoq; habere placitum & gratum.

CAPVT XIX. De tēpore & ei⁹ definitiōe.

Absoluta nunc motus, infiniti, loci, atq; vacui determinatione: superest postremo loco, vt de tēpore suo ordine pertractemus, eiusq; naturā quantū poterimus explicemus. Tēpus itaq; definit Aristoteles hoc modo.

Tempus est numerus motus, per ipsum prius posteriusue.

Quibus verbis signatur, tēpus esse quantitātē cōtinuam, & mensurā, qua motus numeratur, id est, mensuratur secundū partes successiōis. Mensuramus enim mot⁹ durationē, dum dicimus eū tot horis, vel annis, vel mēsb⁹ vel sæculis durasse. Nā mot⁹ quātus, per se nō est, neq; cōtinuus, nisi ratione tēporis. Quāq; aut mot⁹ duplices habet partes, scilicet secundū extēsiōē mobilis, & secundū successiōē: solæ tamē illæ quæ sumūtur secundū prius & poster⁹, mensuratur tēpore, nō illæ quæ secundū extēsiōē subiecti accipiūtur. Nā hæ potius secundū extēsiōē permanentis quantitatis, mensuratur. Atq; ideo dicitur tēpus numerare vel mensurare motū, secundū partes nō quaslibet, sed eas quæ sumūtur secundū prius atq; poster⁹: hoc est, secundū successiōē, nō secundū extēsiōē. Et notādū, cū dicit ab Aristotele, tēpus esse numer⁹: nō debere, numerū accipi pro quātitate discretæ ppria significatiōe (tēp⁹ em est cōtinua quātitas) sed p numero numerato. Quæadmodū cū numerant duodecim trib⁹ Israel, secundū duodecim Patriarchas, ipsi duodecim Patriarchæ sunt quidā numer⁹, id est, numerus numeratus: numerat⁹ (inquā) vero numero, qui est quātitas discreta. Numer⁹ em sunt, quaten⁹ secundū eos numeratur duodecim trib⁹ ab ipsis progenitæ, dicendo: tribus Iuda, tribus Leui, tribus Isachar, & ita deinceps. Sed numeratus numerus sunt: quia numero vere & proprie dicto (id est, duodenario) numerantur.

Definitio Aristotem. tempus.



DE INFINI, LOCO VACVO,
CAPVT XX.

Quomodo vnum est tempus, quo mensurantur omnia temporalia.

Quod aut dicitur, tempus mensurate motu secundum partes successionis, primario respicit motu primi mobilis: cuius solius est mensura intrinseca, & adæquata mensurato. Omnes vero reliqui motus, in tempore sunt, & tempore mensurantur, vt mensura extrinseca & excedente. Vnum siquidem est tempus, quo mensurantur omnia temporalia extrinsece, per applicatione eius scilicet ad motu, vel rem temporale. Quæadmodu (declara rationis gratia) quantitas quæ in vna est, solâ ipsam vna intrinsece mensurat: omnia vero reliqua, per applicationem mensurat extrinsece. Ita tempus (quod consequitur motu primi mobilis, & summi & regularissimi, & vniuersalissimi) est mensura intrinseca illius motus, quonia in ipso est, & ipsi motui æquatur: ita vt principium temporis simul fuerit cum principio motus, & finis vnus sit futurus cum fine alterius, & duratio atq; continuatio motus cum temporis continuatione atq; duracione. Cetera vero omnia mensurantur per applicatione ad hunc primu motu, nõ quidem reale, sed per hoc quod anima applicat motus inferiores ad illum primum motum.

CAPVT XXI.

Quæ essentialia sit hoc tempori, quod mensura est primi mobilis.

Notandū vero, nõ esse hoc tempori essentialia, vt huius sit primi mobilis quæ nũc est primu mobile. Si enim Deus faceret aliud cœlu mobile vniuersalius atq; mensurâ generaliorẽ, aut aliud mobile prius isto cœlo quod nũc est primu mobile, ita tempus nõ esset amplius in hoc cœlo quod nũc est primu mobile, sed numerus illius alterius primi motus esset tempus: & cuius ante erat tempus mensura intrinseca, ita fieret mensura extrinseca. Tempus eni vocamus mensurâ primam & vniuersalissimã, & accipimus secundum motu primum & vniuersalissimũ. Vnum quodq; enim mensuratur, primo sui generis. Ex quo

ET TEMPORE, LIBER IIII. Fo. 61.

quo vterius consequi videtur si nullum aliud esset mobile nisi rota figuli, iam mensurâ motus illius fore tempus, ita vere sicut nunc tempus dicitur esse primi cœli moti. Esset enim (illa facta hypothese) primi motus numerus, quo oporteret omnia mensurari.

Item, quod ante motum cœli fuit tempus, in mutatione angelicarũ cogitationũ & volitionũ, prout secundu prius & posterius sumuntur: nõ secundu eas quæ simul erant, in diuersis, vel in eodẽ. Concluditur præterea, quod quilibet motu consequitur aliqua mensura temporis, & quantitas successiua eiusdem generis, cuius est tempus nunc primi cœli moti. Quæ tamen omnia non dicuntur tempora. Neq; enim nisi vnum dicimus tempus: propterea quod tempus significat mensurâ talem, quæ sit vniuersalis & generalis omnium motuum. Similiter quoq; de æternis dicendum erit.

CAPVT XXII.

De triplici mensura: tempore, æternitate, & æternitate, & de earum differentia.

Triplicem vero inuenimus (partim naturali eruditione, partim diuina illuminatione) duas rationis mensurâ. Illud enim esse quod transmutationi non subiacet, neq; etiam transmutatione patitur secum (cuiusmodi est solu esse Deus) est æternitas. Imo ipsa æternitas. Illud vero esse quod est intransmutabile secundu se, compatiens tamen transmutatione aliquã, (sine secundu locum, vt cœlestia corpora, siue secundu affectiones, vt angelicæ substantiæ) est æternum, id est, mensuratur ætate quod est mensura deficiens ab æternitate, quia nõ est mensurati penitus immutabilis, sicut æternitas: excelsus vero & superans nobilitate temporis mensurâ quoniam mensurat rem secundu id in quo est intrinsece mutabilis, tempus vero mensurat rem secundu id in quo est mutabilis. Vnde cœli & spiritus, secundu suum esse sunt æterni, & esse eorũ mensuratur ætate temporaliter tamen cœli mouentur, & angeli temporaliter temporalia intelligunt. Et quia tam vicinũ est ætati æternitati, ideo æterna dicuntur quodã modo.



DE INFINI. LOCO, VACVO,

modo, (hoc est participatione) æterna, quantum ad ea secundum quæ sunt intransmutabilia. Vnde dicitur cæli stare in æternū, & angeli secundū cognitionem diuini verbi in qua sunt cōfirmati dicuntur viuere æternaliter, & spirituū damnatio atq; ignis dicuntur æterna. Solus tamen Deus, per se ac proprie dici debet æternus. Cætera autē, participatione solū æterna sunt, proprieq; æterna nuncupanda. Cuius per attendēda est in tribus his mēsuris etiam ista distinctio, & quidē vt præcipua: quoniā tempus nō totum simul est, sed est in continua partiū successione. Æuiternitas vero & æternitas, totæ simul sunt, nescientes successione. In hoc tamen æuiternitatē superat æternitas, quod nec successione aliquam comparatur secum, cū æuiternitas pariter successione permittat. Atq; hæc sane est mensurarū distinctio atq; comparatio. C Mensurata vero sic ab inuicem distinguitur, quoniam tēporalia principium habent & finem in tempore. Æterum autem, nec principium nec finem sui potest habere. Æuiternum autē, alterum habere potest, vt cæli & angeli, principium habent, finem autem non habebunt. Quare si poneretur motus fuisse ab æterno, totus quidem motus non esset temporalis, sed quælibet circulatio assignata esset tēporalis. C Porro de æternitate conitat, non nisi vnicam esse, & ab ipso Deo non distingui mensurā: sicut nec ipsum esse diuinū quod æternitas mensurat, a deo distinguitur. Æuū tamen distinguitur ab æuiterno, quoniā esse creaturæ omnis, ab ipso ente distinguitur: quod de tēpore in ordine ad rem tēporalē etiam apertius est atq; manifestius. C Quē admodum autē diximus, tēpus esse numerū primi motus, & mobilis primi mensurā intrinsecā: ita vtriusmodi dici potest, vnicū esse eam, quod primū æuiternum mēsurat intrinsece, scilicet primū angelum; cætera vero extrinsece, quæcunq; præter ipsum æuiterna sunt.

CAPVT XXIII.

C Successionem impedire durationē, quomodo occupatio impedit repletionem.

Ex dictis

ET TEMPORE. LIBER IIII. Fo. 62.

EX dictis liquet, successionē quæ in tempore est & non in alijs mēsuris, sic impedire durationē rei, sicut occupatio quātitatis, declarata est impedit repletionem. Nam corpus, locum aliquē occupādo impedit quo minus ab alio simul repleatur: sicq; impedit repletionem, corporeæ quātitati annexa occupatio. Vnde & illa quæ lōgius recedunt ab occupatione, magis & perfectius replent, ipsæ quæ magis sunt occupationi subdita. Lumē enim maxime replent quoniam replendo non impedit id quod replet, quo minus ab alio pariter repleatur. C Facimus enim (deklarationis gratia) duos esse soles ex aduerso sibi oppositos, alterū in oriēte, alterū in occidente; & alterū quidē (vt sit distinctio) luminis aurei, alterū luminis argentei æque splendidi: nihil dubium, quin vtriusq; solis lumē totū sit repleturus aerem. Vnde illa quæ lōgius recedūt ab occupatione vt spirituales substantiæ, quæ nec extētionem quidē admittunt; adhuc melius replent. Vnde possunt angeli totos illos orbis cælestes quos mouēt replere, iuxta virtutem a domino eis datā. Et Deus qui longissime recedit ab occupatione, maxime ac felicissime replet, iuxta illud propheticū: Cælum & terrā ego impleo, dicit dominus. C Ad eundem sane modum, illa in quibus plus est successionis, minore habent durationem; quæ vero amplius recedunt a successionē, vt omnia æuiterna, magis durant tēporalibus. Id vero quod in infinitum omnem successionem effugit, atq; excludit, in infinitum super omnia durabile est, totum suum esse simul habens, & totam durationem suam in æternitate præsentē tenens ac possidens, eodem modo sicut temporalia suum instans præsens habent. C Vnde fit, vt Deo nihil nisi esse conueniat. Fuisse autem & fore, non in illo sunt quantum balbuties nostra (quæ æternitatē nequit attingere) sic de deo vt de temporalibus subinde loqui solet, quod & alibi contingit, vbicunq; de illo magnum quippiam loqui volumus. Quia enim de Deo pro ut volumus, propter infirmitatē loqui nō possumus, cuiusmodi sermonibus nos est necesse de Deo

Occupatio, impedit repletionem.

Successio impedit durationem.



DE INFINI. LOCO, VACVO,
de Deo loquentes vti, quos ex nostris rebus inuenire
possimus, Nichil enim condignū illius magnificē
tiae valemus exprimere, qui est super omnia, & aē
omnia inuisibilis, ineffabilis, in sua aeternitate intrā
mutabili semper benedictus, Amen.

CAPVT XXIII.

De temporis proprietatibus

Quemadmodum loco prius sunt quaedā pro
prietates attributae, ita tempori quinq; subij
ciuntur eius naturę declaratiuę, quarum pri
ma est hęc.

**Tempus quodammodo datur minimū,
& quodammodo non datur.**

id est tempora vt subiacent numero, et numerātur,
dantur minima, sicut numerus minimus, vt duo tē
pora, non enī est numerus, binario minor, secundū
partes successiuas non datur minimū tempus, quā
tumuis enim paruo tēpore dato, secundū partes pro
portionales (de quo prius dictū est) in infinitū est di
uisibile, quemadmodum & linea quęuis. Secunda
proprietates est.

**Tempus dicitur multum ac paucum, longum
& breue, velox autem aut tardum
non dicitur.**

Tempus enī vt numeratur est paucū aut multū, vt
vnum tempus, duo, tria, quatuor, quinq; tēpora &
ita deinceps, vt vero quātitas continua est, longum
est aut breue, idq; secundū successus partes, sicut quā
titas continua permanens (qualia sunt linea, superfi
cies, corpus) secundū extēsas partes, quod vero nec
velox nec tardum sit, probat Aristot. quia nec nume
rus vllus, nec vlla quātitas continua talis dicitur.
Sequitur tertia proprietates hęc scilicet.

Est etiā idem tempus simul vbicq;

Id est,

ET TEMPORE. LIBER III. Fo. 364

Id est, idem tempus vniuersale, numero, mensurat
omnia quę tempore mensurabilia sunt, vbicūq; locorū
fuerint, ita vt non sit singulis suū tempus at
tribuendum, quid sit tēpus vniuersale, & quo modo
sit mensura, prius dictum est. Sequitur quarta.

**Vt motus idem ac vnus, iterum atq; ite
rum esse potest, sic & tempus idem vnūq;
esse potest.**

Hoc est, sicut semper redit motus idem nomine cū
preterito ipsius cęli, ita redit tēpus idem nomine,
cum preterito (exempli gratia) sicut cęlū nunc mō
uetur ex oriente in occidentē, eodem modo vt heri
ita & nūc dies est vt heri, quia nunc mouetur sol a
primo pūcto cancri, vt anno precedente, nūc quoq;
ver est vt anno preterito. Similiter dicendū de aēsta
te, autūno, hyeme, anno, &c. Sequitur quinta pro
prietates hęc.

**Non solum tempore motum, sed etiam
tempus motu metimur.**

Hoc est, vt duratio motus mēsuratur tempore, ita
& tempus motu duratione mēsuratur atq; cognos
citur (exempli causa) colligimus motū cęli tam diu
durasse aut tantā cęli partem circūuolutā esse, quia
vna hora transit, aut dies vnus, aut mensis, aut an
nus. Et diuerso, cognoscimus nos, vna, duabus,
aut tribus horis studuisse, quia cęlum huc vel illuc
vsq; volutum seu motum est, aut ipse sol. Sic de mē
se, hebdomada, anno & quouis tempore dicendum
est. Atq; ita huic libro finē imponimus nostro more
Psalmo in ipsum creatorem tendentes.

**FINIT CONSIDERATIONIS PHYSI
CÆ LIBER QVARTVS.**

**PSALMVVS INFINITO, INCIRCVM
scripto, aeterno, & intransmutabili domino.
Deus**



PSALMVS.

Deus quis similis assignabitur tibi? aut quis
 stabit contra te, vt conferatur tibi?
 Veniat, vt stet cōtra tuam gloriosam mag-
 nitudinem, veniat e cœlo, aut de super cœlū, de terra
 ascendat, aut de profundis maris.
 Tu solus infinitus, incircumscriptus, indefinitus cre-
 deris: & cōfessionis labijs affirmaris.
 Omne quod creasti Deus, finisti pariter: stringēs pro-
 prias quibusq; rebus essentias, atq; operationum vir-
 tutes.
 Multa quidem & magna fecisti potentissime Deus
 mirabilia tua: sed nihil infinitum essentia aut virtu-
 te, simile tibi.
 Et quanq̄ benignissimus es creator omniū: attamē
 creaturarum tuarū nullam tibi parem constituisti.
 Neq; vero est hoc de tua impotētia, insipiētia aut ma-
 licia domine Deus: qui es sapientissimus, optimus,
 & suauissimus.
 Omnia quecūq; voluit Deus noster, fecit in cœlo &
 in terre; & in maris nouissimis.
 Gloriam tamē suā sibi seruauit: nec alteri totā ean-
 dem tradere aut volet aliquādo, aut poterit.
 O quam es dilectus domine: & quam amabilis, ple-
 nitudo vniuersæ bonitatis.
 Si sic pulchra sunt nobis atq; suauia, quæ finita sunt
 si sic nos parua miramur.
 Tu, qui es super omnia infinita pulchritudo, in finita
 gloria atq; suauitas: o quam es super omnia mira-
 bilis, & super cuncta desyderabilis.
 Spaciosi sunt cœlorū orbes, & ampli in omni dimen-
 sione sua: & quasi infinita nobis stellarum multitu-
 do æstimarur.
 Tu vero mensuras altitudinē cœli; & stellarum milti-
 tudinem tu numeras,
 Singulis tu nomina vocas: singulis singulas dispen-
 sasti virtutes ab initio,
 Stant hæc omnia, & quæ sub ipsis sunt: legem quā
 tu descripsisti eis cōseruantia, in sollicitudine sempiterna.
 Tu autem nullo conclusus loco, nec orientis initium
 nec occia

PSALMVS.

nec occidentis terminum admittens: in infinitum
 pertransis immensior.
 Omnem implet locū, omnibus intimus: omnibus
 præsentissimus, omnibus pœnitissimus.
 Sic neq; a tēpore initium vt esses sumpsisti: nec finem
 tibi imponet temporis finis.
 Super omne tēpus æternitas tua, æterne Deus: om-
 ne tempus includēs, sicut icluditur pūctulum in cœ-
 li magnitudine.
 Tibi præteritū ōne & futurū, præsens corā est absq;
 vilo fluxu: sicuti nobis adsunt sola præsentia.
 Nil tibi præteritū in obliuionē veniet, fluxu dura-
 tionis tuæ: neq; futurū aliqd est ante te absconditū.
 Quæ præterita sunt atq; futura, simul omnia nuda
 sunt & aperta oculis tuis: qui cōtueris abyssos, & in-
 tima terræ viscera illuminas.
 Ergo domine Deus, quis alius sic aptus atq; conue-
 niens: qui accipiat iudicium super filios hominum,
 aut spirituales nequicias.
 Letētur gētes, exultēt pauperes: in deo saluatore suo
 adueniente in iudiciū, pro mansuetis terræ.
 Non iuxta erroneā visionem oculorū arguet: neq;
 iuxta aurium fallacem auditum iudicabit iuditia.
 Testis est ipse omniū quæ facta sunt ab initio: quo-
 niam in cunctis præsens omnia nouit, omnia cōspi-
 cit, omnia memoria firmissima tenet.
 Timete gētes Deū excellū: & in magna humilitate
 semper seruite illi.
 Gloria patri, & filio: & spiritui sancto.
 Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sœ-
 cula sœculorum, Amen.

¶ Init Psalmus.

**LIBER QVINTVS CON-
 siderationis Physicæ, de generatione
 et corruptione rerum naturalium**

Liber



DE GENE. ET CORRVP.

Præfatio.



Omninus Deus omnipotēs, pater filius & spiritus sanctus, vt multitudine ac plenitudine sue maiestatis filijs hominū demonstraret, horum visibiliū quēdam fecit nullū obnoxia corruptioni, itēq; generationis hescientia propagationem. Huiusmodi sunt cœlestia corpora

& astra: quæ perpetuo stabilia per sese, generatione non multiplicantur, neq; posteritatem relinquunt. Alia vero corruptioni subiecit, quæ proinde si perpetuari debeāt, opus habet generatione: vt quæ in se perdurare non possunt sēpiterna multiplicatio ne atq; propagatione speciei suæ vt minimū conseruent. Et est sane opus hoc Dei, attente considerantibus admirabile, cū continua sit indiuiduorum corruptio, & fuerit ab initio; non defecisse tamen vsq; modo ex his speciebus aliquam, quæ ad totius vniversi sunt cōplementum ab optimo cōditore destinata: neq; imposterū aliquādo defecturā, vsq; dū ipse iubeat, cuius verbo primū instituta sunt omnia. Rursum, inter hæc, quædam simplicia elemēta creauit, quædam vero imo plurima ex his commiscuit. Quæ omnia si sobrie fuerint cognita, quo ordine, quibusue fiant rationibus, credo non parum diuinę magnificentię gloriam ex eis manifestandā. Voluimus ergo sequentis libri processu, de harum rerum generationibus & corruptionibus, latius aliquantulum ad omnipotentis gloriam pertractare.

CAPVT PRIMVM.

Quomodo generatio & corruptio ab alijs motus speciebus distinguantur.

Primum quidē indubitātū est, generationē & corruptionē motus esse species. Vnde ad eandē plenius cognoscendā naturā, expediens fuerit ante omnia, duas has species ab alijs quæ ex quo sub motu locantur, distinguere: augmētatione dico, diminutione, alteratione, ac loci mutatione. Itaq; (omissis varijs veterū sententijs) sic breuiter species

RERVM NATV. LIBER V. Fo. 65.

species motus veniunt separandæ. Quoniā generatio est, quæ nullo subiecto sensibili (hoc est, nulla cū completa substantia) eodē permanente ante & post, re secundum formā substantialē nouam cōstituit. Vt cū ex aqua fit aer, & ex ligno ignis, nulla completa res eadem manet ante & post, sed per generationē noua res & noua acquiritur substantia, scilicet aer & ignis. Dicitur autē, substantiā completā nullā permanere eadem, ob materiam, quæ eadē penitus manet ante & post; verū ipsa non est completa substantia sed substantiātātum potētia est; & incōpleta substantiaq; pars altera, magis q̄ ipsa substantia. Alteratio autē proprie dicta, subiecto sensibili (quod est substantia cōpleta) eodē permanente ante & post, rem tātum secundum qualitates variat & alterat. Nam ante & post calefactionē, idem homo permanet secundū substantiam, sed de frigore trāsit in calorem. Augmētatio vero & diminutio differūt a predictis, primū quidē ex termino ad quē sunt; qm̄ hæc ad quantitātē, illæ vero ad substantiā tendūt, aut qualitatem. Secūdo, etiā differūt ex modo rāmutionis. In generationē em̄ & corruptione, nō manet eadē substantia ante & post. In augmētationē vero & diminutione, salua eadē substantia, sola variat quantitās. In alteratione, res eadē substantialiter manēs locū nō necessario mutat. In augmētatione autē & diminutione, substantia eadē manēs nūc maiorē, nūc minorē necessario occupat locū. De quibus omnibus sic generaliter prælibatis, per ordinē erit dicendū latius, iungula particularius tractando. Colligē ex verbis Aristo, nōc generationis definitio:

Differētia generationis ab alteratione ex Aristo. lib. I. de generatione.

Generatio est cum totum mutatur, nec sensibile quicquid subiectum idem permanet. vel hæc. Generatio est mutatio huius totius, in hoc totū, nullo sensibili subiecto permanente eodem.

I Hoc



DE GENE. ET CORRV

Hoc est, generatio substantialis est motus, quo mediante ex vna substantia generatur alia, ita vt nulla substantia que prius erat, in ipso generato maneat. Vt patuit in hoc eodem capite. Alteratio secundum Aristo, sic definitur.

Alteratio est, quando sensibile subiectum permanens, in suis mutatur affectibus, qui aut contrarii, aut inter contrarios medij sunt.

Hoc est alteratio proprie dicta, est motus, quo mediante substantia acquirit aut perdit qualitates terciae speciei, ipsa substantia integra permanente. Dicit autem Aristo, in. 7. physicorum alterationem solum esse inter qualitates sensibiles.

CAPVT II.

Tractantur ista & que sequuntur, apud Aristot. 1. li. de gene. De augmentatione & diminutione proprie dictis, Vgmētatio larga significatione solet accipi, vt significet etiam eam, quae fit per appositionem solam alterius corporis, vel per sub ingressum intra partes alterius, etiam si id quod aduenit, non conuertatur in substantia eius cui additur. Sic dicitur aqua augeri per terrae comixtionem, & lana per aeris intra partes ingressum. Aliquando autem magis proprie dicitur augmentatio, quando id quod apponitur est eiusdem speciei, vel fit eiusdem speciei, cum eo cui apponitur. Vt multum vini, per modicam aquae appositionem augetur; & ignis adiectione lignorum, hae tamen non sunt proprie augmentationes de quibus hic loqui intendimus. Nam secundum physicam considerationem nostro proposito conuenientem, proprie augmentatio & diminutio in solis viuentibus inuenitur, quae alimento utuntur. Et quod sic augetur secundum omnes partes suas similiter augetur & quod minuitur, secundum omnes partes suas similiter minuitur. Quare homo percipit pede, non dicitur diminutus aut decreuisse hoc modo, sed potius mutilatus. Caput

RERVM NATV. LIBER V. Fo. 66. CAPVT III.

Quae sit augmentationis causa, & eius in nutritione differentia.

Est autem anima vegetatiua in vegetantibus huius augmentationis vel diminutionis principium, vt res pro instrumento calore naturali: qui in principio tantae est virtutis, vt possit non solum alimentum in substantiam vertere eius quod nutritur vel alitur, & inter tinere in priori quantitate, sed etiam potens est vt singulas partes vniiformiter augmentet, maiorem quantitatem inducendo. Qui tandem calor debilitatus, & quasi longo labore fatigatus atque confractus, satagit intertinere priorae quantitatem ne decidat Postremo & ipse decrescens, nequit ultra substantiae suam quantitatem intertinere: & tunc substantia decrecit eius defectu. Nutrire tamen non definit, & alimentum vertere in substantiam, donec (ob nimiam impuritatem & nimis diuinam commixtionem cum materia adueniente) caloris huius virtus opprimitur, & naturae virtus deficit: quando necesse est ipsam substantiam deficere. Omne siquidem viuens, quo ad viuere nutritur oportet: augeri, non item neque minui. Et iuxta huius caloris atque virtutis nutritiuae qualitatem, res vel multum, vel diu, vel parum augetur vel minuitur. Patet ergo ex praedictis, alimentum adueniente fieri augmentationem, sicut & nutritionem. Differentia tamen est inter augmentationem & nutritionem: quoniam nutritio est quaedam partialis generatio, nepe conuersio nutrimenti in substantiam nutriti, atque mutatio secundum formam substantialem. Augmentatio autem est, sola maioris quantitatis acquisitio. Atque hoc ipsum voluit Aristoteles, cum diceret, ex eodem fieri generationem, nutritionem, & augmentationem. Caro enim vt est caro, nutrit: quatenus vero est quanta, auget. Substantia enim carnis, est nutritionis materia: sed quantitas, augmentationis. Quatenus vero materia, nutrimenti aduenientis formam prioram perdit, & formam substantialem secundum speciem nutriti nouam acquirit, partialis quaedam est generatio.

Dictum Aristot.

CAPVT III.

I 2 Quam



DE GENE. ET CORRVP.

Quemadmodū fiat augmentatio atq; diminutio
Ana igitur patent eorum somnia, qui ex ali
quo separato putāt fieri augmentationē, aut
ex incorporeo. Nam illud si indiuisibile fue
rit & non quantū, non facit aliquid maius suo adue
tu. Cum indiuisibile additū indiuisibili, siue etiā di
uisibili, non faciat maius illud cui accedit. **N**ecq;
etiā per solam extēsiōnem aut rarefactionem fieri
dicenda est. A loqui nullus videtur vsus, aut vt mi
nimum nulla necessitas, adhibendi alimēti; quod ta
men in hoc indubie sumitur, vt quod caloris actio
ne deperditur, nutrimentū adhibitione restauretur.
Et igitur augmētatio (vt ante dictū est) ex alimē
to quanto adueniēte: quod est quidem ante nutritio
nem illi quod ex ipso nutritur & augetur dissimile,
sed vegetas anima caloris ministerio assimilat illud
sibi, vt fiat ex eo nutritio & augmētatio. Sic enim fit
nutritio & augmētatio ex cibo, actu quidē cōtrario
vt fiat actio: & potētia simili, vt fiat cōuersio in nu
triti substantiam. Cōtrariorum enim proprium est, ad
inuicem agere & pati. Nec agit simile in sibi simile.
Vnde fit, vt quod augetur, ex primum dissimili &
postmodum assimilato, augetur & nutriatur.

CAPVT V.

Soluitur dubitatio, de modo augmētationis atq;
diminutionis.

Quæstio
Vtrum de ipso hoc augmētationis ac dimini
tionis modo, dubitet tortar. aliquis, quo nam
pacto fieri possit hæc augmētatio atq; dimi
nutio, vt non admittatur neq; vacui positio
neq; dimensionum penetratio; quorum vtrunq; est
naturæ profus repugnans, & omnino impossibile.
Nam si augmētatio (vt modo diximus) fiat per ad
uentum alicuius quāti, quod intra partes eius quod
augetur suscipitur, in pleno ne recipiatur an in vac
uo? Et si quidē in pleno dicatur recipi, quomodo
non est ibi dimēsiōnū penetratio? Si vero in vacuo
dicas, admitti videtur positio vacui. Similiter & de
diminutione quæstio formari potest, dū auferetur
quātum de partibus eius quod minuitur: partes illę
decedēte

RERVM NATV. LIBER V. Fo. 67.

decedentes, an plenū relinquāt, an vacuū. Si plenū
quomodo nō ergo priusq; abscederēt erat dimensio
num penetratio? si vero vacuū relinquāt, quomodo
non admittitur vacui positio? **H**uic vero dubi
tationi facile satis respōdebimus, dicētes, alimentū
adueniēs in pleno suscipi: pleno vtq;, non per aliud
cū quo simul penetratiue susciperetur, sed pleno ip
so alimēto quod suscipitur. In diminutione autē, par
tes quæ resoluūtur, e pleno decedūt: ex pleno vtq;
non alio corpore, vt sic dimēsiōnū prius fuisse dica
mus penetrationē, sed ipso quod subtrahitur. Atq;
hoc pacto, neq; vacui positio, neq; dimēsiōnum
penetrationem requirit predicto modo posita aug
mentatio vel diminutio. **E**st autē similis hæc
quæstio qualis fieri solet de motu locali: quo dū cor
pus de loco in locū fertur, quæri similiter potest, dū
locum deserit, an plenū relinquat, an vacuū: & dū
in locum intrat, an in plenū an in vacuū suscipiatur
Sed ex dictis facilis est solutio etiā huius quæstio
nis. **E**t quemadmodū cum in locū corpus in
greditur, partes aeris suscipiētis, ad ingressum corpo
ris abinuicem elōgantur, & veluti scinduntur, rur
sumq; egrediente corpore simul cōcluduntur, ne res
maneat vacuum: ita in proposito, dū partes alimē
ti adueniūt, dicēdum videtur, quod partes corporis
cui aduenit alimētum abinuiē (licet imperceptibili
modo) distendūtur, vt id quod aduenit intra se susci
pian. In diminutione autem dū resoluūtur partes
aliquæ, eę quæ circumiacēt mox se cōcludunt & ve
lut cōuiscantur. Cuius rei veritatem probant, infans
tum iuuenumq; magis inflata, senū vero & decrepi
torum cōtracta & velut conuiscata corpora.

CAPVT VI.

Quid sit dicendum augeri.
Illud autem dicitur augeri, quod idē manet ante
& post augmētationem: nō id quod post augmē
tationem habetur. Cibus enim adueniēs, vt quā
tus auget. Illud vero quod ante erat & post manet,
per adiectionem partiū adueniētium augetur: non
hoc totū quod post augmētationē factā habebitur,
I 3 cum



DE GENE. ET CORRVP.

cum huic toti nulla facta sit quantitatis additio. Augetur enim, cui adicitur maior quãtitas. Cibum vero quantus, & partes cibi aduenientes corpori quod augetur, dicuntur augere, sicut in alteratione subiectũ cui aduenit qualitas dicitur alterari, & qualitas ipsa subiecto adueniens alterare. Ipsum vero aggregatum ex subiecto & qualitate, neq; alterare dicitur, neq; alterari.

CAPVT. VII.

¶ Ponuntur proprietates augmentationis & diminutionis sex.

Cõditio
nes, aug
mẽtatio
nis ex A
ristote.

EX prædictis vero colliguntur sequentes hæc proprietates, seu conditiones augmentatiõis. Prima est. Quod augetur, augetur adueniente aliquo corporeo: & quod minuitur, minuitur aliquo subtracto corporeo. Secunda. Quod augetur, manet idem ante & post augmentationẽ. Tercia. Eius quod augetur vel minuitur, quælibet pars augetur vel minuitur. Quarta. Augmentatio & diminutio fiunt absq; positione vacui. Quinta. Augmentatio & diminutio fiunt absq; penetratione dimensionũ. Sexta est. Augmẽtatio partim fit per additionem dissimilis, & per additionem similis.

In quarum proprietatũ recta intelligentia, tota vis est augmentationis & diminutionis collocata. Illud tamẽ aduertendũ est, quod in tercia proprietate dicitur, id quod augetur secundum omnes suas partes

RERVM NATV. LIBER V. Fo. 68.

partes augeri, intelligi debere non de omnibus partibus, etiã minimis & imperceptibilibus, sed de partibus notabilis alicuius quantitatis. Quẽadmodum infans totus augmẽtũ sumit, videmus omnia membra perceptibilia, a capite ad ungues vsq; proportionabiliter augeri: nisi forte in aliqua vsq; parte praua sit dispositio, particulare membri illius augmentationẽ impediẽs. Hac enim ratione fieri poterit, vt non æqualis fiat partium augmẽtatio. Vnde feri nonnunq; videmus, vt manus habeant aliqui nõ æqualis lõgitudinis, aut pedibus inæqualibus claudicent (etiã qui a natiuitate æqualia crura acciperant) eo quod in corporis augmentatione pars altera prauè disposita nõ potuerit cum mẽbris cæteris iultam accipere augmentationem.

CAPVT VIII.

¶ De quatuor modis se tangentium.

Quoniam autem generatio & corruptio nõ fiunt sine actione & passione: agẽs vero & patiens vt agant & patiãtur se debent tangere, iccirco de his quoq; nobis erit dicendum. Tangẽtium autẽ plures sunt modi. Vnus, eorũ qui habent diuersas magnitudines, & diuersis locis sitas, quarum vltima simul sunt; sed non agũt neq; patiũtur, neutrum ab alio. Et secundũ hunc modum tangunt se cælestia corpora, nec in se inuicẽ agẽtia, nec ab inuicẽ patiẽtia. Verũ proposito, modus iste non conuenit: cũ generationi atq; corruptioni nihil educat. Alius modus est, eorũ quæ habent diuersas magnitudines contiguas, & agit quidem alterum in alterum, sed non est actio mutua passiuæ. Atq; hoc modo se tangũt cælum lunæ & orbis ignis. Agit enim & influit cælum lunæ in spheram ignis: sed nõ eotrario, cũ non sint cælestia corpora vilius impressionis ab his inferioribus susceptiuæ. Tercius modus est, eorum quæ habent diuersas magnitudines contiguas, inter quæ etiã mutua est actio: vt ignis & ær. Estq; hic modus omnium propriissimus, & maxime physicus, generationi quoq; corruptioni & alterationi accommodatissimũ.

Ex Ari.
plures
modi tan
gendi.

I A Quat



DE GENE. ET CORRVP.

Quartus modus est, quādo agēs & passum vel nō habent magnitudines, vel nō coniuētās seu contigūas, virtus tamen agētis in passum trāsit. Sic sol agit & tāgit virtuali cōtactu hęc infima in quā agit & corpus tāgit animam, & molestia seu tristitia dicitur tāgere hominē. Et hic modus sufficit ad actionem, tamen si rarius sit in huiusmodi mutua actio.

Quod igitur dici solet, Omne agens in agēdo reparatur; non habet veritatem, nisi in ijs quā tertio modo (cōtactu scilicet physico) mutua actione & contrarietate agūt & patiūtur adinuicem. Et est aduertendum, quod illa quā in materia comunicāt, ad inuicem agūt & patiūtur: id est, quā materiā habent similiter susceptiuam actionis, vel impressionis ab agēte, hęc nata sunt ab inuicem pati. Quippe materia est passionis principiū, sicut forma actionis. Illa vero quā materiam vel omnino nō habēt, vt spirituales substātiā, vel nō habēt susceptiuam impressionum extrinsecarum, vt sunt cœlestia corpora respectu inferiorū, in his nō inuenitur mutua actio & passio, Formā enim cœlestium corporū, vt pote perfectissimā in agēdo, suam materiā in qua insunt sic perficiūt, solidissimiq; qualitibus stabiliūt, vt alienarū impressionū nō sit vllō pacto susceptiuā. Alienarū dicimus, hoc est, inferiorū. Nā verisimile est, cœlum supremū & immobile influere in omnes inferiores cœlorum orbes.

CAPVT IX.

Quomodo agens aliquo modo simile debet esse passio, & aliquo modo dissimile.

Pulchre hęc oīa Aristo,

Illud autem quo ad actionem est aduertēdū omnino simile nō posse agere in sibi omnino simile. Aqua enim calida, nō potest agere aliquid in lapidem penitus eiusdē caloris: sed si sit minus calidū q̄ aqua, calefiet adhuc ab ea; sin magis, tepesiet ab ea donec assimuletur caliditati eius. Rursum, omnino dissimile nō potest agere in omnino sibi dissimile; quēadmodū in cœlestia, hęc inferiora propter omnimodā dissimilitudinē agere nequeunt. Idcirco homo in brutū, docēdo, nō potest agere, quia brutū nō est nec

RERVM NATV. LIBER V. Fo.69.

est nec in potētia simile homini, secūdum disciplinam atq; sciētiam. Ad agēdum enim & partendum hęc oportet inter agēs & paties esse similitudinem, vt tale sit paties i potētia, quale est agēs in actu. Omne enim agēs, in agendo assimilat sibi passum, vt tale fiat ipsum paties, quale actu est ipsum quod agit, idē vel formaliter, vel secūdū virtutem. Sol enim calefaciēdo, nō sibi calefactū in calorē forma assimilat, quā non habet: sed assimilat sibi calefactū ipsi imprimēdo id cuius virtutem effectiuā in se habet. Quāq; enim sol in se formaliter calorē nō habet, id est, accidētariā illē qualitātē quā dicitur calor (cū sit vna primarū qualitātē, quarum cœlestia nullo pacto sunt susceptibilia) est tamē calidus secūdum virtutē, quatenus in se virtutē habet & efficaciam producēdi in inferioribus calorem, quomodo etiam aromaticæ species multæ, secūdum virtutē tantum calidæ nominantur.

CAPVT X.

De quatuor elementis, & actione eorū adinuicē. Estat nūc, vt de mutua actione elemētorum specialius disseramus. Pro cuius intelligētia primum est aduertēdū, quædam esse corpora simplicia, quædā vero ex simplicibus comixta, de quibus dicetur posterius. Nunc autem de simplicibus primum dicendum.

Sunt autem corpora simplicia, quæ non componuntur ex alijs prioribus aut simplicioribus corporib; q̄q̄ habēt materiā & formam, partes ipsa constituentes.

Corpus simplex

Horum sunt quædam ingenerabilia & incorruptibilia, eo quod qualitatum actiuarum nō sint susceptiuā, vt cœlestia corpora. Alia sunt generatione, & corruptione, & alteratione transmutabilia. Hęc sunt nimirum quatuor elementa, quæ cum ex nullis simplicioribus componātur, ex ipsis tamen com-

ponuntur



DE GENE. ET CORRVP.

ponuntur omnia cetera, quæ in his inferioribus mūdi partibus gignūtur, idq; per mutuam actionem & passionem eorū adinuicē. Principiū aut huius actionis & passionis est a quatuor qualitatibus tangibilibus, a quibus est omnis actio corporalis; quæ proinde qualitates primæ solent nominari

Quæ sunt calor, frig⁹, hūiditas et siccitas

Sūt autaliæ tāgibiles qualitates, quæ actiue nō sūt grossū subtile, durū, molle, lubricū, aridū, hæ em sūt secūde qualitates, tāgibiles quidē, sed p se nō actiue q̄q; ad actionē aut passionē possint esse bonæ dispositiones. Secūdæ aut qualitates recte hęc dicētur, quia ad primas illas quatuor possūt reduci; vt subtile ad humidū, & grossū ad siccū, Idq; propterea quod sicut humidū est bene repletiū; ita etiā subtile: & sicut siccū min⁹, ita & grossū, Similiter de lubrico & arido dici potest. CAPVT XI

De quatuor combinationibus primarum qualitatum, & distinctione elementorum.

Respon
dent ista
libro, 2,
Aristot,
de gene.

Ex his igitur qualitatibus, omnis procedit actio, omnisq; generationis & corruptionis initium. Sunt enim adinuicem contrariæ, hæ qualitates, & continua pugna res in interitum cogunt atq; deducunt, nouaq; generari faciunt. Et iuxta combinationes, quatuor innuuntur elemēta. Caliditas siquidem & siccitas, igni; humiditas & calor aeri, aquæ, frigidum & humidum, terræ deniq; siccum & frigidum conueniunt. Reliquas vero duas combinationes (scilicet calidum & frigidum humidum & siccum) quoniam impossibiles sunt, ob contrarietatem, constat non constituere aliud a prædictis elemētum. Ex vna autem sola qualitate, non sumitur aliquod elemētū. Vnumquodq; em elemētum, duas habet qualitatum harū primarum & actiuarum, atq; earundem alteram in excellentia alteram in mediocritate tēperatam. Quippe ignis, summe calidus est & temperate siccus, terra summe sicca & temperate frigida; aqua, summe frigida & temperate humida; aer summe humidus & temperate

RERVM NATV. LIBER V. Fo. 70.

rate calidus quamq; id sensus nō ita iudicat, neq; experitur. Propter enim influxus certos cœlestiū corporum, & propter aptam habitationem animalium sicut est aqua non suo naturali loco relicta in quo erat ab initio condita, ita & aer non est in sua naturali dispositione relictus. Non enim conueniret id tanta humiditate hominis respirationi, propter quæ claret facta esse & elementa, & mixta omnia

Atamen præter rationem, etiam experientia fluxus aeris satis testatur, quod diximus de humiditate in aere præcellentia (quantum ad naturam eius attinet) verum esse & indubitatum; quoniā multo se facilius aer diffundit & spargit, quam aqua, & magis replet, quæ duo humiditati posterius appropriari dicemus. Relinquitur ergo, non nisi quatuor esse elementa

CAPVT XII

De elementis symbolizantibus & non symbolizantibus

Inter hæc elemēta, quædam adinuicem cōmunicant in altera qualitatū, vt ignis & aer in calore quem habet ignis summe, & aer moderate; ignis & terra, in sicco; aer & aqua, in humido; aqua & terra, in frigido. Et hæc elemēta vocantur græca appellatione symbolizantia, id est communicantia, seu ad inuicem conuenientia. Quædam, secundum vtramq; qualitatem contrariantur vt ignis & aqua, aer & terra. Igni enim calor & siccitas; aquæ frigidū & humidū conueniunt. Iterum aeri, calidū & humidū, terræ frigidū & siccū appropriata sunt, hæc sunt quæ nō symbolizant, id est in nulla qualitate cōmunicant siue cōueniunt. De his aut quæ symbolizant, dicit Aristoteles, faciliorem esse transitum ab vno in alterū, q̄ in nō symbolizantibus. Vt facilius est ex igne aerē fieri, quā aquā Solo enim humido superante fit aer. Cita etiā & facilis est generatio aquæ ex aere, cū solo frigido superante calidū gignatur aqua. In altera enim qualitate erat conuenientia. At vero vt ex igne fiat aqua oportet & calidū vinci a frigido, & siccum ab humido in vtraq; enim qualitate est contrarietas

Caput



DE GENE. ET CORRVP.
CAPVT XIII.

De proportione qualitatum primarum & elementorum adinuicem.

EX his quatuor qualitibus sunt due maxime actiua, caliditas atq; frigiditas: propter quod, ignis & aqua (in quibus hæ qualitates dominantur) elementa sunt præ ceteris magis actiua, In virtute autē resistendi, minus etiam cæteris (siccitate dico & humiditate) valent. Vnde aer & terra, maiorē habent resistendi virtutē, q̄ ignis & aqua. Quomodo enim hæc in agendo atq; pugnando præcellunt, sic illa in resistendo. Et est profecto admirabilis hæc harmonia, a naturæ cōditore Deo ordinatissime disposita, vt quæ magis sunt actiua minus resistent, citiusq; patiantur: quæ vero minus agunt, magis resistent, neq; ita facile patiātur. Alios qui subito oporteret totū vniuersum ab ignis spherā absorberi, si sic inferiora haberet cætera elementa in resistendo, quemadmodū in agendo ea superat & excellit. Sed & illud operæ precii fuerit in hac elementorū differentia considerare, quod superius semper excedit quantitate, proximū sibi inferius elementum, proportione decupla: ita vt infimi elementi a supremo secundū magnitudinē distantia sit, secundū proportionē millecupla. Ignis enim spherā, quæ sub lunę concavo a Philosophis ponitur iam mediata, milies maior est globo terræ. Nam ex vno pugillo terræ, decem sunt pugilli aquæ: ex vno vero pugillo aquæ, decem aeris: ex vno autē pugillo aeris, decē ignis. Ex vno ergo terræ pugillo, constat per multiplicationē arithmetica, fieri mille pugillos ignis, centū aeris, decem aquæ: tamen non plus materie habeat tantus ignis sub millecupla quantitate, q̄ tantilla terra sub simpla quantitate. Horum simplicū corporū, seu elementorū condiciones ponit lex Aristo,

Prima est, Vnumquodq; elementū inuenitur non simplex sed mixtum, & licet sit quale

RERVM NATV. LIBER V. Fo. 71.

quale simplex, non tamen est illi idem.

Cuius causa ex prius dictis patet, non enim hominis naturæ elementum omnino simplex conuenit, cui omnia tamen sunt creata.

Secunda est, ignis est summe calidus, vt glacies summe frigida, atq; ob id ex hisce sic sumptus nil generari potest.

Ratio est, quia generatio mixti non fit, nisi cōtrarijs qualitibus primis, ad concordiam quandam & cōtemperamentum redactis. Tercia est.

Duorum elementorum locus est sursum & duorum deorsum.

Aer enim & ignis sursum sunt, aqua vero & terra deorsum. Quarta est.

Duo elementa extrema, sunt simpliciora medijs elementis. Quinta est. Vti ignis iuxta vtrāq; qualitatem aquæ aduersatur, ita & aer terræ.

Et siud qualitatum primarum cōbinatione patet. Sequitur sexta.

Elementorum vnumquodq; habet tantum vnā primam qualitatem in summo, & alteram citra summum.

Ignis in summo habet calorem, & citra summū siccitatem, aer humiditatem in summo, & citra, caliditatem, aqua frigiditatem in summo, & humiditatem minus, terra siccitatem excellenter, frigus vero minime excellenter.

CAPVT XIII.
De mixtis corporibus, & mixtione.

Ex his



DE GENE. ET CORRVP.

His quatuor simplicibus elementis, diuersæ confurgunt rerū species, iuxta varias horum simpliciu elementorū, ad inuicē commixtionē. Quicquid enim inter corpora, nō est vel cælum, vel elemētū, est ex elemētis mixtū. De mixtione igitur & his quæ miscētur, id est, mixtibilibus & quæ per mixtionē generātur (quæ mixta vocari solent) erit dicēdum, si plena debeat haberi generacionum cognitio,

Mixtio itaq; est, mixtibiliū alteratorum vnio,

Hæc de mixtio, necradit Arist. 2. li. de ge. Quando enim elemēta (quæ mixtibilia dicimus) alterata & cōtēperata, ad mediocritatē & certam proportionē mutua actione & passione redacta, concurrunt simul ad vnus alicuius corporis cōpositionē, mixtio fieri dicitur: proprie accepto vocabulo. ¶ Non ignoram; tamē aliquādo vocabulū mixtionis improprie accipi, vt dicantur cōmisceri aliqua, quorum tamē vtrūq; suā speciē seruat, vt aer cōmiscetur terræ, vel lanæ, vel aqua panis, quādo intra partes eius subintrat per poros. Aliquāto etiā proprius dicitur aqua vino misceri, quādo aqua infunditur vino, & vertitur vinū in aquæ speciē. ¶ Neque tamē hæc proprie mixtio est dicēda, si quidem in mixtione, necesse est mixtibilia esse æqualis virtutis, vt redigatur ad contēperamētum mediū nec debet vnū mixtibiliū penitus dominari. Si em̄ in hominis mixtione totaliter ignis dominaretur, iam oporteret elemēta ignē verti. Agens enim habens dominiū supra passum, sibi ipsū assimilāt, sicq; nihil aliud quā ignis esset totus homo. ¶ Ad hæc, oportet in mixtione, quālibet partē ipsius mixti esse mixtā: quæ admodū in augmentacione diximus, quālibet partē eius quod augetur debere augeri. Ex quibus satis est manifestū, nō esse proprie dictā mixtionē eū aqua vino sic miscetur, vt in eius speciē atq; naturā trāseat; cū hic mixtibilia neq; simplicia sint, neq; virtutis æqualis, neq; oporteat partē quālibet vini

RERVM NATV. LIBER V. Fo. 71.

vini commixti cum aqua mixtam esse, sed partes tantum vicinas quibus infunditur

CAPVT XV.

Quomodo in corporibus mixtis remaneant vel non remaneant simplicia & qualitates eorum

Grandis vero est inter philosophos atq; medicos super hac re alteratio, num in mixtis corporibus elemēta secundū suas formas remaneant, an alio aliquo modo: quibusdam dicētib; ea formaliter manere, sed tamen per formam totius cohiberi, ne separetur vnū quodq; suū locū. Qui sibi experientiam assumunt, ex eo quod admo igne ad ligna quædam ligni pars redditur igni, quædam aeri: egreditur etiam humor quidam atq; aqueus vapor, licet ob ignis voracitatē id non sepercipiatur, terræ quoq; cineres relinquuntur. Vnde secundum faciem apparet, cōiuncta ibi & colligata fuisse (non secundum virtutem solā, sed etiam secundum formā) elemēta. Actionē vero mutam, dicunt impediri a forma totius cōpositi, & quoniā ad mediocritatē sūt redacta. Atq; ex hac radice posuerunt Empedocles & Anaxogoras, omnia esse in omnibus, & per congregationem & segregationem omnia generari atq; corrumpi. Hinc quoq; illorum manarunt sententiæ, qui principia rerum litem & amicitiam assignarunt; de quibus non est nunc dicendum per singula. Illi enim abierunt viam vniuersæ carnis, & nos euestigio eos subsequimur. Si eos quiete Deus optimus dignatus est sempiterna (Quis enim nouit cōsilia eius, aut quis cōspexit in libro signato iudicia eorū, præter agnū qui occisus est?) Si, inquam, piissimus Deus, eorū iussit vel corpora, vel mentes quiescunt, nos illos non impugnemus, nec sit nobis gloria cum eorum vmbra digladiari. Quod enim ad sententias antiquorum istorū attinet, verisimile est, obscurioribus verbis eos, nonnulla indicare subinde voluisse, quæ si a nobis recte intelligerētur, forsitā nō penit; nobis viderēt improbada quæ tamē nūc prima facie, dū nō intelliguntur, velut absurda ridētur, ac velut philosophis in dig;

Piū iudiciū de veterū Philoſophorū ſententijs



DE GENÈ. ET CORRÛP.

Indignâ abiscuntur. Nos vèro quæ veritati cõsentia
rãnea nouimus, & sacratissimæ nostræ fidei non dis
sona, absq; illorû vel inuidia, vel iniuria diligetèr cõ
memoremus. ¶ Ergo (vt illuc reuertamur vnde
digressi sumus) qui sic ponunt elemēta in mixtis re
manere, etiam in suis formis, omnia violētã faciunt
Ignis enim, violenter in loco humanorû corporû
detinetur. At vero Deus naturæ, dulcis opifex est:
& sicut attingēs a fine vsq; ad finem fortiter, ita cun
ctã disponens suauiter. ¶ Alij proinde melius po
suerunt, nō quidem formas elementorû, sed tantum
eorum qualitates in mixtis remanere, ad inuicē tẽ
peratas; dicentes, ob contẽperationē qualitã mu
tua actione & passione factã, non extingui subito
corpora. Vbi tamē aliquã eorum cõtigerit deficere,
vel excedere extra debitã proportionem necessariõ
iam rem corrûpi. Id quod experientia testatur, super
excrecente in homine siue calore vt in pestiferis &
febricitantibus; frigido, vt in senibus; humido, vt in
hydropicis; siccò, vt in priscis. In quibus omnibus
feri oportebit morbos varios atq; etiã corruptionē
nisi statim per formã substantialem prospiciatur, vt
resituantur in suã proportionē naturalem qualita
tes ille actiue. ¶ Põnit autē hæc sententia, etiã cõ
trarias qualitates in eodem subiecto & secundũ ear
dem partem subiecti, sed contẽperatas adinuicem.
Quæ sane opinio non est penitus improbãda, imo
doctõrum orthodoxorû lentētis satis videtur con
sentanea. Dicit enim beatus Gregorius quatuor ele
mentis, tanq; quatuor baiulis, hominē deportari ad
sepulchrum. ¶ Alij ponũt, neq; formas, neq; qua
litates elementorû in mixtis remanere, sed tantum
vnam qualitatem, quæ ex illarũ proportionē & ad
inuicem cõtẽperatione efficitur, per virtutē semi
nis, vel alterius quomodolibet agentis & generans
tis, cum cõcursu causarum superiorũ. Quemadmodum
vero qui prioris sententiæ sunt, certam illam
qualitatum primarum proportionē, vocant cõplex
ionem, vel compositionē, ita posterior hæc sententiã
qualitatē istam vnicã ex contẽperatione qualitã
effectã,

Sapiē. 8.

RERVM NATV. LIBER V.

effectã, cõplexionem vocat. ¶ Et quidem inter
duas has opiniones atq; sententias non tanta est di
stãtia, quãta prima facie videtur. Hanc enim vnam
qualitatem (vtcumq; se res habeat) constat, virtutē
illam qualitatum cõplexionem, & proportionem,
vel temperatã cõpositionem in se cõtineri. Qua
propter superfluum fuerit, hac de re sollicitius aut
pertinacius digladiari. Similis fere questio est quas
lis de aqua tepida feruide solet moueri, & ardentèr
disputari; cũ sit alioqui frigidior q̃ vt pro ea seruen
tius debeat contendì. His ergo superfedētes, ad alia
transeamus

¶ Caput .XVI.

¶ An ad cuiuslibet mixti generationem, quatuor de
beant elementa conuenire

V Erisimile est, ad cuiuslibet mixti cõpositionē Ad
quodlibet elemētum concurrere, & quamlibet quodlibet
bet dictarũ quatuor qualitã aliquo modo bet. m. i. s.
in quolibet eorum inueniri. Neq; hoc solum xtorum
secũdum diueras mixtorũ partes est accipiendum, 4. cõcut
sed etiã secundũ singulas partes. Nam mixtum secũ runt ele
dum omnes sui partes tale oportet esse. ¶ Quãq; menta
enim in diuersis partibus diuersa percipiãtur domi
nari elemēta, vt in cholera ignis dominatur, in fleg
mate aqua, in sanguine aer, in melancolia terra; non
est tamen arbitrandũ, solũ illud elemētum in vno
quoq; mēbro reperiri, quod in eo dominatur. Inue
nitur enim in cholera aliquid aeris, aquę & terrę; in
melancolia, aliquid ignis, aeris, & aquæ; atq; ita in cõ
teris proportionabiliter dicendũ. ¶ Et vniuersali
ter, quis in quolibet mixto corpore sint omnia ele
mēta, & omnes dicta ratione qualitates actiue, sã
per tamē eorum aliquod excellētius dominatur. In
quibusdam quidem ignis, vt in superioribus exha
lationibus, & in flãma, & in hominibus cholericis;
quorũ iccirco capilli sursum tēdunt. In quibusdam
aer; vt in sanguineis, & volatilibus, quæ proinde ac
rem sibi vëdicant. In piscibus autem & flegmaticis,
aqua; quare & aquis huiusmodi delectantur, & cri
nes habent plerunq; leniter demissos. In alijs, terra;
K i vt melan



DE GENE. ET CORRVP

ut melancolicis & leporibus caterisq; terrestribus animabus, quæ proinde terram naturam quarunt, & qui sic sunt homines, terram plerumque despiciunt ponderosos crines ad terram deiectiones habentes, plerumque etiam plura elementa in eodem sic videtur dominari, ut vix discerni possit utrum utri præualeat. Difficile enim fuerit vniuersaliter iudicare, quod eorum in quolibet dominetur. CAPVT. XVII, **M**onstratur exemplo, in mixtis quodammodo esse quatuor elementa.

Quod si cui videatur non verum esse quod supra diximus, in mixto simul quatuor elementa concurrere, videat ille lignum in aquam iniectum; quod experientia docet ac monstrat, non statim subsidere, etiam si magni sit ponderis, sed supernatare; quod indubie ab ignis atque aeris est leuitate, quæ virtualiter in ligno includitur, donec tandem contingat consumi, aut deuinci temporis lapsu vim aeris atque ignis, per aquam fortem actionem; quo facto subsidere poterit lignum. **E**adem quoque ratione ligna putrida, quæ igni & sunt & sunt viciniora, & aeri propinquiora (quæ admodum ipsa frequentia & magnitudo pororum indicat) disticius intra aquam seruantur aut immerguntur.

Has autem porositates indicare ignis dominium & inualescentiam, probat Athna mons igneus, qui locus pinnices transmittit multa porositate plenus.

Hac eadem de causa, naturalem sibi locum oleum supra aquam accipit; quoniam oleum, aerem magis dominatem habet, aqua autem nostra qua vitumur multum etiam terram habet admixtum.

CAPVT. XVIII.

Quod elementa quibus vitumur pura elementa non sunt

Aristot.
sententia
lib. 2. de
genera.

Non est autem existimandum, hanc terram quam inhabitamus, quæque herbas & fructus generat ac nutrit, purum terram elementum esse; sed neque hic aer in quo viuimus & respiramus, purum est elementum, sed potius veteris est quidam, & comixtum atque impurus aer; neque aqua omnino elementarem, aut igitur

RERVM NATV. LIBER V.

aut ignem habemus; terram tamen aliquid aqueum, aerum, igneum habemus. Terram, aquam, aerem, ignem vere non habemus. Si quidem ignis, aer aqua & terra, quæ nobis in usu sunt, verius elementaria corpora, quam elementa dixerimus. **M**onstrat hoc ratio tamen abhorreat sensus. Elementa enim in sua dispositione naturali, nullam harum passionum in sensu efficerent, quas hæc elementaria efficiunt. Aqua enim si in sua esset puritate, sapida non esset. Neque aer ille ut supra ostendimus, esset respirationi aptus, Neque terra, nutrire quippiam, aut aqua potare posset. Nos enim mixta corpora, simplicibus nutrir non possumus. **C**uius enim signum dant agricolæ, qui irrigantes hortos, terram aquam miscet, & simum rem vitæque nutriatur; & multo melius inebriat & fecundat terram aqua pluuialis; utpote magis impura, quam fotalis quæ aliquanto est purior. Ipsi quoque coqui & qui lauticias parant cupediarum, sint nobis testimonio qui ex diuersissimis commixtionibus, & maxime a natura abhorrentibus, sapidissimas conficiunt lauticias. **P**reterea terra purum elementum, est grauius simum omnium etiam mixtorum. Hæc autem terra nostra quam inhabitamus, multo est plumbo aut viuo argento leuior, & ignea ista flamma quæ pinguedine olei, aut cere, aut picis sustentati habet, aut lignorum atque similibus subministracione, multo aere circumstante est crassior atque densior, viscoso aut crasso fumio comixta. Elementaribus ergo corporibus non elementis vitumur. **I**dem cõsultissime sic disposuit prouidissimus humanarum rerum gubernator. Nihil enim profuisset creaturas valde bonas creare (plantas, animalia, ceteraque corpora mixta loquor) si non simul & vbi & quomodo, & a quibus conseruari possent, eadem prouidentia disposuisset. Mira ergo dispensacione, in elongatoribus elementorum partibus pura reliquit elementa, vbi nullus est mixtorum locus, utpote circa centrum terre, & in supremo spheræ ignis sicuti attestatur Aristoteles nature Philosophus, At vero superficies & exteriores elementarum globorum



DE GENE. ET CORRUP.

partes, sic voluit esse comixtas, vt mixtis locu preberent comodum, pro suacuiq; natura, & vegetantibus vbi pascerentur, sua fecunditate non deesset. A quo enim condita sunt omnia bona, & bona valde, ab eodem expectant vt escam sumant oportuno tempore. Quare & post completum celoru cursum, vbi cessauerint in mundo viuere & pasci, tam homines, q; cetera viueta, nouissimo terminato examine, igne cunctis consummatis mixtionibus, omnia suo loco & statu elementa reducturus creditur omnipotens & optimus Deus, ita demum cu suis beatissimis exercitibus regnaturus in eternum & vltra. Inter quos speramus & nos modo pauperes aliquando computari, quado plene erunt laudibus fauces nostrae, que nu cyndiquaq; mendicatis cantibus misere torpent, etiadam maxime vt videntur, laudant

Caput. XIX.

Mouentur circa praedicta aliquot quæstiones & primum, an possibile sit aliquid simpliciter generari aut corrumpi

questio prima

Ad eoru autem quæ hactenus a nobis dicta sunt maiorem declarationem, quæstiones aliquot circa prædicta proponuntur: ex quarum solutionibus, plenior haberi poterit quorundam antedictorum cognitio, & intelligetia faciliior. Sit ergo hæc prima quæstio. An fieri potest, vt aliquid simpliciter generetur aut simpliciter corrupatur. Nam si aliquid simpliciter generaretur, deberet ex non ente simpliciter generari: cū generatio sit a nō esse ad esse progressio. Ex nō ente vero simpliciter, siue ex nihilo, nihil potest fieri aut generari, quemadmodum habet principium physicum. Similiter quoq; de corruptione potest ratio fieri, quoniam si corrumpetur aliquid simpliciter, deberet in non ens simpliciter corrumpi siue in nihilum, cū corruptio sit progressio ab esse ad nō esse. Hoc autem nēpe in nihilū corrūpi, eque videtur physicis absurdū atq; ex nihilo aliquid generari: eo q; atq; sit creaturæ virtus impotens, ad creādū, atq; ad annihilādū. Videtur ergo iuxta hanc

RERVM NATV. LIBER V. Fo. 75.

iuxta hanc ratiocinationē, nihil simpliciter generari aut corrūpi posse, secundū naturā. Pro huius autem quæstionis expeditione sciendū est, quibusdā antiquorū philosophorū tam validā & efficacem visam fuisse suppositā ratiocinationē, vt ea per moti asseruerint nihil simpliciter generari aut corrūpi, sed omnia alterationibus solis posuerint variari: quas alterationes vocabāt generationes secundū quid, propterea quod accidentia & qualitates secundū quæ sunt hæ alterationes, non simpliciter forme, sed forme secundū quid (id est, formæ accidentariæ) nominentur & potius entia, secundū quid q; entia simpliciter: eo quod ipsa non per se subsistentiam habeant, sed per ipsa, tantū ea quæ subsistunt talia, aut talia denominantur. Admittebāt ergo multa passim generari & corrūpi secundū quid, verū simpliciter aliquid generari aut corrumpi negabant. Hæc autem antiquorum sententia certā habet falsitatem, & omnino fastidi oportet multa quotidie simpliciter generari, atque simpliciter corrūpi. Est enim generatio simpliciter dicta, formæ substantialis in materia acquisitio quemadmodum corruptio, formæ alicuius substantialis ex materia est deperditio: generatio vero secundum quid & corruptio secundū quid, formæ accidētalis in subiecto sunt acquisitio & deperditio. Vnde cū res naturales non solum secundū acquisitionem & deperditionem mutantur formarū accidentalium verum etiam substantialium: manifestum est non solum generationem & corruptionem secundum quid, verum etiam simpliciter, esse secundum naturam possibilem. Et mo vniuersaliter, quancūq; forma aliqua substantialis in materia qualibet de nouo acquiritur, cōpositum illud ex materia informata & forma informante simpliciter dicitur generari: & e contrario, quancūq; forma substantialis ex materia aliqua deperditur siue expellitur, cōpositū ipsum simpliciter dicitur corrumpi. Quemadmodum (exempli gratia) simpliciter generatur ignis, & corrumpitur lignum, cum forma substantialis ligni per virtutem applicati ignis ex materia expellitur atq;

Solutio ad quæstionem ex sententia Aristote. 1. li. de generatione.

K iij deperditur



DE GENE. ET CORRVP.

deperdit & forma substāialis ignis in eandē intro ducit. ¶ Quia in re differētia tū notāda est, inter generationem simpliciter & alterationē, quę etiam generatio secūdu quid nominari potest, in alteratione siquidem alterari dicitur ipsum subiectū, quod de qualitate trāsīt in qualitatem, non ipsum totum exlubieō & forma aggregatū, in generatione autē & corruptione, non ita generari aut corrūpi dicitur subiectū generationis aut corruptionis, quod est ipsa materia per formā informatā sed totū ipsū cōpositū q; ex forma & materia informatā cōstituit. Quę admodum non ipsa hominis materia, quę ante & post manet eadē, generari dicitur aut corrumpi, sed totus ipse homo ex anima cōstans & corpore; generari simpliciter, aut corrūpi simpliciter dicitur cum sua forma in materia acquiritur, aut ex ea pellitur. ¶ Ad obiectionē vero suprapositam facile satis adhibetur responsio, si illud prius replica uerimus quod in tractatu primo tetigim⁹, de cōditione atq; natura materię, quę admodum ipsa non ens simpliciter dici debeat ac nuncupari. Quia enim materia per se ad omnem formā indifferens, omnino simplex, nullam habet in se formā ex qua cōponatur quęque ipsā faciat esse in actu, sitq; ex se nihil nisi mera potentia. Hinc fit, vt ex se non nisi ens in potentia possit nuncupari, nō autem ens in actu, quod solum est ens simpliciter. Ens enim in potentia, nō est nisi ens secundum quid. Quod autē in actu est per formā aliquam substāialem, quę pars est sui, id simpliciter ens dici meretur ac debet. ¶ Cum ergo ita proponit obiectio. Si generaretur aliquid simpliciter, generaret ex nō ente simpliciter, admittēda est illata hęc cōclusio. Nō em̄ est incōueniēs, ex nō ente simpliciter aliquid fieri seu generari. Ex materia siquidem sunt ac generantur res naturales omnes, quę non est ens simpliciter, sed tantum potentia. Quod autem Philosophicū dicitur principiū, ex nō ente nihil fieri aut generari; intelligendum est non de simpliciter non ente, sed de omnino non ente, id est, quod neq; actu est, neq; potentia; quemadmodum

Solutio
obiectionis

RERVM NATV. LIBER V. Fo. 76.

modum in primo libro tradidimus manifestius.

¶ CAPVT. XX. ¶ Quęstio secunda

Cum calidi & frigidi, humidi & seci sint officia contraria: qua nam ratione dicta sunt hęc pariter in inixtione debere concurrere; vt clarus dissoluatur quęstio, præmoneri oportet quę sint harū qualitatum proprię differentię, quę ue propria sint diuersa earū officia. Ad calidū em̄ spectat, separare partes heterogenias, id est, dissimiles & diuersorū generū ab inuicē. Ex virtute em̄ ignis est q; in hōie ossa a carne, caro a neruis, cor ab epate, & ceterę partes diuersarū rationū ab inuicē separāt; id q; & in ligni adustioe euadit manifestū ubi cinis, vapor, fum⁹, & flāma, ab inuicē caloris virtute separāt. Idē patet qñ igne purgātur metalla & separantur partes diuersorum metallorum quę erant cōmixtę. ¶ Sunt enim rerum duplices partes: quędam sunt eiusdem rationis, vel speciei, vel dispositionis: quemadmodum (exempli gratia) partes diuersę carnis, partes ossis, partes neruorū, partes aquę omnes, sunt eiusdem rationis. Hęc partes homogenię (id est, eiusdem rationis, speciei, vel generis) gręco vocabulo solent nuncupari. Alię sunt quę sunt diuersarum rationum vel dispositionum vt caro & os, Itē cortex & medulla in plantis, folia & radices. Et hęc partes heterogenię, id est, diuersarum rationum, specierum, aut diuersorum generū nominantur. Nihil tamen nunc specialius perquiramus, an in carne sit aliqua forma substāialis aliā a forma ossis, præter rationalem animam; an forte sola differat diuersa dispositione, secundum accidētarias qualitates. Est ergo (vt iam ostendimus) calidi officii, heterogenia in mixto ab inuicē separare, homogenias aut partes simul cōiungere. Vtrūq; enim facere calidū, probat experiētia in igne metalla purgāte. ¶ Frigidi autē est etiā partes heterogenias ad inuicē cōglutinare & cōseruare: vt ossa cū neruis & carne, & eandē vicissim cū ossibus & neruis inuicem cōpaginare: quę admodū ad oculum videmus in frigore, multa pariter in glacie cōglutinaris.

Sūt hęc apud Arist. li. 2. de gene. & 4. li. Meteororum.



DE GENE, ET CORRVP.

Humidum vero bene est terminabile vel formabile, secundum omnem formam quam conuenit rei habere, & agens vult imprimere, facileque suscipit impressionem ab agente, & est bene terminabile termino alieno. Nam propter fluxum (cuius causa est humidum) contentum facile se accommodat lateribus continentis; sed male terminatur termino proprio, propter fluxum consequentem. Caterum, fluiditati huic medetur siccum, quod termino alieno egregie se accommodat, nec nisi violenter compactum lateribus continetis se patitur aptari, propterea quod fluxum ignoret. Suo tamen proprio termino siccum est bene terminabile, tenes atque custodit figuram, & superficiem suam. Harum autem rerum experientiam docent nos figuli, qui volentes materiam luti pro suo sibi tractare, & figuras quaslibet inducere, vident ac molle faciunt lutum, & humidum asciscunt. Volentes vero iam inductum terminum & figuram seruare pulso humido, igne exiccant, vel soli exponunt: ut quod humidi beneficio facile est impressum, siccum beneficio stabiliter seruetur. Quibus pramonitis, dicimus ad questionem, agens vel generans egere calido, ad distribuendum singulis partibus sibi conuenientia: id est, ad segregandum heterogenia, ne commisceantur in homine os & caro, caro & nerui; in arbore cortex & medulla, folium & fructus, atque ita in ceteris: Frigido, ut homogenia continentur, & heterogenia conglutinentur. Humido, ut figura & quantitas & superficies conuenientes inducantur, secundum exigentiam mixti quod generatur: Siccum, ut bene seruetur res in sua figura & termino. Ex harum autem commixtione qualitatuum, quas primas vocant physici, secundum certam proportionem, & iuxta diuersarum qualitatuum diuersam dominationem, procedunt qualitates alie prius enumeratae, etiam tangibiles, & omnes alie sensibiles: ut sunt, color, & lux horum inferiorum (lux enim colorum, non est ex primis qualitatibus) sapores omnes, odores, atque sonus. Non enim daret sonum, percussus aer purus.

CAPVT XXI.

Questio

Solutio
questio
nis,

RERVM NATV. LIBER V. Fo. 77.

Questio tertia.

Si oportet semper vno corrupto aliud generari, & vno genito aliud corrumpi? Solutio, Materiam nequit esse nudam in forma, quoadmodum primo libro ostendimus. Atque hac de causa, non potest agens vllum hoc efficere, ut forma vna de materia auferatur atque pellatur, nisi adducat aliam quam in materiam imprimat: neque aliter materiae natura fieri patitur. Rursum, quia plures forme vltime non possunt simul inesse eidem materiae, oportet etiam ut agens nouam formam substantialem adducens aliam pellat priorem, sicut ex consequenti compositum prius & substantiam priorem corruptat. Atque hinc fit, ut semper ad vnius generationem comiteretur alterius corruptio: & e contrario, corruptionem vnius, alterius generatio. Constat tamen non esse ob hoc necessarium, ut quoties homo quispiam nascitur, alius intereat eiusdem speciei, id est, alius homo. Satis est, aliam aliquam substantiam periisse, cuius scilicet materiam nunc habet genitus homo: sicut genito igne, oportet non alium ignem corrumpi, sed aliam tantum substantiam ex qua generatur. Cum enim materia sit finita, & non possit quicquam materiae creari virtute naturae: non est existimandum, crescentibus arboribus & in altum expansis brachijs, hanc omnem materiam similiter gigni vel creari; sed oportet eandem materiam aliunde sumi. Nisi enim eadem materia sic per varias transiret formas, oporteret esse infinitam materiam: cum in infinitum pergant generationes.

Generatio vnius
alterius
est corruptio
Aristo. 2.
libri, de
genera.

CAPVT XXII

Questio quarta.

Vnde procedat generationum & corruptionum diuersitas, ut haec magis hoc tempore aut producantur aut intereant? Solutio. Si caeli omnes immobiles starent, ut post iudicium futurum credimus, nulla haberetur generatio, nulla corruptio: Arist. 2. li. de generatione & corruptione in his inferioribus. ne, si permanerent quod sunt, Motus igitur colorum, sunt neratio causa generationis & corruptionis in his inferioribus. ne.

K S Et qui



DE GENE. ET CORRVP.

Et quidem motus primi celi mobilis, qui semper in viginti quatuor horis absolutur, causa videtur sufficiens eius transmutationis, que fit secundum diem & noctem. Ceterum eius transmutationis que fit secundum diuersas anni partes, iam produedo iam corrupedo, causa est motus proprius solis ab occidente in orientem, per circulum zodiacum: quem motum complet vniuersus anni spacio. Eius enim aduetu omnia germinant, & senes iuuenescunt: eius autem discessu labuntur & occidunt & veterascunt omnia. Vnde cum tempus aduentus & tempus discessus sit equale, vtrumque secundum sex signa sequitur, etiam tempora generationis & corruptionis equalia esse.

CAPVT XXIII.

Questio quinta.

Vnde est quod quedam sic facile generantur, & quod est inter quedam tam facilis transmutatio, aut tam facilis transmutatio: vt nubis in pluuiam & pluuiam iterum in nubem? In alijs vero est difficilis nimis & longa generatio & corruptio, & inter alia difficillima transmutatio? Solutio. Quedam sunt corpora imperfectiora, modicam dispositionem vel proportionem qualitatum sufficientem sibi reputantia, que facile generatur: vt vapor ex aqua facile generatur: quoniam nil requirit sibi preter modicam impressam leuitatem. In alijs vero, vt perfectioribus, oportet multo tempore perfici eas quas rerum subsistentia requirit perfectiuias qualitates & naturales vires, dispositionesque necessarias, ac naturas complexiones: que cum frequenter multae sint ac variae, neque ita facile aut ita motu effectibiles, consequuntur, longiore temporis tractu ad rationem generationem requiri. Id quod Baptista Martuanus inter poetas Christianos facile princeps, pulchre admodum testatur est his versibus. Omne quod excellens opus & sublimis futurum est, Difficiles ortus habet, in crementis tardis. Inter que autem non multa est distantia, & quorum dispositiones necessarie non multum differunt alterius ab altero, vt inter pluuiam & imbrem, aquam atque vaporem, in his faciliore quoque oportet esse transitum.

CAPVT XXIII.

Questio

Baptista Martuanus de beata Virgine in lib. Parthenice

RERVM NATV. LIBER V. Fo. 78.

Questio sexta.

Silidem possit semel corruptum reuerti? Solutio. Eadem secundum speciem (etiam si totaliter species deleatur, vt esse in vermibus putredine natis videtur) quotidie redire conspiciamus sed numero idem, natura potens non est reducere, sed tantum secundum speciem, vt testatur & Aristoteles. Forma enim semel expulsa, si corruptibilis sit penitus corrumpitur & iam quasi annihilata reuocari non potest. Si vero sit incorruptibilis cuiusmodi est sola anima rationalis, hac certe natura vt creare non potuit, neque dare neque de potentia materię educere, ita nec poterit post expulsionem siue emigrationem reducere. Quis enim res ducat aut reuocet spiritus corporeis defunctos officijs qui iam olim emigrantes e suis tabernaculis vias abierunt occultas, locaque incolunt nobis prorsus in cognita, vbi cumque domino visum id fuerit? Quis rex sit potens, quis ita sapiens philosophus? Quis ita fuit eximi us naturę perspector aut descriptor qui potuerit vel charorum suorum, vel suam etiam ipsius animam reuocare, semel dei nutu de suo tabernaculo eductam? Cuius quæso, vel peritissimi medici ad hoc deuenire potuit experientia? Non est qui hoc faciat, non est qui valeat non est (inquit) vsque ad vnum. Immo vero vnum non uimus, Christum Iesum, Dei patris vnigenitum filium, qui viam vitę & reditum ex mortuis primus ipse inuenit, eamque (vt in Psalmo scribitur) nobis manifestauit in se credentibus: vt quemadmodum ipse posita anima cum placuisset reassumpsit eadem, inque corpus reduxit, sic & nostrę aliquando animę post longam emigrationem in sua redeant corpora, cum eo pariter in eternitate plenitudine celestis gaudij fruentur. Verum non secundum naturam est hæc virtus, neque sub eius limitibus hæc potestas stringitur: sed naturam omnem excedit & superat, secundum virtutem diuinitatis inhabitantis in eo, que illi cum patre & spiritu sancto est communis, in perpetuis eternitatibus. Cui soli sit psalmus perpetuus, laus, & iubilatio sempiterna ab omni creatura angelica & humana, nunc in eternum, & ultra, Amen.

Psal. 135.

Finit



PSALMV.
CONFINIT CONSIDERATIONIS PHYSY-
fica liber quintus.

PSALMV CONFESSIONIS IE

In principi pacis, pro assumptis in carne mis-
seris, ad dignam gratiarum actionem.
Dic impassibile cœlum, tu quid es? narrate ele-
menta quod sitis, aut quæ vestra substantia?
Vos vero homines commixta atque medicas
tim congregata corpora: generationem vestram ex-
plicate nobis.
Quid sitis, unde decissi, ex quibus cõpacti; in quæ tã-
dem putatis reuertemini?
Memento domine Deus, quod de limo terræ fecisti
nos: & compegisti in nobis quaternas inimicitias in-
reconciliabiles.
Has tu princeps pacis, miro cõnectis fœdere: donec
terminatis inducijs prorumpant in exitũ, donec dis-
soluantur quæ tu continebas.
Hæc omnium nostrũ aqua fors, hæc nostra miserã-
da conditio, omnes nos quasi aquã dilabi & in ter-
ram volentes nolentes defluere.
Ab elemẽtaribus pendere nos corporibus: quos tu
angelicis pene coequasti spiritibus.
Quid vero nos ipsos stemus eiulantes? nonne tuam
magis sortem, Iesu bone, commiserari ac deplorare
nos oportuit?
Verbum patris patri coeternũ, de terra nõ eras, neque
de terra fumebas tibi cibũ, vt viueres.
Neque fontium aquis potabaris, in aere nõ respirabas
ignis vsum nesciebas, nec tu, neque pater æternus.
Propter me vero accessisti ad me, quod ego sum tu
factus es verbum caro.
Verbum dico coãgustatum, & abbreviatum nimis
similem in te elementarẽ litẽ suscipiens mecum.
Et mortis legem voluntarie in te ipsum suscepisti,
ex ea in nihilũ vti cõputresceres, si nõ a dextris tibi
astitisset saluator, omnipotens genitor tuus.
Iudgorum fera crudelitas accessit ad miserã paupe-
ris; non sunt passi suam periodũ decurrere atque pra-
agere

PSALMV.

fo. 79.

agere vitam corporis tui.
In medio robore ac flore corporis tui, Iesu piissime
iniqui inuaserũ animam tuam: tollere eam tibi.
In lignum subiectum, viribus defectũ, animam ex-
pirare fecerunt: te, o vita beatissima.
Et de ligno depositũ, cõmuni tradiderũt omniũ ma-
tri: tanquã mortuum a corde, visceribus terræ.
Tu vero vnicus inter mortuos liber: non potuisti
quia noluisti, videre corruptionem.
Nec putrefactum est tabernaculum animę tuę: a for-
titudine diuinitatis tuę, quę inhabitare non desine-
bat in eo.
Euge & letare quicumque diligis dominũ: quoniam
mortuus a morte surrexit.
Occisus est agnus, & reuixit: proiectus in terram, &
surrexit.
Pro corruptibili seminato in terra corporis grano:
immortale recuperauit atque glorificatum.
O felix cõmutatio dexterę excelsi: pro mortali de-
posito, glorificatum recepit agnus Dei.
Quare tacemus, o homines quæ ad nos hinc por-
tio deducta est immortalitatis nostrę: vitã æternã
quam reparauit & repromisit nobis.
Ibitis, ibitis corpora, ibitis dicimus in mortẽ: & cõ-
putrescetis ab elemẽtari inimicita, quæ compacta
est & habitat in vobis.
Sed nõ quid obliuiscetur misereri deus? aut relinque-
tur in stercore vita nostrã?
Suscitã suscitabis nos domine, in momẽto, in istu
oculi: in nouissima tuba.
Et surgemus incorrupti, & nos immutabimur: quos
cumque hoc munere donaueris.
Et fiet nobis a te, o largissime princeps, beata retri-
butio, felix cõmutatio, cum sederis in solio glorię
tuę quæ est sempiterna.
Benedictio, claritas, & sapiẽtia, & gratiarũ actio ho-
nor, virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula.
Et qui occisus est agnus, dignus est his omnib: quo-
niam resurgẽs a morte vitã inuenit, a progenie in pro-
geniem omnibus quęretibus eum in humilitate.
Gloria



DE MIXTIS IMPER.
Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in saecula saeculorum. Amen.

¶ Finit psalmus,

LIBER SEXTVS, DE MIXTORUM IMPERFECTORUM GENERATIONIBUS.

¶ Praefatio.

psal. 148



Vidit Psalmista, cum in spiritu psalleret Deo ex omni creatura, mirum in rebus ordinem: quod essent quaedam in generabilia profus & incorruptibilia certas leges sibi descriptas inuiolabiliter obseruantia, quas non praetergraditur in saecula saeculorum: ex quibus sunt nimirum caelestis spiritus atque virtutes, sol, luna, stellae, atque caelorum orbis. ¶ Sub quibus prospexit quaedam nulla habentia determinata legem suam generationis, sed verbo dei stare tantum: ut dum ille iusserit, & quando iusserit, gignantur & corrumpantur. Si enim dixerit altissimus, statim ignis de caelo, aut pluuia, aut granda, aut ros, aut pruina, aut fulgur, aut tonitruum descendit: & cum placuerit illi, statim cessabit. Nulla enim habent legem determinatam, ut perpetuo existere debeant. ¶ Sunt sub his viuentia omnia, quae licet secundum indiuidua non habeant determinatam subsistentiam, constant tamen ea secundum speciem generationem perpetuam habere stabilitatem. Quae ob hoc mixta perfectiora dicuntur, eo quod habent generationem & subsistentiam magis determinatam prioribus, quae facile subito aut gignantur aut totaliter pereunt, atque ob hoc mixta imperfectiora nuncupantur: de quibus modo praesentem insitumus tractatum.

CAPVT I.

De tribus aeris regionibus, earumque dispositionibus diuersis.

Quonia

FECTIS: LIBER V. Fo. 80.

Quonia autem imperfectiora illa mixta corpora in aeris regione pene omnia videtur generari, iccirco de ipsius aeris dispositione atque diuisione primum dicendum. Aer itaque versus diuersus, in tres regiones, seu partes diuisimode qualificatas distinguitur nepe supremam infimam, & mediam regionem. Prima & suprema quonia igni est proxima & contigua, circulariter cum ipso igne, ad motum primi mobilis & aliorum caelorum, rapitur. Estque perpetuo calida, tum propter vicinitatem cum igne, tum propter hunc violentum raptum & motum, qui per se ad calorem faciendum est sufficiens. ¶ In hac autem parte nubes haudquaquam generari possunt, neque reperiri, neque conseruari tum ob nimiam ipsius a terra & mari (vnde nubem eleuari debet materia) distantiam, & nimiam altitudinem ad quam nubes nequeunt pertigere, detere & remorari in media regione aeris: tum propter calorem & motum circularem, qui impedit nubium congregationem. Leuantur tamen ad eam exhalationes calidae & siccae, quae ob caloris & leuitatis copiam, facilius quam nubes densiores, aut vapores earum materia, possunt ascendere, & minus detineri: quae exhalationes, in aeris hac summa regione varias faciunt apparentias, ut statim dicetur distinctius. ¶ Infima autem regio terrae vicina, ob reflexionem radiorum solis a terra reuerberatorum, vehementius incalescit: tum etiam propter vapores & exhalationes (quae calidae sunt naturae) a terra & aqua eleuata. ¶ Tertia aeris regio, ea est portio, quae inter summam & infimam iteri acet media. Hac vehementer constat frigidam esse, ex ipsius effectibus quos in ea percipimus generari. Ad eam enim non pertingit illa dicta radiorum solarium reflectio. Neque eius ad ignem tanta est vicinitas, neque circulari ipsa rapitur motu. Quae in semetipsa existens frigida quia & a sphaera ignis distat ut ab ipso calor ei non veniat, & reflexio a terra solis radij ad ipsam versus non perungit, sicque inter duo calida velut media constituta, inter supremam dico & infimam regionem, suum hac ratione frigus vehementius intendens, valde infrigidatur, condensatur inspissatur, ea actione quam naturales per antiperistatam



DE MIXTIS IMPER-

stasim vocant, id est, per contrarij circūpositionem
CAPVT II.

Quid actio per antiperistasis, & quomodo per
talem actionem media aeris sit multū frigida

Quæ res vt cum sequētibz impressionibus
clarius cōspiciatur, præmissum atq; præcog-
nitum oportuit, quæ sit huius actionis qua
dixim⁹, virt⁹ atq; natura. Cū igitur cō-
tingit cōtrariū a suo cōtrario ita circūdari atq; con-
cludi, vt virtus actionis eius nō possit foras exire,
ob fortē cōtrarietate vnde quaq; impediētē, tūc ne-
cesse est reflexā hāc virtutē in eo a quo emittitur re-
ceptam duplicari atq; fortificari.

Huius est ex-
perientia, quoniā hyeme hominū interiora multo
calent amplius, concoquunt facilius & consumunt
ardentius, quam æstate mediā, quando ab interiori-
bus egressus calor nō reuerberatur a circūstante aere.
At hyeme, a vehemēter frigido aere circūstante re-
uerberatus duplicatur in intimis. Id ipsum patet in
lignis & facibus & cadelis. Multo enim est horū flā-
ma viuatior, hyeme, q̄ æstate. Eadē hęc ratio est, qua
re qui frigidiora loca habitāt, ampliori cibo sint, &
maiori egeāt nutrimento, is qui in calidioribus, cū
tamen calidiores ex cutis nigredine existimare possunt.

Arist. 2.
meth. de
grādine.

Sic (vt ad propositā rem reuertamur) cum
media regio aeris frigida, includatur inter summā
& infimā calidas regiones, ipsa se fortificat; & tūc
magis, quādo contraria sunt fortiora. Nam in æstā-
tis medio, cū ista inferior pars aeris sit propter direc-
tam radiorū solariū reflectionem calidissima, me-
dia portio aeris econtrario efficitur frigidissima.

Hyeme vero, quādo non est multa contrarietas, mi-
nus est frigida. Hæ autē portiones aeris, nō ha-
bent terminos omnino determinatos, sicut nec ele-
menta. Nā per motū cœlestiū corporū adductis cō-
iunctionibus frigidis vel aqueis, elemētū aquę cres-
cit, & aer minuitur. Adductis vero coniūctionibus
quæ pro aeris faciunt generatione, vt calidis & hu-
midis, minuitur aquæ sphaera, & crescit aeris portio.
Hyeme enim, aquæ plusquā æstate abūdāt, & æstate
plus

FACTIS LIBER VI.

Page 84

plus quam hyeme, crescit aeris terminus, ita cōtin-
git, regionem mediam vno tempore esse maiorem
vt in hyeme, vere, & autumnō, quam estate, quan-
do directā & fortissima solariū radiorum reflexio
etiam illud ad infimā partē trahit, quod alijs an-
ti partibus, cum nō ita calor præualeat, ad mediam
peruenit. Hæc antiperistasis duob⁹ potest modis fieri,
quippe per partiū cōtractionē, & maiore cōpactionē
Et per qualitatis actiūq; a fortiori circūseptæ incre-
mentū, reflexis speciebus.

Caput III.

De is quæ in suprema aeris regione generantur.

Per influxus vero astrorū, & per calorem solis
eleuantur a terra & ab aqueis locis (vt ex ma-
ri fluminibus, paludibus) subtiles & tenues
quidā fumi; qui si multū subtiles fuerit, vehemēter
calidi & siccī, dicuntur exhalationes. Si vero densi-
ores, calidi temperate & humidi, vapores dicuntur.

Exhalationes autē hæc, cum sint leuiores, facile in
infimā & mediam regionem penetrantes, ad super-
mam perueniunt: vbi cum aere circūactæ in quō
sunt, & hoc motu vehemēter calefactæ, ac prop-
ter ignis vicinitatem inflammata; iuxta materiæ
diuersas dispositiones vel vniformiter vel diffor-
miter succensæ, miras exhibent species, nunc draco-
nū, nunc caprarum, nunc lancearum, nunc cande-
larum, vel facum ardentū.

Sunt enim plerūq;
exhalationes viscosæ, & facile propter siccitatē in-
flammabiles, quarum partes sæpe contingit secūdu
opacitatem vel densitatem difformem non simul
succendi, aut simul etiā succensas nō similiter arde-
re atq; lucere, vt cū pars anterior, crassior & densior
nō ita velociter succenditur, aut nō ita plene q̄ pos-
terior quæ est rarior. Atq; iuxta hāc dissimilitudinē,
diuersas cōtingit rerū apparētias videri quorū
cōplures Aristoteles primo Meteororū libro enu-
merat. Sæpe autem conspiciuntur tāq; volitantia sy-
dera, quæ nō sūt æstimāda e firmamēto proiecta ad
nos cadere, sed sunt hæc, dum exhalatio inflāmata
sursū querens moueri a nube deorsū pellitur, sicut

quid vā
por, &
exhalas
tio.

Quid
hiatus
L
etiam



DE MIXTIS IMPER

etiam regione cōtingit videri hiatus absq; inflāmā
tione, quādo nō inceditur exhalatio, propter defectū
viscositatis, & illuminata in partib⁹ extrinsecis pro
pter earū raritatē, medio autē ob sui opacitatē nō il
luminato, velut profunditatē inter mediam videre
nos existimamus: quę si magna fuerit, vorago: si nō
ita magna, hiat⁹ nominatur. Sic autē vorago nobis
aut hiatus apparet, quomodo pictorū ars eadē volēs
effingere, circūiecto lucido colore atq; aereo per cir
cuitū, in medio colorē crassum atq; obscurū inter
miscet, vt sic vel puteus vel hiatus aliquis appareat
dum in medio claritatis sese mōstrat obscuritas atq;
huiusmodi impressiones phantasmata dicūtur, appa
rent enim quod nō sunt. Ex diētis igitur facile est
harum descriptiones colligere, quippe vt stipulę ar
dentes sint exhalatio (qua calidā & sicā diximus)
mota ad supremā aeris regionē & ibidem ignis vici
nitate incēsa, habens figuram stipularū ardentium.
Torris, est exhalatio ad aeris supremam regionem
euecta, atq; in sola lōgitudine, siue latitudine ardēs.
Capra saltas est exhalatio in suprema aeris regione
incensa, paulatim & carptim ab vna parte, ad alterā
flamma discurrete, quod si exhalatio talis veluti scia
tillas quasdā spuat, scintille dicuntur. ☉ Stella era
rans est, exhalatio in suprema aeris regione, secun
dum longitudinē & latitudinē multas habens par
tes exiguas, diffusas, & incēsas, etiā quo ad crassiciē.
Sic lancea volans, eiusmodi est exhalatio, læcē ima
ginem referens. Ignis perpendicularis exhalatio est
perpendicularē figuram exhibens. Ignis fatuus
seu candelā ardens, est exhalatio ad inhām aeris re
gionem eleuata, & ibi per antiperistasis incēsa, que
dum querit ascendere sursum, a frigore medię regio
nis depellitur, & apparet quasi saltans, loca declinā
ta quęrens, vnde & ad aquas ducit sequentem.

CAPVT IIII.

De generatione cometę.

Ari. 1. li.
Meteo.

Apparent autem interdū in stellarum modū
cometę. Est autem cometa non congrega
tio multarū stellarum, neq; de natura celestia
neq;

PECTIS LIBER VI.

neq; quo ad corpus neq; quo ad caudam, sed tota
est de natura elemētari. ☉ Generatur autē hoc mō
do, cum enim virtute solis & aliorū astrorū eleua
tur multa nimis materia, calida & sicca, grossa, &
pinguis, beneq; inflāmabilis, ab his terrestribus visq;
ad summam aeris regionē, vbi circūgirata ad motū
aeris inflammatur æqualiter, & aduenientibus cōti
nuo exhalationibus multū diuq; nutritur, generat
cometa, Cuius materia si sit in medio grossior, & in
circūstantibus partibus rarior, videtur tamq; crinit⁹
& vocat stella comata. Si partes hę lōgius deorsum
protendantur, dicitur caudata. Si vero partes subti
liores fuerint inferius demissę, dicitur stella barbata
☉ Fit autē cometa potissimū autumnali tēpore, quā
niam tunc & calor est materia sufficiens eleuare, &
caloris temperies facile permittit absq; dispersione
materiam bene conglobari & conuiscari: quod in
æstate non sic permittitur, quando etiā non sic faci
le grossa exhalatio (propter solis ardorē dissipatē,
& medię regionis summā frigiditatē) valet ad sum
mam regionem transcendere. Verno autem tēpore,
non est plerumq; calor tantā materiam sufficiens ele
uare. Hyeme vero, & frigus & humidum repugnāt
☉ Est autem cometa signū cōmotionum, bellorum
litū, traditionū, hac potissimū de causa, quia tempo
re generationis cometę dominatur calor qui cor
pora animosq; hominum ad huiusmodi accendit.
Peculiaritet vero principibus dicitur portendere
mortem, quoniā aer qui tunc crassior est & viscosio
r ex materia cometę, principibus delicatis & tene
rioribus solet facilius nocere, q̄ rudibus agricolis.
Spirat preterea magna vi venti, ob ariditatem nim
iam, exhalationes siquidem minus viscosas, atq;
ideo non inflāmabiles, in vētos abite docet Aris.
Vnde & narrat nocte apparēte cometa, interdū in
gente quātitate lapidē vento sublatū, cecidisse. Ni
chomacho quoq; Athenis imperante, cometa appa
rēte, magna ventorū vis circa Corinthum debaccha
ta est. Generatur autem, aliquando in septentrione,
aliquando in Austro, quoniam ab occasu æquino
L 2 etial



DE MIXTIS IMPER.

stali, mouetur autem ad motū Aristo. exhalationē attrahentis, aut iuxta motum supremæ regionis, ab oriente uidelicet in occidentē, Seneca tamen asserit nonnunq̄ ferri ex septentrione in occidentē per meridiem, & ex septentrione in orientē, Quod & se viderisse asseuerat, cuius causam materiā assignat ipsam qua nutritur, ipsam siquidē flamma incendendo sequitur, vt est in suppa videre.

De galaxia siue via lactea. CAPVT V.

Ueta mentiuntur, currū solis a Phaetonte no puicio ductore male deductū, cōbussisse aliquā partem cæli, quam hac de re albam asserabant. Sed vt cætera fere poetarū omnia, etiam hoc commentum est, & fabula vana. Luxta veritatē autem sentiendū est, aliquam esse partē cæli, in qua multorū astrorum lumē receptum, per reflexionem facit albi coloris apparentia: & hæc est galaxia, siue via lactea: quæ tamen non semper appareret, propter nubili aeris intersticiū. Aristotelem visum est, galaxiā videri propter receptionem luminis, in exhalatione calida & sicca & rara. Verū nihil prohibet, & sic viam lacteā a nobis demonstrari. Ceterum galaxia, græca vox est, a nomine γαλαξ quod lac significat vnde galaxia dicitur, quasi lactea via, id est, alba cuius coloris est lac.

CAPVT VI.

De ijs quæ in media & infima aeris partibus generantur pluuiæ, grandine, niue, pruina & nebula.

Vm vero eleuatur a corporibus aqueis: per virtutē caloris solis & aliorū astrorū, vapor qui est calidus & humidus, tāti caloris, vt sufficiat moueri vsq̄ ad mediā regionē aeris, vbi in nubem condensatur, ratione frigoris quod ex sua natura cōdenat, hoc pacto varia sūt imperfectorum mixtorum generatio. Si enim nubes illa in aquā resoluatur, incipitq̄ guttatim decidere, generatur pluuiæ: cuius guttæ si paruæ fuerint quantitatis, imber dicitur si magnæ & rariores, labrocera, Si vero etiam pluuiæ, mediocres simpliciter vocabitur: tametsi hoc ipsum nomen secundum generalem acceptio-

Quid circula-
teus.

Galaxia ele-
mētatis.

Quæ ses-
quantur
tractat
Arist. 2.
lib. Met.

Pluuiæ.

PECTIS LIBER VII.

ceptionē etiā imbrī & labrocera nonnunq̄ accō-
modetur, quod autē dictum est pluuiā in media aeris regione ex nube generari, accipiendum est vt in plurimum, nonnunq̄ enim & in infima fit (sicut in suprema nūq̄ ob nimium æstum vaporē congelari prohibentem) docet enim experientia pluuiā maximis guttis decidentem, nō nisi ex infima regione descēdere, nam quo ex altiori loco per aerem descendit, eo partes minores fiunt, vt in aqua ex eleuato aliquo loco effusa videre, non fuerit admodum difficile. Pluuiæ rotunda est, quod ea figura ad resistēdum apta est aeri, per quē transit. Pluuiæ quoq̄ falsa est nonnunq̄, eoq̄ vapores nonnunq̄ nimium terrestres leuantur, qui non cōcocti aquā falsam generant, aut veluti exustam, vt de falsedine maris dicitur. Descendūt quoq̄ ranæ cum pluuiæ, imo (iuxta albertum) vituli, nec mirum vsq̄ adeo hoc videri debet, cum huiusmodi terrestribus vaporibus sursum leuatis, virtute adsint quatuor elementa, ad cuiuslibet missi generationē requisita, & corpora celestia agentia, cū primæ cause concursu ad hæc sufficiētia, Primum pluuiæ signū sydus volans, Secundum rubedo matutina, Tertium quærela ranarum Quartum acrior morsus pulicū. Quintum quando sol solito citius mane apparet. Si vero nubes in media regione postq̄ fuerit versa in aquam, cōgeletur a sursum perueniente immodico frigore, & sic descendat, grandinē habemus: quæ tantæ nonnunq̄ quāti tatis reperitur vt lapides magni pōderis in ea inueniātur cōclusi. Quos non est existimandū generari in media aeris regione, sed nimio calore cū vapore simul sursum tractos fuisse, Cuius rei argumentū videri potest, quod lapides eiusmodi in grandine eis globis repositos, cōpertum sit plerumq̄ igneæ naturæ esse, & velut virtute igneā continētes: vnde fit, vt propter inhabitantē igneā naturam, facilius sequatur, solis per calorē trahentis impressionē, grandio rotunda est ferre figura, quia est pluuiæ cōgelata, & aliquādo ingētis magnitudinis, quod fit quia ilico pluuiæ congelatur, anteq̄ in minutas guttas dispergatur. Ratio de

Grando

L 3 pluuiæ



DE MIXTIS IMPER

pluuia dicta est, quod nonnunquam animalis speciem te ferat, causa assignatur, dominiū alicuius astri, tale animal producere nati, in vere & autumnō potissimum cadit. Non solet autē grandō fieri hyemis tempore, quia tūc media aeris regio non est multū frigida: neque rursus ita frequēter media aestate, propter calorem nimium, qui tam crassum vaporē non facile permittit sursum scādere. Videtur enim grandō plus materiae exigere, quā pluuia & frigus multo magis. In vere autē & in autūno solet frequentius acciderē. Tūc enim & calor est sufficiens eleuandae materiae, & non immodicus vt dissipet eam: est etiam humiditas copiosior maxime in autumnō, quo vapores generentur facilius & copiosius. Nihilominus tamen etiam aestate media cōtigit generari impetuosam grandinē, cum cōtigerit materiam sufficientē sursum eleuatā esse. **Nix** vero fit, quando nubes ante congelatur, quam in aquā sit versa: quare & nix cōpacta, difficilius dissoluitur a sole, quam glacies.

Nix.

Ros.

At si eleuatur vapor modicus & subtilis, non habens sufficientē calorem, vt possit ad mediā regionem tendere, tūc in infima regione per frigus nocturnū ros generatur, quādo nubes vertitur in aquā: qui fit maxime verno tēpore, quando minor est calor, & frigus nocturnū sufficiens, ad cōuertendum modicum & subtilem vaporem in aquam.

Pruina.

Si vero vapor subtilis prius cōgeletur, quā in aquā vertitur, habemus pruina. Fit autē pruina tēpore duriori, flante borea potissimum. Ros contra, flante austro.

Caligo.

Quod si iuxta terrā pēdeat sterilis vapor, id est, non satis humidus, vt ex eo possit aqua generari, neque satis calidus vt possit sursum eleuari, dicitur nebula vel caligo: quae solis virtute dissipata praesignat serenitatem diei. Testimonium enim dat, quod non sufficiat pro reliquis impressionibus vapor eleuatus. Ros autē vt natura calorificus, rorilētas segetes collectas putrefacit, calor enim omnis externus putrefactiuus est. Quibus quoque letale ventris fluxū generat, ob humorem

PECTIS LIBER VI.

rem multū viscosum, nec satis excoctū, vnde pastor non prius oues educunt, quā sol suis radijs rorē summis graminibus herbisque herentē, deuorauerit.

Pruina plerumque saetet, ob terrestre admistū, & frigore impediēte, non consumptū, quare & aqua, ex pruina dissoluta, insaluberrima est, & maxime noxia. Pruina descendēs serenitatis diei indicium est, sursum vero vecta, oppositi praenuncia est.

Pruina.

CAPVT. VII.

De fontium & fluuiorum generatione.

De fontibus autem & fluuijs non est credendum generari ipsos ex cōcauitatibus, in quibus aqua collecta per pluuiā hyemis tēpore referuarentur, vt fluētes fluuios facerēt vel fōtes. Sic enim non esset cōstans neque stabilis cursus fontium & fluuorum, sed aliquādo possent deficere, euacuato illo receptaculo. **Igitur** hoc pacto intelligēda est eorum vera generatio. Aer enim qui in poris terrae includitur seque ipsum (cum maxime sit natura fluidus ac subtilis) terrae per poros immiscet, per nimium frigus (quod in terra abundat) cōdensatur facillime in aquae guttulas, quae paulatim in vno locū descendentes, fontis principium praebent aut flumini. **Huius** signum est, quia iuxta montes & ex montibus conspicuntur egredi fōtes & flumina: & sicut ex magnis montibus magna flumina, & quasi maria quaedam, ita ex paruis montibus modici fontes egrediuntur, & modici velut rivuli. Non autē in locis planis videtur generari. Cuius est causa, quoniam cum sit motus a terra eleuatus, potest ex omni parte aer facillime ingredi: & insuper dubium non est montes habere poros & cōcauitates maiores, quāto sunt soli viciniore & magis expositi, quā terra in locis planis, intra quā non sic potest aer sese immittere neque immiscere. **Quod** si quis incredulus neget tantū aquae posse cōgregari, vt tanti fluuij inde generentur, videat quādammodū humiditatis tēpore circiter domorū vitra, aer in aquae guttulas versus in vnum cōfluēs, saepe magnā aquā circū vitra fundat ita vt etiā in terra defluat copiosius. Attendant rursum, quomodo hyemis tēpore, ex vapore adhaerente

Gñatio. fōtium. & fluuiorum ex Arist. sententia.

linguibus.



DE MIXTIS IMPER

unguibus, ratione frigoris, generatur statim aqua. Attendat nimia fluxibilitatem aeris & terrae frigoris valde condensatum: & his omnibus consideratis, desinat esse in credulitate, factus fidelis. Si quis obijciat, prius dictum est aerem decuplo aquam excedere, & ob id caernas terrae & montium, tantae quantitates aeris capaces non esse: illi respondetur, tantum aerem non contineri simul, sed vno corrupto, alterum mox succedere necessario, ne vacui illi recessus maneant, quod natura maxime abhorret. Ad haec in montibus multos cauos recessus esse. Magnificet igitur hac in re diuinam magnificentiam, quae sicut pro terra fecunditate, pluias, imbres, grandines, niues, rorem, donat atque pruina, ita de subiecto facit scaturire aquas nostris visibus familiaribus aptas, vt his indeficiente re creati, non deficiamus coram eo (qui nos sic abunde semper consolatur) in vlla gratiarum actione.

CAPVT. VIII.

De maris falsedine, eiusque fluxu & refluxu.

Aristo. in fine. 2 lib. Me.

Maris falsedo generatur, ex permixtione exhalationum adustarum: quae permixtae cum vaporibus, copiose in mare patentissimum incidentes ipsum faciunt amarum & falsum. Calidum enim adustum, humido permixtum, facit saporis amarum: quod patet in lixiuo & vrina. Aquae tamen pluuiiales, quae ex mari euaporantur, non sunt amarae: quoniam eleuantur vapores puriores, & alterantur per virtutes caelestium. Item flumina, si quae fluunt ex mari immediate, per meatus terrae transeuntia, colantur vt perdant suam amaritudinem, & accipiant dulcedinem, depurata. Huius etiam signum est, quod aquae maris quae in cereuis vas vnde quaeque coelsum per poros ingrediuntur, dulces fiunt: quoniam illa terrefactas crassior, fortis manet. Dicunt tamen quidam mare ab initio amarum fuisse creatum: quae sententia priori penitus non repugnat, sed constat pariter, vt & secundum naturalem conditionem amaritudinem habeat suae falsedinis, & nihilominus idem efficiat amplius causa quae diximus. De fluxu autem & refluxu maris si causa requiratur, ex luna etiam oportet assignari, quae dicitur

PECTIS LIBER VI.

quae dominatur humidis. Luna enim ascendente supra horizontem in quo est mare, ab orientis puncto vsque ad punctum meridiani, fluit mare. A puncto autem meridiani ad occasum declinante, refluxit. Iterum ea ab occidente ad angulum noctis pergit, fluit: ab angulo noctis, ad orientem, refluxit. Quod autem fluxus nunquam eadem hora incipiat, sed quotidie paulo minus vna hora serius, lunae motui quo ab occidente versus orientem tendit, est adscribendum, inde enim est, quod serius quotidie exoritur, consistit siquidem proprio motu quotidie, tredecim gradus cum vndecim minutis, & gradus quindecim, horam efficiunt. Quod autem maria alio quando fortius fluant & refluxant, quam alio tempore est ex vicinitate lunae ad maria. Quando enim luna directe respicit mare, existens supra horizontem, multo fortius mouet, quam quando existens sub horizonte, per reflexionem virtutis tantum operatur eundem effectum. Virtus siquidem tantum reflexa, est minor, & directa debilior. Eodem etiam modo, aliquando mare crescit, aliquando decrescit: nunc condensatur, nunc rarefit. In nouilunio siquidem, veriusque & solis & lunae iunctum impeditur ne valeat aerem subtile seruare: quare ingrossatus, in aquam magis tum vertitur: propter quod mare in nouilunio substantialiter crescit. In plenilunio etiam veriusque iunctum non prohibetur rarefaci aquas maris & crescit per rarefactionem, non per substantiam: quae & homines in se facile, si aduertant, experiri poterunt.

CAPVT IX.

De ventis & eorum generationibus atque diuersitatibus.

Venti generantur per solis virtutem, euaporata a terra exhalatione calida & sicca quae quae rensursum ascendere, & a frigido obuiate repulsa, secundum diuersos occursum & repulsus, diuersimode circa terram agitur & mouetur lateraliter. Qui etiam a regionibus ex quibus statim conspiciuntur habere, nomina accipiunt, & naturarum suarum conditionem diuersam. Ex regione namque orientis, flat ventus orientalis: qui est iuxta conditionem suae regionis calidus & siccus conueniens cum colera, aestate, iuuetute, & igne.

Aristo. quae sententia tractat. 3 li. Meteororum

L 5 igne,



DE MIXTIS IMPER.

igne, in qualitatibus naturalibus. Regio occidentalis cum suis vêtis est humida & frigida, conueniens cum flegmate, hyeme, senectute, & aqua, Regio septentrionalis, quæ a septẽ stellis quæ triones nominatæ sunt a poetis, hoc sumpsit vocabulũ, habet vêtos frigidos & siccos, Quæ in re cõuenit cum melancolia, autumnõ ætate decrepita, & vltima senectute, atq; cũ terra, Ex parte meridionali, australes sũt venti, calidi & humidi, similes sanguini, veri, aeri, & adolescentiæ. Vocatur autem hij quatuor vêtiti principales, Subsolanus, Zephyrus, Boreas, & Austro, qui & alios habet sibi collaterales hinc & inde: quos nõ laboramus nunc curiosius distinguere, vt & nautis sua relinquamus, quibus nos antecellant. Hos roget, quisquis ea volet cognoscere exactius, atq; distinctius dinoscere. Generantur autẽ venti ex sicca exhalatione, sicut pluuia ex humida euaporatione, & a sole generatur: qui etiam eos dissipat maiore exortus ardore, resoluẽs in aerem atq; dissipans. Nonnũq; autem cum vaporibus humidis cõmixti simul, & eis coniuncti, pluuiam faciunt. In terram quoq; possunt resolui, sicut vapor in aquam verum id & difficilius est, & rarius. Seneca quoq; dicit vêtum esse aerem motum, asserit & aëri quandam spirandi atq; seipsum mouendi vim esse innatam, nimirum, cum putandum non sit, aerem præceteris elementis, inertem ab ipso omnium conditore esse relitum.

CAPVT .X.

De terrę motu.

Quando autem contingit intra viscera terræ plurimas generari exhalationes in concavitatibus ipsius, per virtutem solis atq; aëris ex materia ipsius terræ, & humiditatis terræ immersæ, si egredi nequeat, ob nimis compactam terram, & nimia ventorum grossitiẽ, necesse est terrę fieri motum in aliqua parte. Qui si in latum fiat, tremor dicitur: vbi vero eleuatio sit collis in altum dicitur pulsio. Et hoc terræ motu contingit ciuitates opprimi, & montes generari, & etiam subruere. Nec

TECTIS LIBER VI.

Nec est mirandum, tantam habere vim exhalationem inclusam intra terram, quoniam videmus ex modicis spiritibus in hominibus exitum querẽs, magnos subinde tremores fieri. Auditur autem aliquando sonus multo ante terremotũ, ex cõcussione exhalationis ad latera terræ, genitus, Cæterum durationẽ habet iuxta exhalationis magnitudinẽ, & firmam solidãq; terræ cõpactionem. Signa aliquot futuræ terræ motus sunt, Primum, si mare nullo vento spirante subito intumescat. Secundũ si aues solo pauide insideant. Tertium si aquę in imo puteo turbulente sunt.

CAPVT XI.

De tonitruo & fulmine.

It quãdoq; vt pariter eleuetur vapor calidus & humidus, atq; exhalatio calida & sicca, pariterq; ascendant in mediã aeris regionẽ: vbi qñ contingit calidam & siccã exhalationẽ nube ex dicto vapore genita, velut pelle circũdari, propter antiperistatim cõtrariõrum, vehementius exhalatio ipsa incalescit, & exitum hinc inde petens, nubẽ concutit: quã cum a parte inferiori, quę debilior est frangit, egreditur fulmen, hoc est exhalatio insãmata, vel ante egressũ per nimia caloris vim, vel in ipsa concussione (sicut ex cõcussione lapidũ naturę igneę, exoriuntur scintillæ) quæ ad terras propulsa, propter suã subtilitatem, corpora rara & peruisa absq; nocumento citius pertransiens, in interiora solet magis densa magisq; resistẽtia plerũq; deferuire, ipsa cõstringẽdo vel adurendo, Nam intacta velle, hominẽ cõsumit, & carnibus illis, sæpe ossa adurit, gladiũ quoq; frãgit, vaginã nil ledẽs. Ceterum licet secundũ tẽpus prius se nobis coruscatio, per lumen manifestet, cõstat tamẽ prius tonitruũ esse, & fulminis coruscationẽ ex nubiu cõcussione (quæ tonitruũ dicit) generari. Idq; hac de causa, qm sicut intellesi oẽm sensũ præuolat, ita vis ceteris sensib; spiritu alior ateuertit auditũ. Cui rei argumẽto sũt, qui ligna cõdũt in siluis, quos videmus securim iã in altũ eleuasse ad denuo seriẽdũ, priusquã aures ad nostras primũ

Quid fulmẽ & tonitru.

Nota de fulmine

Vis an ticipit auditũ.



DE MIXTIS IMPER.

primi ictus sonus deuenit. Quoadmodum vero in terra, ex cōiunctione vaporis cū exhalatione generantur lapides, ceteraq; mineralia, ita cōtingit in superioribus quoq; lapidem generari ex inclusione diutina exhalationis, & eius cōiunctione cū nube quæ est frigida & aquosa: qui cū fulmine deiectus, cuneus fulminis vocatur. Patet ergo quem admodū & v̄torū & terræ motus & tonitruū atq; fulgurationis eadem pene sit materia, ipsa videlicet exhalatio. Super terram enim agitata, facit ventum; in terra terræ motum, in nube aut tonitruum, Aduersus fulmen, remedia sunt, loca subterranea, non enim profundius quinq; pedibus terram intrat. Secundum est, pellis vituli marini, ex quibus orbis imperatorū tētoria fieri solent. Tercium est, laurea corona, nam Lauris fulmine non leditur.

CAPVT. XII.

De halone siue corona.

Per refractionē autē luminis in nubibus aquosis, cōtingit diuersas fieri apparentias. Cū enim nubes vniformis & in omnibus partibus æquararitatē aut dēnsitatē habens directē sub sole, luna, aut astro inuenta fuerit, incidit in eam ab obiecto lucido astro luminosus radius, & nubis ob cursu refringitur. Prohibetur enim directē vltē procedere, propter nubis vniformem dēnsitatē; atq; ita per extremitates nubis vbiq; diffunditur. Et per hanc refractionem apparet sub astro magnus circulus, lumine collustratus, in modū lucidæ coronæ quæ halō dicitur. Cfit autē & sub sole, & sub luna & sub planetis alijs, sæpius tñ circa lunā, q̄ circa solem. Nā sol feruido suo calore, materiā nubis disgregat, neq; diu eā sub se cōsistere permittit. Luna autē nō tantā habet vim dispergēdi materiā, quantā sol & ideo facilius potest apparere sub ea halon. Eadē ratioe & circa astra sæpius apparet q̄ circa solē. Verū id fit cū nubes debilis est & sterilis, vt nec ventū valeat nec pluuiam parere. In nubib; em̄ aquosis & spissioribus, non videretur astrum, ita suū lumen posse spargere propter virtutis debilitatē. Caput

Halon sub sole luna, & astris.

FACTIS. LIBER VI.

Fo. 37.

CAPVT. XIII.

De generatione Iridis

Iris autē sic generatur, in nube aquosa & vt in imbrem soluat parata, e regione opposita solis aut lunæ, refringūtur radij luminosi solis aut lunæ, eiusq; imaginem obscure & imperfecte exprimit, propter nūmiā distantia, & interfectionem vaporū inter solē & nubē, Et inde apparet in ea nube arcualis figuræ Iris, tribus distincta & adornata coloribus, videlicet puniceo, viridi & purpureo. Quæ Iris tricolor. Colorū distinctio inde sumitur quia radius luminosus quāto lōgius protēditur, tāto debilior fit, & minus habet luminosę claritatis, & magis ad obscuritatem atq; nigredinē tēdit, propter quod, radius fortior ille qui prius puniceū habebat colorē, debilior factus cōuertitur in viridē. Color em̄ viridis magis ad nigredinē tēdit & obscuritatē, q̄ puniceus. Ac rursum, idē radius factus debilior, tandē cōuertitur in purpureū, qui amplius q̄ viridis ad obscuritatē accedit. Differūt autē Iris & halon, quia Iris fit ex opposito solis aut sui astri, halō autē directē semper sub astro. Iris etiā propter nūmiā distantia a sole, apparet nigrior: halon aut, albius & fulgidior, propter breuiorē & fortiorē radij refractionē, ratione vimitatis ipsius ad astrū. Rursū nō tantę durationis est halō sub sole, quāte Iris ex opposito solis. Quia enim ille soli est propinquior, iccirco citius dissipatur & disgregatur ab eo. Hęc autē lōgius distat. Vnde nō ita cito dispergitur, diutiusq; valet consistere. Præterea, halon semper integer circulus apparet, & vere est, Iris autē nunq; nobis apparet integer circulus, aut portio maior semicirculo: sed vel semicirculus, vna extremitate vnā nostri horizonis partem tangens, & altera oppositam, aut est portio minor semicirculo. CNotandū autē quod nonnunq; videre cōtingit simul duas Irides, aut interdū (licet rari?) etiā plures. Duę aut Irides cū simul apparent, eisdē quidē colores habēt, sed situ diuerso: ita vt altera habeat puniceū, viridē & purpureū, altera aut cōtrario ordine, purpureū, viridē, & puniceū. Et illa quæ apparet

Quo si mus plures Irides desvide ri cōtingat.



DE MIXTIS IMPER.

apparet debilior imago est alterius fortioris. Quatio autem tres apparere cōtingit, etia vsq; adeo debilis est vt vix videri queat. Nam tertia cū apparere debet illa fieri ex refractione radiorum secūde, qui valde sunt debilis virtutis. Et habet tertia debilissima semper colores similes primæ & fortissime, purpureū scilicet viridem & purpureū, Neq; enim cōtingit plures duabus simul apparere aut fieri in colorū positione differentes, sed tertia sepe primæ est similis. ¶ Sed & hoc notādum est, quod quāto sol supra nostrū horizontem magis eleuatur, tanto minor apparet Iris. Atq; ob hoc in meridie, Iris fit minima. In ortu vero vel occasu, maxima que fieri potest, cōspicitur. Eadē quoq; ratioe, in medio æstatis circa solstitiū æstiuale, quādo prolixiores sunt dies, in meridie non potest omnino apparere. Post vero equinoctium autumnale, quādo sunt dies breuiores, potest per oēs horas diei sese manifestare.

¶ CAPVT. XIII.

¶ De Parahelis.

Parahelis quid,

¶ Ceterū, parahelij generatur ad hunc modum. Cū enim nubes bene densa & cōtinua regularis & vniformis, sita fuerit nō sub sole, neq; ex opposito, sed ad latus eius propinqua, vt vertatur in pluuiam, nōdū tamē versa, in illa sol per suorum radiorum refractionē suā exprimit formatq; imaginē, sicut suā imaginē effingit sol, in æreposito & bene terso. Hęc autē imago solis ad eius latus consistens, dicitur parahelios ἀπαρῶς, quod Græcis iuxta significat, & ἰδιος, quod solem: vt dicatur parahelios, quasi iuxta solē. ¶ Dicitū est autē nubē illā debere esse dēfā, vt meli⁹ refractionē faciat cōtinuā, vt in tegriorē solis suscipiat imaginē: regulare quoq; & omnino vt magis vniformē vniformē, veriorē & pfectiorē exprimat imaginē propinquā etiā verti in pluuiā, vt cōmodius in ea representetur solis imago, sicut in aqua pellucida, atq; nōdū conuersā: quā si conuersa iā esset, partibus discontinuatis nō esset apta solis imaginem suscipere neq; exprimere.

¶ CAPVT. XV.

Differ

FECTIS: LIBER VI.

¶ Differentia parahelij ab halone & Iride

¶ Differt autem parahelios ab halone & Iride, primū quidem ex situ loci: quia neq; sub sole fit, vt halon, neq; ex opposito vt Iris. Nā illic quidem sol materiam suā virtute dispergeret, hic vero propter nimiam distātiā refractione esset nimis debilis, quæ non sufficeret ad imaginem solis effingendam. Sed medio modo ad latus constituitur parahelios, vt sol nubis materiā nimia propinquitate dissoluere hequeat, & copiosius ad nubem radij peruenire possint, que sufficientem faciunt refractionem, ad solis imaginē efformandā. Quædam modum autem ad latus solis in nube eiusmodi, qualis supra descripta est exprimit sol suā imaginē, ita potest facere & luna (quāq; cetera astra, ad perfectā talem imaginem & similitudinem omnimodam efformandam non videātur sufficientia) propter quod sub parahelio etiam imago lunæ cōprehendi debet. Contingit autem hoc solū vnum parahelium, verum etiā plures simul apparere. Testatur enim Plinius, tres simul lunas Gn. Domicio & L. Anno cōsulibus, apparuisse. Non quod secundum veritatē tres lunæ fuerint sed quia vna vera & duæ imaginēs. Propter similitudinem enim cōmune habent nomē, quemadmodum homines imaginem ipsius cui⁹ imago est nomine, solemus se designare. Et in tempore natiuitatis saluatoris nostri Dei, feruntur tres simul apparuisse soles, id est, sol vnus verus cum duobus parahelis: qui tandem in vnum conuertes & conuenientes, significabant (vt recte credimus) sanctissime trinitatis in vnitatem mysteriū, quod iam per Christi ortum erat palā in toto orbe faciendum, quodq; is qui mūdo tū nascebatur sol iusticie inhabitantem in se haberet plenitudinem totius diuinitatis. Et quod cum Christo homine & pater & spiritus sanctus vna essent substantia, & vnus Deus, vna lux, vnum lumen increatum & æternum, quod est benedictum in sæcula. Amen.

¶ Hęc sunt mirabilia magna admiranda atq; stupenda, quæ solis & astrorum virtute atq; efficiētis siue in



PSALMVS

siue in caelo sursum siue in terrā introsum, siue super terram deorsum fieri quotidie cōspicimus: quaedam quidem frequētius, alia rarius, iuxta quod naturae cursus exposulat, & iuxta quod author naturae Deus voluerit atq; mādauerit. Omnia enim haec, nēpe ignis, grādo, nix, glacies, spiritus turbinis ac tepēstatis, ceteraq; quae supra tractata fuere, faciunt verbum eius, eiusq; iussa obediēter perficiūt, ad laudem gloriā eius, qui in sublimibus inhabitās, etiam in infima possidet regit ac moderatur, secundū beneplacitum voluntatis suae qui in trinitate perfecte vnus, & in vnitāte perfecte trinus viuit & regnat in saecula saeculorum Amen.

¶ FINIT CONSIDERATIONIS PHY-
sicae liber Sextus.

¶ PSALMVS ADMIRATIONIS MIRABILIS
domino.

Multa iam diximus, & explicasse videmur nobis plurima: quae erant occulta naturae operae forsitan nonnulla patefecimus.

Terrores ignium qui in supernis apparēt explorauimus; hiatū quoque foueas, & puteorum voragines; Pluuias, grandinē, niuem, rorē, pruinam, caliginem haec omnia descripsimus.

Fontium venas & fluuiorum origines scrutati sumus; maris falsedinē, fluxum atq; refluxum cōsiderauiamus.

Ventorum qui terrā persant ortū distinximus: motū quoque & tremores in visceribus terrae.

Tonitruorum & fulgurū quibus terrentur homines, exposuimus ortum; halonē & parahelium & irides signauimus in nubibus desuper.

Haec omnia tractauimus, & explicasse nonnulla videmur: in enim Deus reuelasti nobis opera tua.

Verumtamen quae adhuc occulta sunt nobis, plurima sunt; & parua nimis est portio eorum quae nouimus, si conferatur ad ea quae seruantur occultata a nobis.

Quae cognoscimus sunt pauca nimium; & ea ipsa quae

PSALMVS

Fo. 89.

quae forte cognouimus, sunt heu nimium tenuiter a nobis cognita.

Nimium tenuis est & obscura scientia nostra, neque est vel vnum ex cunctis operibus altissimi, quod sit pro dignitate sua nobis cognitum.

Mitto cetera fontem cōsidero qui scaturit de visceribus terrae: quae per vmbilicum suum resudando ebullit ipsa, iactu perpetuo.

Quis pro dignitate spectaculū istud vel modicum cōtemplari poterit, quis expendere sufficiet ortum aquarum tantarū, & fluxum perpetuum?

Surge diluculo, accede ad fontē, qui est in planicie ista, persa iuxta illū, neque abscedat vsq; ad meridiē.

Et cum aduenerit meridies non te auocet ventris cupiditas a cōsideratione tua; perseuera astans tuo spectaculo, vsq; in vespērā & noctem profundā.

Habe intentos semper oculos ad aquam quae ebullit de ore ipsius, attende ad dulcem sonitum, quem aquarum supra petras casus continuus, immittit in aures tuas.

Dic mihi vbi sic perseueris, si vlla vnq; hora defuit tibi spectaculum tuū, dum vel breuissima morula defectum passus sis aquae ebullientis?

Aquam quae deprompta erat, non videbas redire iterum in ventrē fontis, vnde egressus fuerat, in rivulos atq; fluuiolos deriuari cōspiciebas per alueolos, super faciem terrae.

Vniuersam aquam istā si tibi placuisset colligere; accepisses certe vasorum plurium plenam amplitudinem, in non multo tempore.

Et quidem parum id forsitan, si diei tantum vnus spacio perduraret fluxus eiusmodi: nunc vero cursus est & impetus effluxionis perpetuus, & indeficiens in plurima saecula.

Si collectae starent aquae quae effluerunt e fonticulo isto minimo, ab initio ortus eius cōspiceretur vtiq; veluti flumen magnum aquarum copia inundantium.

Fōtes em̄ his, ecce steterunt in diebus patrum nostrorum ante saecula plurima, ante annorum centē

M narios



PSALMVS

narios plurimos, vt scaturiebant, ita ebulliunt & hodie.

Vnde vero tantam tu dicis o spectator aquarum copiam & vbi continebantur, priusquam exiret per os fonticuli?

Quod est penu in quo seruatur tanta multitudo aquarum? vt non deficiat fluxus ex eo in tanta temporis? In motibus affirmabis principiu earu; aeternam assignabis mihi in materiam.

Vnde vero virtus earum tanta in visceribus terrae? vt ista sic perpetua fiat & indeficiens aquarum generatio.

Dic mihi qui habes intelligentiam & scientiam: si aliu habeas q̄ Deum authorem horum mirabilium, Magne magne deus, contemtor & contemplari non sufficio; in consyderatione mea hebescit acies cordis mei.

Si voluero plena eloqui veritate super ijs quae praeconsyderata sunt: dica tibi in confessione laudis quoniam tu author es omnium simul horum mirabilium.

De tua fecunditate scaturiunt fontes aquarum, in te sunt venae fontium, qui vena es aquarum viventium, Sed & caetera omnia quaecumque miratur homo, & non sufficit, abs te vno procedunt: confiteor hoc tibi, ad laudem & gloriam tuam.

Multa diximus, & pauca omnino sunt atque exilia: non enim pro dignitate explicare sufficimus maiestatem operum tuorum, quae sunt mirabilia.

Confitebor tibi domine, & psallam donec fuero magnus enim tu es, & nimis nimium laudabilis.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto, Sicut erat in principio, & nunc & semper. & in saecula saeculorum, Amen.

¶ Finit Psalmus.

LIBER SEPTIMVS, CON-
syderationis phycicae, de coelo
& mundo.

Præfatio

¶ Præfatio.



Ostea q̄ in libris prioribus de reru naturalium principijs & causis deq; motu & alijs quibusdam reru naturaliu accidentibus nepe infinito ac finito, loco, vacuo, & tempore, de reru quoq; naturalium generationibus, & corruptionibus, deq; meteorologicis impressionibus determinauimus, restat vt de totius vniuersi dispositione & partiu situ, deq; caelestibus illis orbibus (quae sunt omnium corporu secundum corporis rationem nobilissimam) specialius aliqua dicamus: de numero videlicet, ordine, dispositione, virtute, deq; motibus Gene. 1. vero de duobus illis luminaribus, quae Deus praeceteris insigniter, in temporu distinctionem & rerum vicissitudinem in caelis constituit, ad hominu vtilitatem (Solem dico & Lunam) deq; horu peculiaribus motibus, quomodo dies annos atq; menses nobis distinguat, generationes adducat atq; corruptiones, quomodo nobis plenilunia & nouilunia ab eis contingant. Vnde eclipse siue solares siue lunares, vnde solsticia atq; equinoctia, & inuolabilis iste procedat temporu ordo. Vehementer enim ista sobrie cognita ad Dei gloriam profuerint contemplantibus, & ad ea quae de generationibus & corruptionibus dicta sunt, non parum praestabunt adiuuenti. Primum itaq; totius mundialis machinae dispositionem & situm figuratim describemus: ac deinde, ad caelestium consyderationem transibimus. Premissis interim aliquot diuisionibus, & definitionibus, hisce atq; horum cognitione nonnihil lucis adferentibus.

CAPVT. I.

¶ Quaedam diuisiones & definitiones sequentibus neceffariè
EOru quae natura sunt, alia sunt cor-
M 2 pora



DE COELO ET MUNDO

pora magnitudines, alia corpora ac magnitudinem habent, alia principia habentium sunt.

Quae verba hunc habent sensum, eorum quae in re ipsa natura existunt, quaedam sunt quantitates corporeae, aut lineae, aut superficies, alia sunt corpora praedicatae menti substantiae, quae in se uti accidentia habent, huiusmodi quantitates, alia sunt principia substantiarum corporearum, quippe materia & forma, ad huius divisionis noticiam subduntur definitiones eorum, & specierum ipsius, quarum est haec continua.

Continuum est, quod in diuisibilia, semper diuisibile est.

Id est, quantitas continua permanens est, quantitas quae potest secari in partes proportionales, ita ut nunquam sit peruenire ad partem in alias non diuisibilem, nec inueniens est sic processum esse in infinitum, cum hoc solum potentia, & non actu sit, de parte proportionabili quid sit prius est dictum. Dictum quoque est prius, quantitatem continuam, ex indiuisibilibus non componi, cuius oppositum sequeretur, si ad partem indiuisibilem deueniretur. Patet hinc excludi, tempus & numerum, continuum autem cum in tres diuidatur species, recte singularum definitiones subduntur, quarum est corporis haec.

Corpus est, quod est diuisibile omni ex parte.

Id est corporea quantitas, est quantitas longa, lata, & profunda seu quae mensuratur longitudine, latitudine, & profunditate seu crassitie quae tres dimensiones sunt.

Linea est magnitudo quae ad unum est diuisi

diuisibilis.

Id est linea, est quantitas continua permanens, unica dimensionem, scilicet longitudinem, potens secari.

Superficies est ea quae ad duo est diuisibilis.

Hoc est, superficies est, quantitas continua permanens quae duabus dimensionibus tantum (scilicet longitudinem & latitudinem) est diuisibilis. Haec itaque definitis commodum de motu locali corpori quanto attributo, non nihil dicendum videtur, qui diuiditur sic.

Motuum localium seu (ut dicit Aristot.) lationum, alius est rectus, alius curuus, alius ex hisce mixtus.

Cuius membra, ex subiectis eorundem descriptionibus, euident manifesta.

Motus rectus est, quo sursum itur atque deorsum.

Id est motus elementorum naturalis, ad locum videlicet naturalem, rectus est, qui per lineam quaedam iter mundi est, sit siue sursum, siue deorsum sit.

Motus sursum dicitur quo e medio pergitur.

Id est motus rectus sursum dicitur, quo e centro terrae tenditur per rectam lineam.

Motus deorsum dicitur quo ad medium proficiscitur.

Id est quo ad centrum terrae per rectam tenditur lineam.

Motus circularis est, qui circa medium fit.

Hoc est, motus circularis est, qui fit circa centrum



DE COELO ET MUNDO

terre secundum partes æqualiter distantes a centro
Atq; horum motuum, soli rectus & circulares simp-
lices dicuntur, eo quod per lineam simplicem sūt,
videlicet rectam & circulem, Describitur autem
linea simplex sic.

**Linea simplex est, quæ in omnibus sui par-
tibus vniformis est, secundum rectitudi-
nem aut curuitatem.**

Quales sunt linea recta, & circularis, atqui hæc quæ
de motu dicta sunt, plis simplicibus corporibus esse
tantum applicanda (iuxta Aristotelis sententiam) non
viquequaq; fuerit difficile, aduertere, quibus precia-
pue huiusmodi motus competūt. Colligitur tamen
ex dictis admodum facile, quis motus rectus, quis
curuus, quis sursum, quisue deorsum, atq; ita dein
ceps iuxta vulgi accipiendi modum.

**Motus mixtus est qui fit secundum mag-
nitudinē partim rectā, & partim curuā.**

Vt motus per arcum & neruum, sic motus vti ob-
liquus, imo propemodum cuiuslibet mixti motus.
Quoniam corporum quædam graua, quædam le-
uia, quædam neutra sunt, precium operæ videretur
horum definitiones subsicere.

**Estigitur leue, id quod aptum est e medio
ferri.**

Id est, quod e centro terre, aptum est sursum moue-
ri, vt aer, ignis.

**Graue est id quod aptū est ad medium
ferri.**

Hoc est quod ad centrum terre tendit ex naturali
motu & pprio, vt aqua & terra, porro hic animado
uertendum est, quædam simpliciter leuia esse, vt ignis
simpliciter

LIBER SEPTIMVS.

Fo92.

simpliciter leuis aut graua vt terra, alia tantum res
pectu alterius, vt aqua si cōferatur terre, leuis est, &
non simpliciter & aer collatus igni, grauis, nō tamē
simpliciter, Vnde et.

**Leuissimum dicitur id, quod super om-
nia collocatur, quæ sursum pergunt.**
Qualis est solus ignis.

**Grauissimum est id quod sub his omni-
bus collocatur, quæ deorsum feruntur.**

Vt sola terra, hinc inferitur cælestes orbes, neq; gra-
ues, neq; leues esse, nō em̄ aut sursum aut deorsum
ferri apti sunt, sed solum circulariter, qui motus per-
fectissimus est, vt & ipsa circularis figura, Quod au-
tem dicitur leuissimum poni super omnia, &c. intel-
ligendum est inter elemēta, ne cælo ipsi competere
putetur.

CAPVT II.

De totius vniuersi dispositione, & ordine omnium
quæ sunt in eo.

Vniuersitas mundi, atq; mundus vniuersus,
simplicibus cōstat atq; mixtis corporibus.

**Simplicia corpora sunt, quæ motus
secundum naturam principium habent.**
Id est, quibus motus simplex secundū naturam pro-
priam nō ab alijs participatam cōpetit. Huiusmodi
sunt quatuor elemēta.

**Composita sunt quæ mouentur ad nu-
rum simplicis dominantis.**

Qualia sunt omnia mixta corpora. Simplicium sunt
quædam, quæ nullam suscipiūt primarum qualitas-
rum, nec proinde secundarum, quæ ex primarū certa
proportione cōsurgunt. Hæc sunt cælestia corpora,
M quæ

DE COELO ET MVNDO

Arist. li. de celo. Idē. 8. li. Phy. & lib. 2. de celo. quæ nec grauiã nec leuiã sunt (alioqui enim sursum mouerētur aut deorsum) sed naturaliter mouentur motu circulari: qui motus cū sit perfectissimus omnium, sicut & circulus est figura perfectissima, & maxime vniformis, conuenit corpori perfectissimo sphericam figurã habenti. **Alia** sunt simplicia corpora, quæ qualitates primas sibi habent determinatas, Ipsa sunt elemēta quatuor, ignis, aer, aqua, terra, Inter quæ, propter repugnantia qualitatū actiuarum, cū sit pugna atq; inimicitia perpetua, ob proportionem tamē actiue virtutis in superiori, & resistentiæ in inferioribus, haud dubie ordinatissima, nullum horū contigit ab initio deficere, Horum, ignis vt summæ leuis rarissimus atq; purissimus, sursum habitat, suam conuexã superficiem habēs simul cum concaua superficie orbis lunæ. **Post** ignem sequitur aer, tribus partibus siue regionibus (vt in præcedente libro fuit declaratū) distinctus, Aeri proxima est aqua, quæ in principio quidē creationis rerum sic terrã ambiebat per circuitum, & respondebat iuxta suam superficiē conuexam superficiē concauæ aeris, quomodo nunc ignis ambit aerē, & superficiē cōcauæ cæli lunaris secundū suam conuexam superficiem adæquate respōdet. Verū propter habitationem hominū, ex Genesi patet, omnipotētis iussu aquam congregatã esse in locū vnum, vt appareret arida, hoc est, terra, fieretq; apta habitationi hominum, & fructificationi gignendorum ex ea. **Mixta** vero corpora, in locis elementorū suã habent mansionē. Vnūquodq; iuxta suã naturã constitutionē: quædã quidē i aere, quædã i aqua, alia i terris. Possunt autē mixta corpora vniuersa quinq; gradibus summatim complecti. In primo gradu & infimo sunt mixta imperfecta, id est impressiones meteorologica, de quibus iam in præcedenti libro deterrinauimus. In secundo gradu sunt lapides & mineralia quæ in terris gignuntur, & ob lōgiorem duratationem merentur altiori gradu a prædictis reponi. Atq; hæc omnia sunt inanimata. Tertius gradus habet omnes plantas, arbores & herbas, & quæcunq; vitam

Gene. 1.

Quinq; gradus mixtorū corporū

LIBER SEPTIMVS.

Fo. 93.

vitam habent vegetatiuã, id est, quæ nutriuntur, augentur, & generant sibi simile. Quartus, cōtinet omnia animalia bruta. In quinto autē & perfectissimo gradu est species humana, ad quam vt finē ordinantur cæteri omnes gradus inferiores. In cuius iudiciū sexto demum die, omnibus dispositis & perfectis, nouissime Deus creauit hominem.

CAPVT III.

Gene. 1.

De elemento ignis specialis determinatio.

Quamq; autē de elemētis in libro quinto tractatum est, quantū ad rationē elementi & qualitates elementares pertinet, hoc tamē loco aliqua sunt specialiter dicēda quæ, alias ipsorū condiciones, respiciunt, vt puta de modo existendi, de perfectione, de situ locali, & huiusmodi, quæ huic loco magis competūt. Et primū quidē de ignis elemento, quomodo & vbi existat, & quā ob causam non videatur, est dicendū. **De** hoc enim elemēto quidam addubitant, nonnulli plane negāt, sentiunt magis q̄ rationi credētes: ob hoc scilicet quod oculis ipsum non videant, credere rationi recusantes. Putant enim elemētū tantū (nimirū decupla proportione aeris sphæram excedēs) nō posse penitus latere oculorū corporaliū aspectū, ita vt nec serenissimis noctibus videri possit, quando neq; a nubiu obiectarū densitate, neq; a solis lumine, vllū videtur impedimentū. Verum isti ex luce candelarū, carbonum, & facum quæ apud nos sunt seipos paralogizant atq; decipiūt, somniātes vel carbonariū vel lignariū aliq; quē ignem esse debere eū quē elementarē dicimus. **Qua** in re manifestat ratio crassissime illos iudicare, non attendētes maximã dissimilitudinē, quæ est inter ignē materialem (qui nobis in vsu est, ad illum minandas tenebras, aliq; necessaria peragēda) & illum elementarē, qui ad totius vniuersi decorē, cælo proximus, locū quartum possidet. Ignis enim quo vtimur, non ignis est (vt in libro de generatione & corruptione dixim⁹) sed igneū aliquid. Nō em̄ corpus simplex est, sed mixtū: longissimēq; abest ab illa raritate quæ igni cōpetit elemētari. Est enim ignis

M s iste nos



Ignis e-
lemēta-
ris mas-
xima ra-
ritas

DE COELO ET MVNDO.

iste nostri vsus, admodū compactus spissus & plane opacus in se ipso, minimeq; trāspārēs. Quod vel ex hoc facile patere potest, quoniā cādela candelæ appōsita vmbra facit; quod certe non faceret, si ignis candelæ corpus perspicuū esset siue trāspārēs. Docet ite in experientia, quod directē trans ipsū ignē nostri vsus, nihil videre possumus, quodq; visū im-
Obiectio
pediat ne suum percipiat obiectū. **C**At vero ignis elemētāris, in sua natura & in sua sphaera decuplo rari-
Solutio
rior est, quā sit aer etiā purus & nullo vento cōmixtus. Et si vllū elemētum purum est (Aristotele testē) creditur esse ignis; vtpote cōlo proximum, vbi difficili⁹ est fieri vllā cōmixtionem. Vnde si aer decuplo dēssior, non potest terminare visū nostrū, sed est trāspārēs & perspicuus, quāto magis non poterit terminare visū, ignis decuplo rari⁹, sed erit trāspārēti⁹ & magis perspicuus aere in proportione decupla? **Q**uod autē visū nostrū non terminet aere manifestum est sensus experientia. Nā nisi motu & statu vēti illū experitētur rudes homines (quib⁹ tamē æque sunt sensus vt doctioribus) plane negaturū essent aerem, asserētq; vācuū esse vsq; ad caelos. Sed experitētijs solis, ijsq; certissimis & manifestissimis, de aeris existentia certificātur. De igne vero, quoniā nimium est a nobis elōgatus nō possunt sic haberi experitētijs; propter quod, ad credēdum eius existentiam quidā inueniuntur tardiores. Ratione etiā efficaci est demōstrabile, talem qualē iam diximus ignis sphaerā esse regioni cōlesti contiguam. **P**ropterea, nullum corpus diaphonū, id est perspicuū, vel trāspārēns, per se terminat, propter suā trāspārēntiā, sed solum corpus opacū & nō trāspārēns visū terminat & penetrare nō patitur. Quapropter si ignis in sua sphaera talis esset qualis apud nos, essetq; visibilis & visus nostri terminati⁹ vsq; cōlo essetq; opacū, necesse foret omnes stellas firmamētū & planetas, ipsū quoq; solē perpetuo nobis eclipsari, nec possēt a nobis vñq; videri. Cum em̄ per circuitum vñq; ambiat ignis totam aeris sphaeram, ex omni parte lunē cōlestē impediret a luce ignis
Totum

LIBER SEPTIMVS.

Fo. 94.

Totum ergo decorē celi talis ignis nobis abscederet, & penitus auferret. Quapropter voluit illum Deus disponens omnia suauiter, in maxima raritate (vt eius naturē cōueniebat) cōstituere. **Q**uod si quis interroget, quibus ille elementatis tantus, vnde de habet nutrimentū. Videtur enim totus aer tanto nutriendo igni nō sufficere. At ramen debere ignem nutriri cōtinuo aliquo cōbustibili, videtur mōstrare experientia. **D**icēdum est, ignem quidem in aliena materia non posse subsistere neq; teneri, nisi continuo nutriatur adiecto cōbustibili. In sua autē sphaera in materia propria, non eget vllius cōbustibilis nutritione, vt in naturali loco suo seruetur, nihil certe magis quā aer, aqua vel terra vllō indiget nutrimento. **H**æc propter simpliciū quorūdā sensuale dubitationē de ignis elemēto dicta volum⁹ ne ob sensus nostri angustia Diuinę maiestatis amplitudini aut magnificentia operū derogemus. Tā amplā enim & ex præcipuis mūdialis machinē partibus vñā abnegare creaturam, ac per hoc pulcherrimum illum ordinē & proportionē ordinatissimā quæ in quatuor elementis cōsideratur, propter sensus crassiciem destruere, quid aliud est, q̄ ob nostram angustiam Diuinę potentia & sapientia amplitudinem constringere.

CAPVT III.

De situ elementi aquæ, & terræ disco operatione
De aquarū etiā situ nō inutiliter mouetur didictum est, & ad oculum manifeste cernimus, terrā non esse ex omni parte aquis circumdatā sed secundū partes aliquas esse discoopertam aquis. Tale autē aliquid in nullo omnino aliarum sphaerarum accidere videmus. Nam aer ex omni parte ambit aquam, & ignis ex omni parte aerem, ac deinde in cōlestibus orbib⁹ quilibet superior ex omni parte ambit inferiorem. Vnde apparet, hunc aquæ sitū quem nunc habet, non esse prorsus illi naturalem sed iuxta situm naturalem debere ipsū ambire & circumdare ex omni parte sphaeram terræ.

Quæri



DE COELO ET MVNDO

Querimus ergo ad cognitionem operis Dei, an sola diuina virtute absq; cooperatione naturæ ista terræ discooperitio & aquarū separatio facta sit, an simul vlla naturalis virtus ad hanc rem concurrerit. Et si sola Diuina virtute id factum dicamus in principio, die tertio disfunctionis verū, an vsq; nūc eodem modo, Deus miraculose sua sole virtute eā ita contineat. De hac re quorundam astronomorum sententia est, terram sua siccitate obistere humori aquæ, sicq; eam velut fugare atq; a se pelle re per suam actiuitatem, in aliquot partibus quantum pro mixtorum cōseruatione, & specialiter pro viuientium atq; hominum vita conseruāda est necessarium. Cur autē terra ab vna parte plusq; ab alia aquam pellat, causam assignant ex adiutorio celestis corporis. Dicunt enim in parte Septentrionali iuxta polum nostrum esse stellas quasdam de natura Saturni, frigidas & siccas, quarum assiduus impressioibus atq; efficacibus influentiis ipsa terra vehementer adiuta fortificata & corroborata in sua siccitate, possit sese discooperire, & aquas propulsare. In cuius signum adducit, quod terra a parte Septentrionali semper manet detecta. Afferunt insuper etiam si per miraculum Deus die tertio non congregasset aquas quod temporis tamen successu naturaliter hoc ipsum effectum fuisset per virtutes naturales prædictas. Impossibile tamen fuisset sic cito & subito id fieri aliter q̄ virtute Dei: quoniam agentia naturalia nihil agunt in instāti, sed successiue, in operationibus naturalibus. Alij dicunt, etiam si non fuisset virtus prædicta sufficiens causa, ad efficiendū in principio terrę denudationem & discooperitiōem sufficere tamen eam posse, ad sic terram in sua discooperitione conseruandam. Minoris enim virtutis est, quippiam in statu aliquo conseruare, q̄ primo in eum perducere: quæadmodum medicinę ars in vita hominem seruat, quæ tamen vitam minime donare potest non habenti. Verum enim prædicta sint omnino incerta (quis enim definire nobis poterit an virtus aliqua talis sit in terra, vel in celestibus

Certior
sententia

LIBER SEPTIMVS

Co. 95.

constellationibus ad eā rem sufficienter) præstat vti eo quod certissimum est contenti sumus, hoc autem est, quod ex infallibili doctrina sanctę scripturę didicimus, nempe Diuina virtute terram esse discooperitam, verbo & iussione omnipotentis Dei, dicitur (vt primo capite Geneseos scribitur) Congregētur aquę quę sub celo sunt in locum vñū, & appareat arida Cui⁹ verbi sane potentissimi efficacis, credim⁹ vsq; nunc permansisse aquam in eo situ & loco quē tūc accepit, & in quo nunc cernitur: ita scilicet vt terram non (quomodo ab initio ex omni parte circūdet, sed ex magna parte nudā velut circumlambat. Et licet forsitan veritatem habeat, quædam astra sua virtute ad hoc cooperari (Deus enim per causas secundas multa conseruat, quæ per se ipsum fecit ab initio) quia tamē sancta scriptura de hac re loquēs, nō nisi Deo totū tribuit, iteircō neq; nos ad iſcere quicq; volumus. Nā præter iā supradictā Genesim auctoritatem, ita in prouerbis clamat Sapientia. Quādo circū dabat mari terminū suū, qñ legem ponebat aquis ne transirent fines suos, ego adera cū eo cuncta cōponens. Et Prouerbiorū 30. capit. Vir cū quo loquutus est Deus interrogat dicens. Quis conclusit aquas quasi in vestimento? Et manifestū est quod pro responsione subauditur. Dei potentia. Similiter Iob. 28. de Deo dicitur. Qui fecit ventis pōdus, & aquas appēdit in mēsurā. Qñ ponebat pluuijs legē, & viā procellis sonātibus. Iterū Psal. 32. Cōgregans sicut in vtre aquas niaris, ponēs in thesauris abyssos. Et quomodo de mōtibus alicubi loquitur Psalmista dicens. Terminū posuisti eis quē nō transgrediētur, neq; conuertentur operire terrā, sic nihil dubiū est, quin & de aquis nos loqui oporteat. His ergo modis cū scriptura totum hoc miraculū Deo ascribat, nobis videt superuacaneū aliā causā querere. Si autē roges. Nū ergo continuo miraculū facit Deus, dum ita terram cōtinet denudatā? Audi semel loquutus est Deus verbū virtutis, & terminē potentē protulit in die tertio, nec opus est vt loquatur iterū. Voluit eū vt effectū haberet, sua illa iussio

Gene. 1.

Prou. 8.

Pro. 30.

Iob. 23.

Psal. 32.

Psa. 103.



DE COELO ET MVNDO

Nota fir-
miore
terru
naturali
quod ho-
minis o-
bedientiã

iussio donec super terram esset mixtoru habitatio
quod est vsq; in cõsumatione seculi. Miraculo quã
dẽ hæc terrã denudatio primũ facta est: itã sic manet
terra absq; nouo miraculo, & se aqua vbi semel pos-
ita est cõtinet, absq; nouo miraculo. Nõ enim ino-
bedientes sũt creaturã naturales vt hõ, cui necesse
est sapius eadem vel præcipere vel prohibere, prop-
ter inobediẽtiã præptitudinem. ¶ Si iterũ roga-
mũ violenter aqua continetur & cohibetur in vnũ
locũ, vt non terrã circũdet posteaquã a situ & statu
primo naturali priuatur? Audi iterũ. Si quidem so-
la natura virtute per vim terrã aut operationem
astrorũ id factũ esset, violentia vtiq; dicenda foret.
At vero cum verbo & iussione omnipotentis Dei
(qui toti? naturã author, rector, & gubernator est)
cõstet omnia hæc peracta quomodo dicere poterit
mus, aquã suo situ ex hoc vllã pati violentiã, quam
uis itã nõ vt ab initio terrã circũingat. Quomodo
enim violentũ & vllius creaturã naturã poterit esse
contrariũ, quod est ex voluntate & iussione domini
naturã, dulciter gubernantis, & disponentis omnia
suauiter? Quomodo in familia bene ordinata & sub-
iecta violentum esse poterit aliquid eorũ quẽ pater
familias sua voluntate disposuit? Nõ ergo nunc vio-
lente cohibetur aqua ne circũdet terrã, sed suauiter
& dulciter sese cõtinet Dei imperio obsequens
vsq; dum in cõsumatione seculi (mixtis omnibus
consummatis) eiusdem verbi iussione suum locum
recipiat.

Sapi. 8.

Pro. 8. 13.
14. 15.

¶ CAPVT. V.

¶ De terrã immobilitate & minima quantitate.
Mnium autem infima est terra, quã mediũ
mundi obtinens, quasi totius mundialis sphæ-
ræ centrũ, penitus immobilis perpetua firmi-
tate consistit; circa quã vt centrũ immobile,
voluũtur amplissimi illi cœlorũ orbes, simul & alia
elemẽta superiora cõtinuo motu mouẽtur, ignis sci-
licet aer & aqua. Soli enim terrẽ cõuenit prorsus se-
cundũ locũ immobile consistere, vt secundũ se totã
nunquam moueri possit, neq; motu circulari, neq;
motu

Terra
cœtrum
mundi

LIBER SEPTIMVS

motu recto, Est enim quasi mundi centrũ, ab altissi-
mo Deo posita in medio totius mundialis machi-
nã. Vnde sicut in corpore sphærico quod circulari-
ter, solo ipso cœtro (circa quod aliã partes voluũ-
tur) immoto permanẽte, ita & de terra intelligendũ
est quod sola in medio mundi stat immobilis. Quẽ
admodum per Sapientẽ dicitur, Generatio præterit
generatio aduenit, terra autem in æternum stat.
¶ Quod si quis obieciat, fieri nõ posse, vt terra quã
tantã quantitatis moles nobis videtur, centrũ esse
dicatur, cũ centrũ habeat rationem puncti, sitq; in-
diuisibilis punctus corporis alicuius sphærici, ipsa
autẽ terrã substantia nequaquã sit indiuisibilis neq;
punctalis, sed in plura miliarium milia sit diuisibilis.
Huic obiectioni respondetur dicẽdo, quod terra
tamen nobis pusillis, & pusilla semper cõtemplan-
tibus magnã admodũ quantitatis esse videatur, si
tamẽ eam cõferamus ad totius mundialis machinẽ
& cœlestium orbium magnitudinẽ, non posse aliter
q̃ punctum cœleri arcũ estimari non quidẽ quod re-
aliter punctus sit indiuisibilis, sed quia per cõparatio-
nem (propter immensũ quantitatis super excessum)
non aliud quã punctus videbitur, adeo quod si totũ
globus terrẽ fingatur in firmamento positus lucere
sicut stella quẽ nunc sunt in firmamento penitus nõ
posset videri, præ nimia sua paruitate, sicut & mulla
tẽ aliã stellẽ ob suam paruitatẽ nunquam apparent.
Nam (vt tradunt expertissimi probatissimiq; astro-
nomi) minimã stellẽ visu notabiles quã in firmamẽto
nõ consistunt, quantitate sunt maiores tota ter-
ra decies & octies; quã tamẽ minime sunt inter eas
quas visu notare possumus atq; distinguere. ¶ Ad
quod plenius mente intelligendũ (quandoquidem
sensui videtur irrationabile) aduertendum est, iuxta
Ptolomei Alphragani, aliorumq; expertissimorũ
astronomorum authoritatẽ, stellas firmamẽti in sex
magnitudinum differẽtiã distingui. Sũt eĩm primẽ
magnitudinis nũero xvi. quarũ quẽlibet maior est
terra centies & septies. Sũt aliã secundã magnitudi-
nis, nũ. 45. quarũ quẽlibet maior est terra nonagies
In terr

Nota
magni-
tudine
stellarũ
firmamẽti.



DE COELO ET MUNDO.

In tertia magnitudine sunt ducenta & octo, maiores terra septuagies & bis. Quartae magnitudinis stellarum sunt ducenta sexaginta quatuor, maiores terra quinquagesies quater. In quinta magnitudine sunt ducenta decem & septem: quarum quaelibet maior est terra trigesies quinquies. Sextae autem magnitudinis sunt stellarum ducenta quadraginta novae, & quaelibet earum est maior terra decies & octies. Et istae sunt minime visibiles, quae ab astrologis sunt notatae; de quibus dicit Alphraganus, quod minima stellarum visu notabilium, maior est tota terra. Sunt vero praeter has aliae, non in determinato numero, visu non distinguibiles, quarum numerum solus Deus cognouit; iuxta quod in Psalmis dicitur. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Et ad Abraham voce domini dicitur. Aspice caelum, & numera stellarum, si potes. Ex quibus manifestissime patet, quod recte dictum sit, totam terram in comparatione ad firmamentum nihil esse aliud quam punctum quoddam & centrum. Quantomagis ergo si ad caelum illud supremum, quod empyreum nominatur, quantitate & mole (ut ex sequentibus patebit) longe maius, conferatur. Ad iuro te lector qui quis es Christiano pectore, etiam atque etiam perpendas ex his quae dicta sunt, quod sit miseranda fors eorum hominum, qui propter angustissimam huius terrae praedia illam caelestem perdunt amplitudinem, iterumque vane & sine causa sese effertur, qui in terrenis gloriantur possessionibus. Rursum, qui miserari sunt & nimium male sibi consulentes, qui pro terra aut ipsa quae in terra sunt possessionibus ad inuicem contendunt, mutuo se fraudant ac decipiunt, non raro etiam peierantes, omni equitatis ratione postposita: ita scilicet punctalem terrae angustiam immensae caelorum amplitudini praesigentes. Nam etiam si terram totam quam obtineat (id tamen quod nulli adhuc hominum potuit contingere) quid ille aliud quam punctum rapuit? quid aliud quam punctum manibus tenet, in centro dominatur in atomo tenet imperium? Illi ergo qui pro terra minima portuicula, utpote pro agello, pro angusto praediolo, pro domucula siue casula contendunt sunt uel solliciti;

Pl. 1. 46

Gene. 15

LIBER SEPTIMVS.

Fo. 97.

solliciti: quid aliud moliant, quid agunt, quid quaerunt, nisi de puncto (si id recte potest intelligi) punctum tollere? O vanas hominum curas! O pectora caeca, Discite miser, infelix attende, pro quod minima refula, quam maximam perdas thesaurum: & pro angusto fornicarum nidulo, quam amplissimum abijcias palatium, tetrenam sortem dum caelesti praesigis.

CCAPVT VI.

¶ Vnde terra habeat suam immobilitatem, atque firmitatem.

Quod si quis roget, unde hoc habeat terra, ut immobilis in medio iaceat: cum & sphaerica habeat figuram, quae admodum in se mobilis est & fundamentum nullum videatur habere stabilitatis, cum in aquis cernamus eam velut natare quae minime sunt stabiles, sed fluunt perpetuo? Ad hanc rem, non aliam possumus assignare causam conuenientiore illa quam supra de terrae denudatione diximus, quod scilicet verbo & iussione Dei suam hanc habeat stabilitatem. Quemadmodum enim aquarum in vnde collectione supra ostendimus in scriptura soli Deo ascribi, sic & ista terrae confirmatio in praeter scripturarum locis inuenitur Deo soli attributa. Vnde illuminatissimus ille Psalmographus canit. Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabit in saeculum saeculi. Rursum. In inicio tu Domine terram fundasti, Et iterum. Qui firmavit terram super aquas. Et ex persona Domini in alio Psalmo. Ego confirmaui columnas terrae, hoc est, sic eam stabilui & confirmaui in firmitate, ac si columnis subiectis fecissem immobilem. Idem est quod in Prouerbis dicit Sapientia. Quando appendebat fundamenta terrae & cetera, Item, Dominus sapientia fundauit terram. Et in libro Iob. Qui appendit terram super nihilum. Ac rursum ex persona Domini. Quando ponebam fundamenta terrae. Nec dubium, quin sicut verbo Domini caeli firmati sunt, ita sit & terra verbo Domini fundata.

CCAPVT VII.

¶ De terrae rotunditate, & montium elevatione in terra.

N Est autem

Psal. 103
Psal. 101
Psal. 135
Psal. 75

Prou. 8
Prou. 3
Iob. 26
Iob. 38
Psal. 33



Quare
Des in
terra
montes
& val-
les con-
stituit.

DE COELO ET MVNDO

Est autē terra rotūda ac figurā sphericā, quā
admodū & physici & astronomi suis demon-
strationibus & rationibus probat. Quod tamē
si perfectam debeat habere veritatem, intelligendū
videtur secundum suā naturā conditiōe, nō se-
cundū eum sitū in quo nunc est, propter hominū
utilitatē. Cōgruebat namq; viuentium utilitati, &
p̄cipue hominis (propter quem omnia facta sunt)
quasdā terrā partes esse sublimiores. alias vero des-
pressiores & humiliores. Sic enim p̄pter diueras
cōplexiones diuersarū partium terrā, diuersitate
mineralium, & terrā nascentium, atq; animalū no-
bis cōferuntur. Nā in huiusmodi quidē locis optima
sūt pascua, in eiusmodi vna optima maturescūt. In
alijs vero, frumētā pingua & plena, in alijs fructus
optimi nascuntur. In alijs autē locis generantur mi-
neralia, alibi specierū aromaticorum multa copia,
alibi ligna preciosa & salutare herbe, bestiarū mira-
biles gignuntur. In alijs locis, alia generatur diuer-
sitate rerum quā plurimē. Sic igitur in qualibet
terra plaga, secundum quod per montes & val-
les varie disposita est, varia vegetatiua atq; anima-
lia progignuntur. Et quādam quidem in vallibus
feliciter nascuntur, quā nō ita feliciter aut omnino
non in montibus progignerētur, vbi nimis esset ca-
loris ardore contrariū, alia in montibus felicissime
gignuntur, quē minime in vallibus, propter solis de-
fectū aut aliam quālibet causā. Voluit ergo optimus
ille & perfectissimus naturā artifex creator & go-
bernator, tēpotum atq; regionū vicissitudines alter-
nare, vt omni ex parte sufficiens esset hominū pro-
uisio, abundantissimāq; illi preberet diuersorū bo-
norum copiam, eorū quā humanis v̄sibus poterat
deseruire, vt illi quem tā magnifice cōdidit, munifi-
cētissime etiā in cūctis faceret esse prouisū: pariterq;
vt ex tot rerū optimarū diuersitatib⁹, ipsius infinita
sapientiā ampli⁹ demiraremur, quā in vniformi ope-
re nō ita perfecte neq; ita plene potuissemus cōspi-
cere. Itaq; propter istā terrā inæqualitatē, mani-
festū est terrā scdm eū sitatū in quo nunc est nō esse
omniā

LIBER SEPTIMVS.

Fo. 98.

omnino rotundā, si punctaliter loquamur. Verum
tamē si crasso modo loqui volumus clarū est, quod
montiū ista eleuatio, & vallium depressio nihil ob-
stabit, quo minus rotunda terra dicatur. Nā eleua-
tiones eiusmodi atq; depressiones, cōparatiōe fas-
ta ad totā terrā, quasi nullius sunt estimatiōis, &
insensibiles. Vnde si quis in aere plurimū eleuatus
esset, videretq; terrā ex alto, penitus rotundā eā iudi-
caret, nec impediret ei⁹ iudiciū motiū eleuatiōis, qui
in cōparatiōe ad totū terrā globū quasi nihil sunt.
Nā terra secundū totū suum ambitum (authoritatē
Ambrosij Macrobij, Theodosij, & Ariuzanis, Philo-
sophorum) definitur continere stadia ducenta milia
& quinquaginta milia, & duo milia, hoc est milia-
rium Romanorum vnum & triginta milia, & quiti-
gēta: quāquā a p̄cedētibus differt Ptolemeus, qui
terrā ambitum cōtinere dicit, tantū cētum milia &
octaginta milia stadiorū. Vtraq; autē quantitas se-
cundū superficiē sumpta, p̄fecto magna est valde
vt merito montiū quorūcūq; eleuatio quasi p̄pro ni-
hilo veniat cōputāda. In cōsumatiōe autē ce-
culi, vbi desierit terra ministeriū prebere mortalib⁹
verisimile est eā ad perfectā equalitatē redigendā
quando etiā (vt supra diximus) creditur aquis iterū
cooperienda, vt fuerat ab initio.

CCAPVT VIII Vnde ordo in elementorū situ
Vare autem ignis hunc locum habeat: vt
proximus sit caelo lunari. & quāobrem se-
cundū post hunc locū habeat aer, deinde
aqua, & cur infima sit terra, non difficulter rationē
reddet, qui sapientiā primarij cōditotis attenderit.
Nihil enim dubiū est, quin p̄cipua sit causa illius
volūtas, qui ea sic cōdidit, & in suis qualitatibus se-
cundū maiorem & minorē nobilitatem disposuit.
Deus enim infinita sua sup̄tētia & bonitate, qua ele-
menta formauit, suisq; perfectionibus & qualitatibus
perfectit atq; distinxit, cognouit pariter & quis
locus vnicuiq; eorū secundum meritum perfectio-
nis naturā debeat. Eiusdē siquidē est, reb⁹ iuxta per-
fectionis suā meritū, & naturā cōgruitatē locū da-

Terrā
magni-
tudo.

252000

280000

Nota

N 2; te ca



DE COELO ET MVNDO

re cuius est res in essentia constituitur, & suis per-
fectionibus absoluerit: quemadmodum imperator
qui diuersos status nobiliū instituit, sim ul etiam lo-
cū eisdē iuxta suā dignitatē designat. ¶ Possimus
tamen ex elementorum qualitibus, intelligere &
cognoscere, quod conueniēter & sapiētē ita sint ele-
mēta disposita, quomodo disposita credūtur atq; vi-
dentur: quoniam decens est, vt elemētū quod calē-
si naturæ propinquius & secundum naturæ nobis
litem vicinius est, locum quoq; propinquiorē
accipiat; quā admodum in aula regia, is qui dignitas
te regi proximus est, meretur quoq; proximiorē
illi locum accipere. Vnde cum ignis, raritate, dia-
phaneitate, siue perspicuitate, subtilitate, celeritate,
(quæ etiam in cælestibus reperiuntur) cetera om-
nia excellat. Post hunc autē proximus sit aer, deinde
de aqua, merito quidem obtinebit ille locum pri-
mum, iste secundum, hæc tertium. Terra vero vt pe-
nitus opaca, crassa, cōpacta, minimeq; transparent
grauissima, & immobilis, ac proinde a regione cæ-
lesti quam maxime distans, merito longissimo in-
teruallo a cælesti regione dirimitur. Verū hæc de
elementis & eorū situ dicta, sufficiant. Nunc ad cæ-
lestem regionē contemplandam, elementari peram-
bulata, alacri animo transeamus.

¶ CAPVT IX.

¶ De differentia naturæ & regionis cælestis, ab ele-
mentari.

Primum quidem figuraliter describere nos cō-
uenit, quomō hæc ætherea siue cælestis regio a
priori ditrepet, & quā obrē. nō in vnā possint
regionē cōpingi. Omnino em̄ magna quædā distan-
tīo sit, necesse est, inter has duas regiones, vt nō in
vnā valeat cōputari, quādo quidem elemēta, tamet
si ab inuicē admodū diuersa, imo prorsus contraria
in vnā tamē regionē deputantur. ¶ Attēdenda est
ergo cælestis naturæ ab elementari multiplex diste-
rētia. Nā elemēta qualitates habēt ad inuicē cōtrari-
as; quarū ratione ad inuicē cōtrariātur, & pugnant
ad inuicē, sūtq; inuicē natę sese corrūpere, & frequē-
ter corā

LIBER SEPTIMVS.

ter corrūpunt in suis partibus, vbi alterū alteri præ-
ualere cōtigerit. Vniuersa quoq; mixta corpora in-
grediuntur ad cōpositionem, ac suis his qualitati-
bus ad interitum cuncta quæ ex ipsis cōponuntur
perducunt, nec omnino eorū aliquid finit esse per-
petuum. Natura autē cælestis, ab huiusmodi qualita-
tibus prorsus immunis est, nullā habēs qualitātē
eiusmodi, secūdū quā ad inuicē cælestia possint age-
re & pati, neq; ad inuicē pugnant, neq; vllius aug-
mentationis aut diminutionis sunt susceptiua, nec
generationis vel corruptionis, neq; in se neq; in suis
partibus. Ab omni siquidē motu quo aliquid abs-
icitur a re, item & ab omni motu ad formā substan-
tialē, est absoluta immunis & libera. Substantia celo-
rū ¶ Habet autē cælestis natura sensibile qualita-
tē vnā, lōge nobilissimā, videlicet lucē, mediātē qua
agit in inferiora. Quæ cū nullā habeat qualitatem
cōtrariam, nullius rei in ipsam actionē suscipere po-
test detrimētum. Sed nec ipsa rem vllam ad cor-
ruptionē deducit, quoniam nullā in rebus habet qua-
litātē cōtrariā: quin potius his omnibus inferiori-
bus esse, vitā, virtutem, & durationē instillat, quæ
admodum manifesta nos docet experientia. Solis &
coelorum atq; aliorū luce cuncta in terris produci,
& melius habere, nullam vero ex eius actione fieri
corruptionē. Vnde patet lucē esse multo meliorem
qualitatem, quā sint illę quas habet elemētatis natu-
ra, nimirū vnus non absq; alterius violēta corrup-
tionē generatiū. ¶ Neq; cælestis natura vllius
mixti cōpositionē ingreditur, vt ex ipsius natura vl-
lum mixtum participet, sed eam suæ virtutis effi-
cacia abrens in mixtis operatur. Non enim potest
cælestis natura formā aliā suscipere, quā admodum
libro primo in tractatu de materia rerū naturalium
latius declarauimus. ¶ Differunt in super & in mo-
tu. Nā omnia elemēta motu recto secundū naturā
nata sunt moueri, ignis videlicet & aer sursum, terra
autē & aqua deorsū, & cito finitur eorū motus natu-
ralis. Nam mox vbi locū naturālē attingunt, quies-
cunt. Coelū autē motu recto moueri, nō potest, neq;

Arist. 2.
de celo
Lux no-
bilis
qualitas



DE COELO ET MVNDO

Coelū
quintā
essentiā
dixerūt

neq; deorsum, neq; motu laterali dextrorsum vel si-
nistrosū, sed tantū motu circulari: quo etiā contiz-
nuo & indeficienter mouetur, neq; vnq; a motu ces-
sat, propter continuas rerū generationes & corrup-
tiones saluandas mouebiturq; donec perstabit huius
seculi status is qui nunc est, ad hominis ministeri-
um. ¶ Propter hanc autē tantā tāq; euidentissimā
& maximā diuersitatē inter naturā elementarē &
caelestē, Philosophi coelū nomināt quintā essentia-
m. hoc ipso significātes, nō de natura quatuor elemēto-
rū esse coelum, sed substātia & essentia ab elementis
omnibus differre, tamen si antiquorū quidā olim ex-
istimauerint coelum esse de natura aeris, asira vero
de natura ignis. Quorū errorē, naturales Philoso-
phi, qui illos subsequuti sunt, rationibus certiora ex-
docti, manifestissime cōsutaerūt, vt nemo iā sit qui
huiusmodi positioni præbeat assensum.

¶ CAPVT X. ¶ Vnde habeant caelestia corpora
motū circulem, & an naturaliter moueantur

DE causa vero efficiente motus caelorum quae-
situs est, an ab aliquo principio intrinseco mo-
ueatur circulariter, quod sit pars eorū, vt po-
te a forma sua substāciali, an potius ab extrinseco
aliquo mouente, quod sua virtute caeleste corpus
cōtingens, ipsum secundū circulū voluat? ¶ Ad
hanc questionē verisimilior responsio est, motū cir-
cularē orbū caelestium effectiue causari ab intelligen-
tibus, vel mētibus beatis, quas Philosophi dixerūt or-
bium motores, diuinos, optima vita fruētes, nec te-
pore senectam aut aliā quālibet inueterationem sus-
cipiētes. Hos autē angelos nos appellamus, quos si
(Paulo docente) cognouimus administratores spi-
ritus esse, inq; ministerium mitti filiorū Dei, gene-
ris humani, nihil profecto mirum videbitur, si &
horum ministerio volui dicamus caelestes orbis
ad vtilitatem filiorum hominum. ¶ Quod si ita
credimus habere (vt Aristoteles sensit, nec refutāe
orthodoxi) profecto multam gratiam & veneratio-
nem beatis illis mentibus debeamus cōsequens est
quorum ministerio vitam hanc ducimus, & alimē-
ta capi

Hebręi

LIBER SEPTIMVS.

ta capimus, & cūcta quae secundū corpus sūt abun-
danter possidemus, Maxime autem primā illi bea-
tissimae menti, motoribus istis præditā, vni pri-
mo, ac summo enti, Deo superbenedicto, gratias a-
gamus necesse est; qui tā magnificos ministros nos-
tris non secundum animam tantum, verum etiam
secundum vilissimam nostrā partem (id est secundū
corpus hoc corruptibile) assignauit, ¶ Aduer-
tendum insuper est, quod hi motus licet ab eiusmodi
motoribus extrinsecis fiant, non tamen sunt contra
naturam caelorum, neq; obmouens extrinsecum di-
ci possunt violenter moueri. Nulla enim in caelesti-
bus esse potest violētia, sed suauissime ibi cūcta ge-
ri necesse est, vbi nulla potest esse corruptio: quoni-
am nullum violentum (vt Aristoteles auctor est)
potest esse perpetuum. Neq; enim villo modo forma
caelestis huic motui contranitur, sed suauissi-
me se subdit intelligentiarum mouentium actioni
neq; ad quietem conatur, donec omnipotentis Dei
iussu post saeculi cōsumationem, iubeatur stare to-
ta caelestis machina, posteaquam humanū genus su-
per terram vltra vitā nō deget, neq; itē aliquod ali-
orū mixtorū, Tunc em̄ superfluus foret motus ces-
lestium corporum, cum ad hoc potissimū mouean-
tur, vt nobis suo motu ministrēnt, quemadmodum
sanctus Dei Moyses, populū suū a caelestiu corpore
rū cultura dehortans, ea asserit creata, in ministeriū
ōnib; gētibus quae sub coelo sūt. ¶ CAPVT. XI

Deu. 4.

DE habitatu est autem ab antiquis de caelesti-
bus corporibus, Vtrū animata sint, an inani-
mata. Fuerunt qui animata ea esse senserūt
putantes ipsorum motum ab anima effectū
ue procedere. Sed veritas contrarium habet, esse vi-
delicet corpora inanimata, neq; vegetatiuā, neq; sen-
sitiuā, neq; rationalem virtutem habentia. Nam &
si moueatur ab agētib; intellectūalib; & liberis, id
est, ab intelligentib; motricib;, nō tū hinc cōsequitur
quod corpora sint animata, Siquidem motrices istae
intelligentē non sic cōiunguntur caelestibus orbib;
N quomo



Differunt angelus & anima hominis.

Prima opinio de numero coelorum.
Secunda opinio

DE COELO ET MVNDO

quomodo anima coniugitur corpori, per formalem unionem & substantialem informationem. Repugnat enim hoc angelicæ intellectuali naturæ, cum materia rem vnam componere. Est enim hæc inter animam rationalem & intelligentiam siue angelicam naturam differentia, quod anima corpori est vniuersalis & cum eo rem vnam nata componere quis etiã separatim possit subsistere. Natura autem angelica nequaquam materia aut corpori est vniuersalis, sed solū per se nata est subsistere. Coniugitur autem intelligentia motrix orbi moto, ipsumque tangit secundum virtutem tantū: ut propter hoc nequaquam dici debeant cælestia corpora animata, nihilo certe magis quàm nauis dici possit animata, eo quod in se habeat rectorem nauam,

CAPVT XII.

De diuisione regionis cælestis secundum suos orbem. Vperest nunc videre, an quomodo elementaris regio in plures partes diuersas ab inuicem sectanda, an forte non plura corpora, sed vnicū debeat corpus censerī. Et primū quidem illud experientia certissima monstrat, satisque quantum ad hæc partem inter philosophos naturales & diuinos Theologos conuenit, debere fieri diuisionem cælestis regionis in plures orbem Verū, in numero non omnes conueniunt. Fuerunt enim naturales philosophi priores, qui tantū octo spheram putabāt cælestem machinā continere, septē videlicet orbem planetarū & spheram stellarum fixarū atque hi spheram octauā putabant esse primum mobile, id est, primū orbem mobile. Verū qui post hos tempore subsequuti sunt, experientia simul & ratione conuicti, coelū vnum compulsū sunt super addere: eo quod spheram octauam duobus motibus comperissent moueri, ex motu stellarum fixarum quæ sunt in ea. Præter enim motum ab oriente in occidentem (de quo post dicetur) ex stellis fixis experientia certa edocti, concluderunt ipsum etiam ab occidente ad orientem tendere, motu alio. Ex quo firma ratione recte concluderunt non posse hoc esse mobile primum, quod per se duobus motibus deprehendatur

LIBER SEPTIMVS.

deprehenderetur moueri, sed debere alterū esse primum a quo motum vnum per communicationem acciperet, ut esset alter sibi proprius. Itaque hi nonam spheram adijcentes, in nouem orbem diuiserunt cælestem regionem. Ipsamque spheram nonam, primū mobile esse dixerunt, octauā vero, secundum. Huius sententiæ fuerunt astronomi celebres, Ptholomeus, Thebitius & Alphraganus. Post hos vero perseverante in fortitudinis ingenij studio inquisitionis, & ad priorum experientia posterorū accedente industria, simul atque diligentia, cōpertum est experientia pariter & ratione ultra nonam spheram præter prædictas nouē, aliā esse ponendam. Considerauerunt enim in firmamento motum aliū (quæ trepidationis nominat, vel accessus & recessus) præter duos prædictos. Vnde cum nec duos motus diuersos a se ipso habere posset, neque simul duos ab alio superiori (alioqui & ille haberet duos sibi proprios, quod primo mobili nequaquam cōuenit, cum vnicō debeat simplicissimo motu moueri) ratione colligere debere supra firmamentū duas esse alias mobiles spheram, a quibus per participationem vi raptus duos motus acciperet, tertium vero haberet sibi propriū. Itaque hi decimā spheram vocant primum mobile, nonā autē vocant mobile secundum. Huius sententiæ complures fuerunt ex recentioribus & in signibus astronomis. Alphosus rex hispaniarum, Ioannes lignerius, Georgius Purbachus, Ioannes regimontis, & alij plures prædictorū sententiā insequentes & approbantes. Et hæcenus quidem quæ ratio dare potuit & hominis ingenium inquirere audiuimus. Superest vero, ut quod potissimum est & fides docuit non taceamus.

CAPVT XIII.

De cælo empyreo, & de cælo cristallino siue æthereo, ac primo mobili. Præter autem prædictas spheram motu locali mobiles, Fides catholica & diuini Theologi docent aliud superius esse omnium motus localis, expers, perpetuo quiescens ab omni motu locali, quod ab initio creatū est plenum inestimabilibus

Nonum coelū ratione inuentum

Tertia & probabilior opinio.

Motus trepidationis.



Celum
empyreum.

DE COELO ET MUNDO.

milibus intelligentiarū & spiritū beatorū, qui simul cum illo & in illo creati sunt tanq̄ in loco sibi deputato, quē admodū mixta corpora suis quāq; locis in his inferioribus solent generari, vt in aquis pisces, in aere aues, super terrā animalia cetera & plātes, intra terram mineralia Et huiusmodi. ¶ Hoc celum mole immēsum & inestimabili luce ac supra humanam mentē diuina claritate fulgidum (propter quod & empyreū nominatur id est igneū, non quidem a proprietate & natura ignis, sed a splendore nimio & gloriosissimo fulgore) sedes est destinata ante constitutionem mūdi, & velut aula regalis solij praeordinata ab initio, omnibus qui regnaturi sunt in cōstituta Dei & agni. Cuius lucē licet sic clarissimā & limpidissimā, nequeūt corporales nostri oculi cōspicere quemadmodum non est potēs noctua cernere lumē solis, Necq; lumē vllum extra se, beatissima & iucundissima lux ista diffundit. Nō enim sunt alij colorū orbes, tam praeclarissime lucis & Diuini fulgoris caepaces, multominus elemēta aut cetera corporalia. ¶ Attramen de actione huius caeli dubitat nōnullis, quibusdam dicētib; quod nullam omnino habeat actionem in inferiores sphāras aut alia subiecta nec esse propter rerum naturalium dispositionē aut gubernationem cōditum, sed tantum in gaudiū & premiū beatorum. Indecēs hi arbitrātur vt tā gloriosissima Dei mansio creaturis adhuc corruptibilibus deleruiat; nec putāt ipsam pertinere ad ordinē mundi corporalis. Alij vero partē affirmatiuam praelegūt, dicentes ipsum sua solidissima quiete, & quietissima virtute, stabilitatē permanētiam & fixationem rebus inferioribus infūdere. Res enim inferiores, propter aliorum colorū citissimos motus (vt ipsi autē) cōtinuo defluerent, nisi huius primi caeli quiete, aliquo modo in suo esse seruariētur stabiles. Nos vero quia certum nihil de hoc habere possimus, eo quod fide certū est, cōtenti, de praeprato nobis tā amplissimo, tā supremo, tāq; iucundissimo habitaculo in aeterna huiusmodi gaudio gēstētes, totis potius affectibus ad illud suspirare, ad illud redere studeamus q̄ multis inutilibus discepta-

LIBER SEPTIMVS.

Fe. 102.

disceptationibus aut cogitationibus inanibus de eo multa disseramus. Pluris em̄ esse debet nobis Christianis hominibus huius vnus caeli fide simplex noticia, q̄ ceterorum omnium & cunctarū quae in eis sunt astrorū ac motuū exactissima cōprehensio. ¶ Ad huius caeli nimis desiderabilē ornatū atq; pulchritudinem saepe nos cōuenit, donec peregrinamur i hoc corpore, deuotis affectionibus suspirare, & quasi violenter nostrae mētis oculos infirmos atq; tenebrosos conuertere; in quo beata fruatur luce angelicōciues nostri, pariter & eorū spiritus, qui in domino hinc discētes, priores illuc sunt ingressi. Nos quoq; iuxta manū Dei super nos bonā eodē peruenire post paululum cōfidimus, ipsius gratia adiuti, qui nobis anteq̄ nati essemus tā gloriosum ab initio praepratum aeternae mansionis habitaculum.

Sunt igitur caeli vndecim hoc ordine scilicet, caelum empyreū, primum mobile, caelum crystallinum, firmamentum, caelum Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris Mercurij & Lunae.

¶ Post hoc igitur primū & nobilissimū corp⁹ sequitur decimū caelū, primū mobile: quod motu supra q̄ cogitari potest velocissimo, lege ppetua, quotidie ab oriente in occidentē per meridiē, viginti quatuor horarū tēpore decurrēs, velocissimo hoc raptu suo omnes inferiores caelos secū rapit, eodēq; tēporis spacio perfectā circulationē cōplere facit. Nec praeter hūc motum aliū aliquē habet. ¶ Sub hoc caelo est nonnum, quod nūc aquē nūc crystallinū a sanctis & Diuinis Theologis nominatur; nō quidē a proprietate vel natura aquae, quasi illic verā aqua sint elemēta res, sed ab omnimoda dyaphaneitate siue spicuitate, eo quod nullā omnino habeat stellā. Forsitā & ob hoc quod sit i modū aquae, siue crystalli effectū frigidissimū & frigiditatis maxime effectiuū, quae est aquae qualitas



DE COELO ET MUNDO.

litas predominantis. In cuius confirmatione facit, quod quidam supra firmamentum veras aquas ponendas senserunt, ad motus & caloris illius temperamentum atque refrigeratione: ne videlicet ex nimia talis motus et locitate, ignis generaretur, qui omnia haec inferiora consumeret. Quae sententia licet non admodum probabilis videatur, in hoc tamen nobiscum facit, quod aquas istas (qualescumque tandem sint) ad cōtemperationem nimij caloris supra firmamentum positas dicit. Quod & nos secundum verisimilitudinem asserimus: non sic quidem ut a caelis prohibeatur calor, quasi celestibus corporibus sit exustionis periculum (quae incorruptibilia sunt & caliditatis non susceptiva, etiam si mille admoventur ignes) sed propter nimium calorem ceterorum astrorum, atque etiam eius qui ex nimia velocitate motus oriri posset in regione elementari, in his inferioribus contemperandum. Ait enim quidam huius caeli tantam esse frigiditatem ut his inferioribus prorsus esset intollerabilis, si non solis & aliorum astrorum calore temperaretur. Haec sunt aquae, de quibus inscriptura sacra frequens est mentio nominatum in principio Genesios, dicente domino. Fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis, & subditur. Factum est firmamentum in medio aquarum, & divisit aquas quae erant supra firmamentum ab aquis quae erant firmamento. Item in libro Psalmorum. Laudate eum caeli caelorum, & aquae quae super caelos sunt laudent nomen Domini. Et in libro Danielis, ad laudem Dei omnem creaturam exhortates pueri Hebraei canunt, dicentes. Benedicite aquae omnes quae super caelos sunt Domino. Haec autem sphaera caeli crystallini sine aqua, secundum opinionem Ptholomei atque Alaphragani ponentium unam tantum sphaeram naturalem supra firmamentum, primum mobile diceretur. Veritas tamen magis credibile facit, eam esse secundum mobile

Genes. 1.

Psal. 148.

Danic. 3.

CAPVT. XIII.

De firmamento & orbibus planetarum. Vic autem caelo aqueo, contiguum est caelum ordine octauum: quod a stellis mirae magnitudinis & multitudinis stellarum appropriato nomine

LIBER SEPTIMVS

nomine dicitur in scripturis autem firmamentum vocatur, vel propterea quod verbo domini in diuisionem positum sit aquarum superiorum ab aquis inferioribus. Vel quia in eo innumerabilis est stellarum multitudo firmata. Sunt enim in hac sphaera omnes stellae fixae de quibus dicemus posterius. Haec vero sphaeram octauam, sequuntur.

Orbes septē planetarū.

Septem sphaerae septem planetarum. Hoc ordine: sphaera Saturni sphaera Iouis sphaera Martis, sphaera Solis, sphaera Venus, sphaera Mercurij, vltima Lunae.

Istarum autem sphaerarum, superior quaelibet ambit & orbiculariter circumdat inferiorē, suntque alię alijs maiorē secundum quod plus vel minus accedunt firmamento, vel ab eo recedunt. Vnde sphaera lunae omnium infima, omnibus etiam minor est cōtra, sphaera Saturni, omnium est maxima, ut pote firmamento proxima & cōtigua. Quae in re considerari facile potest inestimabilis mundialis machinae magnitudo. Nam quemadmodum diximus in elementari regione superiorem sphaeram excedere inferiorē proportionē decupla, ita etiam in hac regione, cōtinuato semper augmento, superior longe quantitate superexcedit inferiorē proximam. Vnde necesse est multo maximam & immensissimam esse molem illam vltimam empyrei caeli, & magnitudine incomprehensibilem. Insuper velocissimus ille motus decimi caeli, huic empyreo proximo, quo in viginti quatuor horarum spacio tantum percurrit, imo peruolat, imo plusquam uolat circulum, merito debet considerantibus nobis eius magnitudinem stuporiet esse, & miraculum multo maximum. Sciendum autem est, firmamenti nomine interdum signari totam aggregationem octo sphaerarum, septem videlicet planetarum & stellarum fixarum. Debere tamen poni haec sphaerarum diuisionem, & non posse in unum corpus ceteri, manifestissimis exper



DE COELO ET MVNDO

nis experientijs & rationibus certissimis ab Astro-
nomis probatur.

CAPVT. XV.

De duplici motu orbium cœlestium, qui sunt post
primum mobile;

OMnes cœlestes sphaera quæ primū mobile se-
quuntur, duplici motu mouentur. Priore quie-
dem alieno, id est, ex raptu primi mobilis, quod
(vt supra diximus) velocissimo suo motu in viginti
& quatuor horarū spacio sese citissime circūuoluit,
& totum suum cursum cōplens, omnes orbes intra
se cōtentos secū circūuoluit, vt in eodē spacio tēpo-
ris totum suum cursum infallibili lege perficiant, id
quod in Sole manifestissima experientia ad oculum
conspicimus, qui hoc motu raptus diē nobis a die di-
stinguit. Singula enim eius reuolutiones secū-
dum motum istum primi mobilis factę, singulos no-
bis dies efficiūt. Et quidem si totū accipiamus tem-
pus reuolutionis, id est, tam illud quo supra nos-
trum hemisphaerium quod illud quo supra alterum oppositū
uoluitur, dies naturalis dicitur, cōstatque viginti qua-
tuor horis, Verū si accipiamus tempus tātum illud
quo supra nostrum Hemisphaerium apparet & mo-
uetur, dies dicitur artificialis. Et hij dies, nō equa-
lis sunt longitudinis. Nam hyeme breuiores sunt
dies, & æstate longiores, iuxta quod supra nostrum
hemisphaerium Sol magis eleuatur. Fit autem
motus iste primi mobilis super duobus polis mū-
di directe sibi in cœlo oppositis, quorum alter arcti-
cus nominatur, semper nobis apparet; alter antarcti-
cus, nunquā, sed nostris antipodibus perpetuo est præ-
sens, quibus econtrario nos-ter polus arcticus semper
abest. A polo enim arctico qui in summo cœli poni-
tur, vique ad polum antarcticum qui directe ex parte
altera est oppositus, linea recta per medium mundi
ducta intelligitur, quam axem mundi appellant, eo
quod circa ipsum fiat motus iste primi mobilis &
cum eo omnium sphaerarum cœlestium, quem admo-
dum tota uoluitur circa axem. Fit autem motus
iste ab oriente, per meridiem, in occidentem; atque ita
deinde

Quis
dies na-
turalis

Quis
artificia-
lis dies.

Duo po-
li mūdo

Quid
axis mū-
di.

LIBER SEPTIMVS

deinde per septentrionem, redit ad orientem. CPræ-
ter hunc vero motū primi mobilis, inferiores sphaera Motui
ra omnes sibi propriū habent, quo mouentur con- raptus
tranitendo ab occidente, per meridiē, in orientē, atque motus
hinc redeunt per septentrionem, in occidentem. Hic aduertit
autem motus non circa eundem axem mūdi fit, nec
super iisdem polis sed super duobus polis alijs, distā-
tibz a prædictis per viginti tres gradus & triginta
tria minuta, aut secundum alios vnū & quinquagē-
ta. A quorū polorū vno ad alterū, intelligitur trans-
ire per mediū mundi linea rectissima, quæ dicitur
axis huius motus, & nominatur axis zodiaci, quæ
admodum prior dicitur axis mundi.

CAPVT XVI.

Quomodo intelligi debent in cœlis
motus oppositi, & mo-
tus raptus.

Posset autem ex iam dictis secum aliquis hæsi-
tare, quo nam pacto possint esse motus opposi-
ti in cœlestibus, cum motui circulati (vt ait Ar-
istoteles) nullus sit motus contrarius. Rursum
quomodo fieri possit, vt rapiat primū mobile alias
sphaeras, cum in cœlestibus nulla possit esse violētia
vt enim non est ibi contrarietas, ita nec violētia
admitti potest. Ad hanc autem obiectionem re-
mouendam, necesse est sane intelligere quæ prius di-
ctā sunt. Non enim motus isti proprie oppositi sunt
ad inuicem quasi contrarij (Contraria enim in eodē
simul esse non possunt) sed quia diuerso modo sunt
vnus videlicet ab oriente in occidentem, alius ab oc-
cidente in orientem, quamuis non per eundem cir-
culum, aliquo modo videntur oppositi. CIn-
super quod de raptu dicitur, debet absque violētia in-
telligi: quemadmodum cum inferiores sphaeras dis-
cipimus. Nulla enim in cœlestibus est contrarie-
tas, nulla fatigatio, nulla violētia, nulla mobiliū re-
sistentia. Nō em aliud sibi vult quod dicimur inferio-
res orbes rapi, quā quod simul ad motū primi mobilis p-
accident



DE COELO ET MUNDO

accidens moueatur, quemadmodū nauta mouetur
uectus a nauī. & aqua ad motum vasis in quo cōtra
netur; vt sic ratione cōtinentiæ, inferiores simul cū
superiore moueantur. Et quod de cōtranitentiā in
feriorum dicitur, nihil aliud sibi vult, q̄ eas diuerso
motu proprio moueri, ab alia parte ad partem op
positam.

CAPVT XVII.

¶ Quanto tempore vnusquisq; cælestium orbium
suum proprium motum compleat, & obiter de an
no bissextili.

Omnēs igitur sphaeræ cælestes huic motui pri
mi mobilis (vt iam dictum est) contrāritum
tur, secundū circulū obliquū (qui & zodiac
cus dicitur) cursum suū peragētes. Verum illud no
tandum est, q̄ quāto propinquiores sunt primo mo
bili secundū situm, tāto suum motū proprium tar
dius perficiūt: quanto autē distātiōres, tanto citius
suos cursus absoluūt. Vnde cælū crystallinum om
nium tardissime moueri necesse est, cōtra vero lunę
orbis circumgyratur omnīū velocissime. Quod vt
fiat euidentius, volumus, iuxta Astronomorū tradi
tionem, singularū sphaerarū motibus suum tempus

subijcere. ¶ Dicunt autē nonam sphaeram cursum
suum propriū perficere in quadraginta nouē milib;
annorum, & in ducētis annis gradū vnū zodiaci cū
9000 in medio percurrere. Atq; hęc sphaerā dicūt hoc suo
motu rapere secū octauam sphaerā, & omnes auges
planetarū præter q̄ lunę, de quibus tamē nihil nūc
particularius dicemus. Octaua autē sphaera proprio
suo motu (scilicet trepidationis, vel accessus & recess
7000. Firmiter
mentū,
bit, pertransitq; gradū vnum zodiaci: quādoq; quis
dem in ceterū annis, quādoq; in sexaginta, quādoq;
vero in alio interuallo, Saturni sphaera, reuolutio
nem integrā annorū fere triginta spacio perficit: Io
uis, in duodecim; Martis, fere in duobus. Sol reuolu
tionem integrā facit in trecentis sexaginta quinq;
diebus, & fere sex horis. Venus & Mercurius, fere si
militer. Nouissima autē Luna, in viginti septē dieb;
& octo

LIBER SEPTIMVS.

Footes.

& octo horis suum circulū cōplet. ¶ Vbi illud
obiter sese offert declarandū, quid sit q̄ quart⁹ quili
bet annus vno die abundat, vt videlicet quartus
quisq; annus iuxta nostrā cōputatiōē habeat dies
trecentos sexaginta sex, qui & bissextilis nūcupat⁹. Cū
enim sex horæ quater sumptæ diem faciant natura
lem, hoc est, viginti quatuor horarū, igitur quolis
bet quadriennio ad dies consuetos, 365. (quibus cō
stat annus cōmunis) discitur prædictæ cōputatiō
ni dies vnus, vt seruetur tēporum ordo, & festiuita
tū vniformitas. Qui annus vno die (secūdem hu
iusmodi cōputatiōē ex trium præcedentium senā
rijs & suo residuo sex horarū cōflato) abundans
bissextilis nūcupatur: eo quod contineat. 366. dies
vbi bis senarius ponitur: a quo numero senario bis
ita replicato, bissextilem eum appellauerunt.

CAPVT XVIII.

¶ De natura & conditionibus astrorum.

De natura autē astrorum, dubitatum fuit ab
antiquis, fuerūtq; super hac re diuersę diuer
sorum sententiæ. Quidam enim antiquorū
dixerūt, ea esse corpora animata, propter ali
mentum suo motu terram perambulantia vt scilia
et humidum aqueum ad se velut in potum & sic
cum terrestre in cibum attraherent, quēadmodum
videmus progressiuo motu animalia quę apud nos
sunt moueri ad querendum alimēta, cibum atq; po
tum. Sed hoc figmentum plane poeticum est, neq;
quicquā habet verisimilitudinis. ¶ Alij vero, de
quorū numero fuit Empedocles, astra dixerūt esse
de natura ignis, orbes autē cælorū de natura aquę
Sed neq; hic veritatem assequutus est, vt ex præce
dētibus manifeste patet. ¶ Quæ autē veritatē tenēt
asserūt astra esse eiusdē naturæ & speciei cum suis
orbibus in quibus mouentur, neq; a reliquis parti
bus suorum orbium essentialiter differre, sed tātum
secundum accidentia

Est enim astrum (vt ait Aristoteles) deti
rior pars sui orbis

Aristos
primo
meteos



Sicut



DE COELO ET MVNDO

Sicut enim in ligno contingit aliquam partem esse ad modum densam & compactam pra reliquis partibus, quod nunc vocamus, est tamen eiusdem naturae cum alijs sic & in orbibus caelestibus astra partes sunt densiores atque compactiores reliquis, eiusdem autem sunt naturae & speciei. Sunt enim caeli corpora homogenia quorum singulae partes & cum toto & cum se invicem eiusdem sunt naturae, licet secundum accidentia possint differre. Ex hac vero densitate consequitur & alia differentia accidentalis, qua differunt astra a partibus reliquis suorum orbium. Nam ex hac sua densitate, compactione, & ut ita dicam, opacitate habent, ut possint radios solares ad se emisso reflectere, sicque effectum ad se solare lumen refundere quod alias partes, ut potest rariore & nimium perspicuae non possunt, quoniam ob raritatem penetrantur a lumine nec est refusio accepti iuminis. Idcirco enim ipsi caeli quantum ad omnes partes, in se quidem luminosi sunt. Lumine eorum substantia penetrante, non sunt tamen nisi ratione astrorum lucidi sic ut lumen possint de sese refundere. Alioquin neque nox neque tenebra haberent locum, tanto corpore lumen suum perpetuo spargente. Et enim per diem atque per noctem Sol orbem caelestem illuminat, neque potest interpositio terrae (quae non nisi punctulus est caelo comparata) eorum illuminationem impedire, Ex quibus patet, quod nomen astri siue stellae duo includit, nempe partem coeli densiorem, & lucem solarem ab ea repercussam.

CAPVT XIX.

Differentia inter planetas & stellas fixas. Inter has autem stellas, quaedam dicuntur fixae, quaedam erraticae, quas graeco vocabulo planetas vocant. Siquidem πλανητες plane graecis sonat errorem. Unde πλανητες planetes, quod significat vagum siue erroneum. Fixae dicuntur, omnes quae sunt in octava sphaera, id est in firmamento. Idque ob hoc, quod saepe videatur ad invicem servare eundem situm, & aequali distantia ab invicem distare. Et haec in numero sunt indeterminato, qui soli est Deo creatori cognitus iuxta illud Psalmistae. Qui numerat multitudinem

LIBER SEPTIMVS.

Fol. 166. P. 146

nam stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Planetarum autem siue erraticae stellae tantum septem sunt quae ob hoc dicuntur erraticae, quod non sepe eundem ad invicem conspiciantur habere situm, neque aequali distantia ab invicem distare, sed nunc quidem ad invicem appropinquant, nunc vero ab invicem elongantur, nunc haec illam antecedit, nunc subsequitur, nunc in elevatione est ad illam, nunc in depressione, secundum quod suorum orbium varia celeritate vel tarditate varie feruntur. Distinguntur autem stellae fixae a planetis ex scintillatione. Omnes enim stellae fixae scintillare nobis videntur, quod alijs quidem propter longinqua nimis distantiam & visus nostri debilitate evenire putaverunt, alijs propter motum coeli continuo angulos irradiationis variare, sed verior ratio ex perspectiva petenda foret. Soli autem planetarum non scintillant, nisi forte Saturnus interdum, quem dicunt stare. Boreae non nihil scintillare. Illud autem certum est, scintillationem talem nihil esse in ipso astro scintillatione, sed tantum secundum prospectum & apparentiam evenire.

Soli planetarum non scintillant.

CAPVT. XX.

De ordine septem planetarum ad invicem. Septem autem planetarum hic est ordo: Luna infima, deinde Mercurius, succedit Venus, proximus Sol, supra hunc Mars, proximus Iupiter, supremus omnium Saturnus. Hunc autem planetarum ordinem sic probant, quoniam astrum illud per cuius interpositionem contingit alterum occultari, necesse est esse inferius eo quod occultatur. Unde cum per obiectionem siue interpositionem Lunae experientia nobis aperit, si me monstrat, Mercurium abscondi, cum inter nostrum aspectum & astrum ipsum media sese obiecerit, consequitur necessario Lunam esse Mercurio inferiorem. Ita & de omnibus alijs planetis, quantum ad Lunam, demonstrari potest. Nam planetas omnes abscondit & occultat, propter quod omnium infima comprobatur. Sic de Mercurio probat experientia, quod Venere sit inferior, & de Marte quod subest Iovi, de Iove quoque superiorem habet Saturnum. Item quod omnes stellae fixae omnibus

Ordo planetarum probatur.

his planetis



DE COELO ET MVNDO

his planetis sunt superiores, quonia a quolibet planetarum possunt abscondi, ipse vero nullum planetarum occultare possunt. De Sole tamē talis ex petientia nulla est, quod abscondatur, nisi a Luna; propter quā rationē quidā existimauerunt Solē esse proximū Lunæ in secūdo orbe cælesti. Quod tamē rationibus alijs manifeste probatur non habere veritatem, sed Solem esse in loco quarto.

CCAPVT. XX De planetarum distinctione.

AD cognoscendum autē hos planetas, quidam diuerforū colorū similitudinē illis tribuunt quāq̄ iuxta veritatem colores nō habent sed tantū iuxta lucis variē sese mōstrantis similitudinē, varias colorū apparatus participat. Vnde Saturnū dicunt esse coloris plumbei, Iouē stānei, Martē calibei, Solē aurei, Venerē electri, Mercuriū argenti viui, Lunā vero argētei atq; horū singuli productiua dicuntur quorum colorem referunt. Assignant quoq; varias horū planetarum virtutes & differentias, Saturnus enim frigidus est & siccus, planeta masculinus malus siue maleuolus atq; nociu⁹. Quod sicut & in alijs sequentibus secundum effectum debet intelligi.

Saturni qualitas

Iupiter

Ipso dominante si fetus nascitur aut moritur, aut debilitatus misere viuunt. Propter quod, pueros dicunt octauo mense de matris utero prodeūtes, vel non superuiuere, vel secūdum corpus miseros viuere, cum tamē septimo mēse & nono si prodeant, feliciter viuunt. Dicunt em Saturnū in mēse octauo dominari fetus, qui mortis est author, Iouē vero in mense nono, qui est principium & largitor vitæ. Ob hanc vero pessimam nocendi & mortificandi conditionē, depingi solet Saturnus falcem manu tenens, quasi viuētia quātum in se est demetens qualitate noxia, id est, mortificans. Iupiter proximus, eius maliciam cohibet, & conditiones malas temperat. Est enim ipse in qualitatibus optime temperatus, calidus scilicet & humidus id est caliditatem & humiditatem efficiens. Vnde patet, ipsum complexionis aeræ siue sanguineæ in hominibus esse effectiuum. Est enim sanguis calid⁹ & humi

LIBER SEPTIMVS.

& humidus. Vnde propter suam naturalem bonitatem, principium vitæ meretur vocari. Quā ob causam depingitur sceptrum manu tenens, quasi vitæ imperator atq; largitor. Quāquā autem ex se clarus est, & in modum lactis candidus, attamen cum ascēderit in circulū gelidi illius & sicci Saturni, pallorem quandam contrahit, quo modo nonnunquā etiam insigniter bonus aliquā suæ virtutis maculā cernitur ex mali hominis cōmertio contrahere. Ipsū tamē suæ claritatis faciens participem, ex sese omnino pallidum, vtcumq; facit clarum; vt quēadmodum effectus maliciam suā bonitate temperat, ita & coloris obscuritatē suā claritate lætificat, quomō etiam pessimos videmus interdum ex honorū consortio: vt minimū speciem aliquā virtutis induere vt sic manifesta sit in naturalibus similitudo, cum ijs quæ cernuntur in moralibus. Mars calidus est & siccus, & iccirco noxius: non æque tamen atq; Saturnus, qui neutram habet qualitatem vitæ cōducentem, & frigidus existens & siccus. Hic vero Mars licet siccitatem habeat vitæ inimicam, habet tamen caliditatem non inutilem operaturq; cōplexionem cholericam, id est calidam & siccam, vt Saturnus melancholicam, id est, siccā & frigidā. Iupiter vero inter prædictos duos medius, duas qualitates optimas caliditatem & humiditatem temperatas, possidet. Attēde autē, obsecro te lector miram Dei in operibus cunctam sapientiam. Vides primū quēadmodū omniū planetarū maxime noxius & inimicus vitæ summus vel primus. Longissime sit a viuētū regione ablegatus & a terris (vbi viuētū locus est) elōgatissimus. Quomodo enim viuētia (si terræ proximus esset ille aduersatissimus eorū hostis (aduersus tantæ crudelitatis imperū sese tuerentur? quomodo non ante debitā periodū cōpellerētur acutissima illius falce añ tepus occūbere. Nūc vero Dei prouidissima sapiētia longe proscriptus est, vt nō quantum ipsius cupit natura, propter intermedios meliores planetas, gelidus ille falcet nocere possit. Martē vero, quāq; noxiū tñ minus

Martis qualitas

Attēde miram in planetis ordinē.



DE COELO ET MVNDO

noxium, propius ad terras eadem prouidissima sapientia, & sapientissima prouidentia permisit accedere. In horum autē duorū medio louē quomodo sapientissime collocauit, videlicet totū bonū inter malos duos, vt vtriusq; sua bonitate vinceret maliciā. Vnde de quomodo omnia numero, pōdere, & mēfura Deus sapientissimas prouida cōsideratione disposuit. Quod ergo Saturnus primū & summū locum obtinet, non ex naturæ præstantis bonitate, neq; cōditionis dignitate procedit, sed tanquā hostis longe proscriptus ob maliciā potius arcetur a viuētibus, estq; loco nouissimo cōstitutus. ¶ Rursum cōsidera, quod eum qui magis noxius est, nempe Saturnum a superiori parte Iupiter habet, eum vero qui minus ab inferiori, Superioris enim virtus, ne trāseat, subiecti inferioris obstaculo facilius videtur prohiberi, q̄ inferioris possit virtus desuper emissa virtute cōrineri. Nam loco superior planeta, non potest suum influxum in terras mittere, nisi transeat per orbem intermedij.

CAPVT. XXII.

¶ De Venere Mercurio & Luna.

Venus est planetæ fœmineus, Martis maliciam & ignitū feruorem sua fœminea qualitate tēperans, quomodo virilis ira, muliebri solet. Iet benignitate placari. Semper comitatur Solē: sed cum præcedit, dicitur lucifer quando vero sequitur heesperus siue vesper appellatur. Estq; nūcius Solis vel adueniētis, dū lucifer est, vel abeūtis, dū heesperus. Vnde illud apud Virgiliū, Ite domū satūrē venit heesperus, ite capellæ. Habet quasi colorē candentem & refulgentē electro similē, estq; lux eius præ luce omnīū astrorū limpidissima atq; gratissima, & colorū aspectus placidissima. ¶ Vnde factū est vt primus ille angelorū (qui cæteris omnibus sublimitate & gloria cōditionis præeminebat) lucifer vocaretur: eo quod fulgore, atq; claritate cæteris spiritibus præcelleret, quomodo lucifer suę lucis refulgentia & limpiditate, cætera arecellit sydera. Vnde apud Esaiā (sub figura regis Babilonis de illo dicit) Quomodo cecidisti de

Esa. 14.

LIBER SEPTIMVS.

Fo. 108

2. Pe. 2

sti de edelo lucifer, qui mane oriebaris. Et beat⁹ Petrus Euāgelicā doctrinā oib⁹ alijs doctrinis præeminentē, appellat luciferū, dicēs de sermone prophetico. Cui benefacitis attendentes, tanquā lucerna, lucēti in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris, ¶ Post Venerē est Mercurius per se quidē nec bonus nec mal⁹, sed per suā naturā inclinatur ad planetā cui cōiungitur. Nō em̄ aliorū maliciā tēperat, sed est cū bonis bonus, & cū malis malus. Raro a nobis cernitur propter vicinitatē ad Solē, Sēper enim cū sole graditur, nūq̄ ab eo plus triginta gradibus distās. ¶ Hunc Mercuriū dicunt eloquētiā & ingenij, id est boni sensus effectorē: vt quibus hic dominetur, faciūdi sint sermone & bonis sensibus, ac bene ingeniati. Et quidem si cum Saturno aut Marte iunctus fuerat, faciūdiā prauā & astutiā malam, ad nocendum, ad cōcitantum rixas, discordias, tumultus, scismata, hæreses, dicunt significare. Eiusmodi homines præ omnibus sæculis prioribus, nostra hæc ætas plurimos habet, quib⁹ cum summa adsit faciūdiā & sensus clarissima perspicacitas, nihil tamē hisce dotibus aliud agunt quā vt nihil relinquunt integrum, sed vniuersa perturbent, erroribusq; adimpleant orbē. Si vero Ioui iungatur, bonam faciūdiā & ingenium salutare significare dicunt, ad veritatis defensionē & virtutis promotionem accōmoda, Cuiusmodi ingenia hac nostra tēpestate nimium rara merito deploramus. ¶ Infima omnium luna frigida & humida est, operaturq; complexionem flegmaticam, id est humidam & frigidam. Super aquas & omnia humida dominum habet. Vnde secundum varium accessum & recessum, causat fluxum & refluxum maris itemq; aquarum augmentationem vel diminutionem, quemadmodum libro priore dictum fuit. Experientia quoq; monstrat, in plenilunio crescere medullas, & cerebrum, ac huiusmodi humida, quemadmodum in nouilunio ista decrescunt & diminuantur. Illuminatur diuersimode, & nūc plena, nūc parsim obscura, nūc crescēs, nūc decrescēs apparet non

Mercurius

Luna.

N 4

stro ala



DE COELO ET MVNDO

stro aspectui, ac iuxta diuersitates istas diuersimode corpora hominum & inferiora cuncta disponit. Et lumē terris singulariter deseruit tam in illuminādo q̄ in agendo. eo quod terris sit proxima; neq; vllius aliorū syderū tā efficac & manifesta est in his inferioribus operatio, id quod in egrotantibus manifestissimē cernimus. Minimo spacio suā circulationē abfoluit, suo motu mensium distinctionem facit. Et cū quātitate sit minor cæteris planetis, maior tamē ob vicinitatē apparet hominibus. ¶ In scripturis nonnunquam bonā habet significationem, veluti in Cāticis Cāticorū. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna & cæ? Et in Psalms, Thronus eius sicut sol in cōspectu meo, & sicut luna p̄fecta in æternū. In malū vero Sapiēs ab ea trahit cōparationē, cū ait, Stultū vt lunā mutari. Et in Apocalyp̄si mulier illa gloriosa Sole amicta lunam v̄sa est habere sub pedibus, Per quod signifi cari dicunt sacri Theologi, omnem mutabilitatē scæculi huius & transeuntū in eo, Secundū lucis em̄ pleniorē ad terras infusionem, bonā habet cōparati onē, secundum instabilitatem autem & variationem accipit malam.

Cant. 6.
Psal. 88
Eccl. 27
Apo. 12

¶ CAPVT. XXIII.

Solis præcellētia.
¶ De Solis nimia præcellētia sup cæteros planetas
Nter hos vero sex iā dictos planetas mediū loꝝ cū Sol obtinet, qui solus per sese lucid⁹ cū a nullo lucē accipiat, ipse astris omnibus lumē præbet. Omnes enim stellas, & erraticas in suis orbibus & fixas in firmamēto, sua luce illuminat, singulisq; lumē illud in quo cernūtur donat, hoc ipso patēter in se Dei patris luminū gerēs similitudinē. Ipse em̄ admirādī fulgoris atq; efficacissimē virtutis de sua natura existens, solus de se lucē habēs, sui luminis atq; ardoris vim, sparsis flagrantib⁹ radijs circūquaq; distūdit, coelestia & terrestria cūcta illuminas, atq; efficacissime in eis operās, Oīa siquidem astrā (vt auctor est Aristo, & veritas cōfirmat) a sole suū lumē accipiūt, & per lumē quod a sole accipiunt, suos operantur effectus. ¶ Visum est tamen quibudam præter

Omnīū stellarū lumē a sole esse

LIBER SEPTIMVS.

præter hoc solis lumē, debere ea habere lucē aliquā propriam, quæ causa esset vt lumē a sole procedens, in hoc q̄ in illo planeta, aliter operaretur. Nō est tamē id necessariū, ob hoc scilicet propriā lucem aliquā quam ponere. Sufficit enim ad hęc diuersitatē operationis, ipsa subiecti varia dispositio. Vnde lux solis (iuxta doctrinā Astronomorū) in Saturno infrigidat, in Marte calefacit, & ita in cæteris quēadmodū iuxta diuersam naturā astrorū idē solis lumē diuersas colorum apparētias facit, vt supra declarauimus. ¶ Omnino itaq; probabilior videtur illorū sentētia qui vnicum ponūt luminis fontē, a quo lux omnis deriuetur, ipsum videlicet solē, qui in planetarū medio ordinatissime cōsistit, tanq; rex in medio regni sui, in medio gradiēs suorū principū atq; magnatū, qui sunt proximi ipsum hincinde circūdantes planetæ, sub se habēs lunā, Mercuriū, Venerē; supra se vero Martē, Iouem, atq; Saturnū; proximos autem habet, hinc quidē ignē & bellicosum Martē, ardentibus radijs flagrantē, illinc vero placidam & amēnā Venerem, sua limpidiſſima ac placidiſſima luce sua uiter resplendētē; illū velut potētē & animosum armigerum, hanc vt suauē coniugem. Quod tamē ne gentili opinione excipiat, præmonemus. Vt ne arbitretur quis, iuxta figmēta poetica, in cælestibus vera nos ponere cōiugia, cōcubitūsq; & generationes prolium, Sunt enim figmēta ista vanissima neq; veritatis quicquā possidentia, Secundum tamē similitudinē quādam, Venerē dicimus Solis esse cōiugē. Est enim cōiugis officium, suo viro indiuidua societate adherere, neq; ab eo sese plus iusto clogare. Ita Venus semper Solē comitatur, siue oriatur siue occidat, indiuidua societate comitē illi se adiungēs, estq; ipsa tota fœminea, & placida lucis replendētia blandiſſima, fœminearū qualitātū effectiua, vt ille totus est masculus, aureo superabūdātī fulgore virili maiestate resplendēs, & virilium qualitatum maxime effectiuus. Vnde quēadmodum Solis calor magnos & fortes animos facit atq; constātes, sic Venus molliores faciles & pios ac minus stabiles, cuiusmodi in

Quorūdam opinio.
Solutio;

Venus est Soli quasi cōiuge.

¶ O S foemis



DE COELO ET MVNDO.

feminis plerumq; cōspicimus. Item vt Sol vitalem calorem præbet, sic Venus vitalem humorem videtur suo concursu adferre: sicq; vitâ pariter efficiunt, vt simul vir & mulier ad prolis generationē, cōcurrunt. ¶ Post hos autem planetas (qui Soli velut propinquiores, sunt principes) infinita circumdatur multitudo astrorum firmamētī, quibus tanquā militum innumerabiliū e lōginquo sublequētium exercitibus, vnde quaq; circūdatus atq; circūstipatus inscedit, in magnificētissima gloria, singulis proprium suum lumen ex diuitijs thesauri sui velut in militiq; stipendium persoluēs. Ob quam nimia excellētia, veteres Poetæ Solem dixerunt esse patrem Deorū, hominumq;. Quod ideo distum videri potest, quoniam in omnium generatione ipsius actionem necesse est cōcurrere, vt causam vniuersalē sine qua effectus nullus possit generari. Ipse præterea omnibus astris perpetuo lumē communicās, simul & cū hoc agendi in hæc inferiora virtutem, hoc modo nō im merito omnia dicitur in astris omnibus operari, dū quod illa agūt ab isto accipiunt vt agant. Est autem causa admodū rationalis ex parte naturæ, cur licet præcellentissimus Sol, existat, tamē neq; supremo neq; infimo loco debuerit collocari. Cum enim Sol principium sit atq; fons luminis & caloris vitalis, a quo & cætera astra lumen recipiunt, & viuētia omnia vitam, si esset Sol terræ proximus, nimio calore eam exureret, nec posset ipsa ferre eius ardo rem, sicq; viuētium cōsumeret vitam, forsan etiā suprema astra non ita commode posset illuminare. Si vero econtrario, Sol locum haberet supremum, illic, vbi agit Saturnus, terra calore sufficiente destitueretur, nec possent viuētia commode in vita conseruari, & astra inferiora non sufficenter potuissent a tam distante sole illuminari. Propter quod sapientissimus naturæ institutor, & cōseruator Deus, Solem voluit in medio esse collatum, in tali gradu vt a superioribus atq; inferioribus mediocriter distaret, sicq; terræ neque nimium vicinus esset, neque nimium elongatus. ¶ Illud quoq; de solis proprie

Ari. 2. li
physico

LIBER SEPTIMVS.

tatibus non est prætereundum, quod sicut Mars calidus existit, ita similiter & Sol. Multa tamen inter eos est differentia, quoniam solis calor temperatus est efficacissimus & viuificatiuus, omniumq; viuētium perfectiuus, quemadmodum ipsa monstrat ex lore Marperientia, eius calore cuncta viuificari & perfici, fructusque & omnia ipsius maximo calore maturescere, & ad perfectum peruenire. Martis autem calor est consumptiuus. Est enim Sol effectiuus caloris cuiusmodi est calor cordis qui est vitalis, & corpori vitam donans atq; custodiens. Mars vero effectiuus est caloris, cuiusmodi est calor cholerae: quæ vbi dominari potest, consumit & depascit omnia: quemadmodum patet in febricitantibus. ¶ Manifesta quoq; in effectu harū caliditatum apparet diuersitas, quoniam illi in quibus Sol secundum bouum aspectū dominatur, cordis sunt temperate calidi, & animo vere magno, vere fortes, & magnanimi. In quibus autem Mars dominatur, corda habent intēperate calida, & animo sunt feroci potius q̄ vere magno, dicunturq; audaces magis q̄ magnanimi. Excessus namq; caloris, excessum facit audaciæ & temeritatis, nimium & immoderate sanguinē inflammando. Similis perne differentia inter venerē & lunam posset assignari: quoniam Venus humiditatis est effectiua, quale est humidū radicale, quod est vitale & conseruatiōni animalis æque vt vitalis calor necessarium. Luna vero, magis humidi flegmatici: quod vbi abundauerit, infirmitates varias gignit.

CAPVT XXIII.

De sole in sacris literis quam honorificè fiat mentio,

OB hanc quoq; Solis excellentiam, in literis sacris honorificentissimam vbiq; audimus fieri eius mentionem: vt quoties in signe aliqd, & quasi super omnia excellentissimum esse re velint, Solis decori conferant. Vnde Mathæus Euāgelista, transfigurationis gloriâ describēs quū fulgorē vultus Christi gloriosissimū vellet osēdere nō inueniēs

Mat. 17.



DE COELO ET MUNDO.

inueniens quicq̄ in rebus humanis altius. Transfigu-
 ratus est (inquit) ante discipulos, & resp̄l̄d̄uit fa-
 cies eius, sicut Sol. Sic & Ioannes in Apocalyp̄s,
 vultum filij hominis ait se vidisse quasi Solem lucē-
 tem in virtute sua. Vnde & in Canticis sp̄s̄am Ecc̄-
 lesiam cum admiratores dixissent pulchram vt Lu-
 nam, augere cupientes laudem, adiecerūt, electā eā
 esse vt solem. ¶ Rursum vero oculos domini ait
 quidam Sapiēs multo esse lucidiores supra solē. Idē
 quoq; mulieris bonę speciem in ornamētum dom̄i,
 comparat soli oriētī mūdo in altissimis Dei. Iterūq;
 hominem sapientē & sensatum, manere ait vt Solē,
 dum stultus vt luna mutatur. Ipse quoq; domin⁹ Ie-
 sus saluator hominū, de iustorū gloria loquēs, Iusti
 (inquit) fulgebūt sicut Sol, in regno patris eorum.
 Ex quibus cōparationibus manifestū est, Solis clari-
 tate nihil posse in mūdo reperiri pulchrius. Hinc p̄
 Ecc̄. 1. sapientem dicitur. Quid lucidius Sole? Et iterū, p̄
 Ecc̄. 1. illuminās per omnia respexit, & gloria domini ple-
 num est opus eius, Sol in aspectu annuciās, in exi-
 tu, vas admirabile, opus excelsi. In meridiano exur-
 rit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit
 sustinere? Fornacē custodiēs in operibus ardoris.
 Tripliciter Sol exurēs mōtes, radios igneos exsals-
 flans, & refulgens radijs suis obcoecat oculos. Mag-
 nus dominus qui fecit illum, & in sermonibus eius
 festinavit iter. ¶ Diuinus quoq; ille Psalmogra-
 phus, Solis istam magnificētiā & gloriā apertis-
 sime cecinit, apertissimeq; per singulas proprietates de-
 pinxit, Psalmo, 18. vbi pro eo quod cōmunis gra-
 rum atq; latinorū lectio habet, In sole posuit taber-
 naculum suum: iuxta veritatē Hebraicā (sacro Hiero-
 nymo interprete) sic legimus, Soli posuit taberna-
 culum in eis (nempe coelis) & ipse tanq̄ sponsus pro-
 cedens de thalamo, Exultauit vt gigas (siue vt for-
 tis) ad currendā viam, A summo coelo egressio
 eius, & occurus eius vsq; ad summū eius, In quibus
 verbis dum (iuxta quod in hebr̄o legitur) Soli dis-
 cit positū in coelis tabernaculū, significat ipsum in
 medio planetarū quasi in medio coeli locū posside-
 re. Eun⁹

Ecc̄. 1. 1

Ecc̄. 1. 2

Ecc̄. 1. 3

Math. 13

Ecc̄. 1. 7

Ecc̄. 1. 8

Ecc̄. 1. 9

Psal. 18.

LIBER SEPTIMVS

re. Eundem vero sponsum appellans significat de-
 torem & formosam pulchritudinem splendoris eius,
 in qua exoritur mūdo, cum maxima gratia & gaus-
 dio atq; exultatione cunctorum viuentiū: quemad-
 modum omni gloria & decore adornari solet spon-
 sus in die solēnitatis suæ. Procedit autē sp̄s̄us iste de
 thalamo, quando ab occasu surgit, & in oriente mū-
 do oriri incipit. Vt gigas fortis exultat ad currendā
 viam, quando magna alacritate quasi gigas fortissis-
 mus intra 24. horarū spaciū totū mundum percur-
 rit, per omnia respiciens, omnia quoq; illustrans &
 viuificans. A summo coelo est egressio eius, quia ab
 oriente exoritur: & occurus siue reuersio eius vsq;
 ad summum coeli est, quando rursum in orientem
 reuertitur, Vel etiam a meridie, quādo in maxima
 eleuatione est, & quasi in summo coelo tēdit ad oc-
 casum, iterūq; suo ordine ad meridiem reuertitur.
 Nec est qui se abscondat a calore Solis, quoniam circū-
 miens terram, perlustrat omnia, nihilq; relinquat q̄
 non lumine cōtingat, virtutisq; efficaciam immutat.
 Quæ omnia Diuinus Psaltes, penitissime consydes-
 tatis cōdicionibus Solis, admodū iucundis similitu-
 dinibus expressit. ¶ Hinc & doctissimus ille idio-
 ta sacer Franciscus, Solē ceterarū creaturarū domi-
 num doctissime nominauit illiteratus, eundēq; præ
 ceteris omnibus patēter in se Dei gestare similitudi-
 nem sapiētissime cecinit indoct⁹, in suo cōtico quod
 Deo ex creaturis patria lingua decantauit, atq; a So-
 lis præcellētia specialiter canticū Solis nominauit
 Ipse (inquit) Sol multo ardore ebulliescens
 diffundit circū quaq; radios, miranda splendoris irra-
 diatione, mirā tui gerens, o altissime, similitudinem
 Qui insuper discipulos docuit, oriente Sole debere
 omnē creaturā magnas agere gratias Deo, ob tanti
 iubaris gloriosum splendore orbi redditū cuius vir-
 tute cuncta lætificantur atq; viuificantur in terris,
 cuius accessu lætificantur omnia, & quasi iuuenescunt,
 atq; vigore resumunt, horrida tenebrę fugiūt
 grauis sopor e membris pellitur, egris dolor lenitur
 & valetudo melior languētibus redditur, noctium
 tempesta.

Frācisc⁹
quomo-
do Solē
magnifi-
cabat.



DE COELO ET MVNDO

tempelates sedantur & cohibentur, dissipaturq; nebes & nebulae ante faciem aduentus eius: illusiones quoq; nocturni, & daemones amici tenebrarum effugiunt. Quomodo econtrario Solis abcessu, haec omnia incommoda reuertuntur, quasi absente eo que metuerunt. Deniq; tam in scripturis q; in alijs sanctorum patrum scriptis, & in Ecclesiastico vsu, aeternae patris sapientiam Iesum Christum dominum nostrum frequentissime Soli comparatum inuenimus. Vnde & illud Psalmi quod prius secundum literam de Sole corporali interpretati sumus, sancti Theologi piissime & verissime secundum mysticam intelligentiam ad Christum dominum accommodant, quam intelligentiam in Elucidatione libri Psalmorum circa locum iam adductum plenius (Deo donante) explicabimus. Hinc & per alium Prophetam dicitur. Vobis timetibus nomen meum orietur Sol iusticiae, quod est sapientia vera. Et in libro sapientiae, Danati impij queruntur sibi non luxisse solis iusticiae & lumen in telligentiae. Rursum alio in loco, ex persona Dei dicitur. Solem nube tegam, quod recte sic intelligi potest. Diuinitatem humanitate vestiam, & occultabo. Sunt insuper alia in scripturis inspersa plurimae, quae secundum mysticam intelligentiam accommodatissime Soli aeterno possent applicari, Nos tamen finem facimus Theologandi, ne nimia prolixitate cuius efficiamur oneroli, atq; ad naturalia contemplanda reuertimur.

Mala. 4 Sap. 5.

Eze. 32.

CAPVT XXV.

De circulis maioribus, & primum de aequinoctiali.

Ad cognoscendum autem melius in particulari planetarum motum, praecipue vero Solaris & Lunae, describendi sunt iuxta Astronomorum doctrinam circuli aliquot, secundum quos eorum motus facilius poterit cognosci. Ad hoc enim circuli isti signantur, & secundum imaginationem monstrantur in caelo, ut ex eorum designatione facilius possit motus illorum explicari. Describunt autem duplices circulos, maiores videlicet & minores.

Maiores

LIBER SEPTIMVS

Maiores circulos vocant, qui totam sphaeram in duas partes aequales diuidunt. Minores autem qui diuidunt, quidem sphaeram, non tamen in partes aequales, sed vna pars diuisionis maior est altera.

Quid circulus maior & minor.

Sunt autem circuli maiores, numero sex, nempe aequinoctialis, zodiacus, colurus aequinoctiorum, colurus solsticiorum, circulus meridianus, & horizo. De quibus nunc per ordinem est dicendum. Et primum de aequinoctiali.

Est itaque aequinoctialis circulus quidam diuidens totam sphaeram in duas partes aequales, aequae distans secundum omnes suas partes ab utroque polo mundi.

Aequinoctialis circulus

Est autem $\omega\lambda\lambda\omicron\varsigma$ polus graecum vocabulum, significans verticem vel summitatem rei. Vnde polos mundi vocamus vertices mundi, duo scilicet puncta extrema & summa in caelo sibi directe ex opposito respondentia, ita ut si protraheret linea rectissima ab altero ad alterum oppositum, illa directe transiret per centrum & medium punctum totius mundi, haberetque duos istos polos pro terminis suis. Est itaque aequinoctialis circulus, qui totam mundi sphaeram in sui medio in partes aequales diuidens, secundum omnes suas partes equaliter distat ab utroque polo mundi. Quaecumque enim in hoc circulo partem assignaueris, inuenire non poteris ullam quae vni polo sit quae alteri propinquior. Estque huius circuli centrum idem cum centro mundi, & pertransit axis mundi centrum aequinoctialis.

Quid polus.

Appellatur autem circulus iste varijs nominibus. Primum quidem aequinoctialis dicitur, eo quod Sol cum directe sub ipso inuenitur, aequinoctium facit. Est autem aequinoctium, quando sol nox diei est aequalis; quod nunquam contingit, nisi quando Sol

Quando aequinoctium.

DE COELO ET MVNDO

sub hoc circulo directe moueri inuenitur: quod bis contingit singulis annis semel videlicet in vere in principio arietis, & semel in Autūno, in principio Librę. Ob eandē causam etiā dicitur æquator, videlicet diei & noctis. Dicitur quoq; cingulū primi mobilis, quoniam sicut humo in medio corporis cingulo se cingit (ita vt si in supremo capitis intelligatur punctus, inuenietur cingulū ipsum secundū omnem sui partem æqualiter secundū modum aliquē ab eo distare) ita tota sphaera primi mobilis intelligitur velut cingulo isto circūdata & circūcinctā. Et quēdam modum quando homo cingulo circūcingitur, ipsū medium cinguli quodam modo idem cēsetur cum medio humani corporis: ita circulus iste æquinoctialis totius sphaerę & mundi mediū habet pro suo centro & medio. ¶ De duobus autem polis iam super prædiximus, quod is qui semper nobis apparet, arcticus dicitur, is vero qui nunq; nobis sed semper antipodibus se osēdit, nominatur antarcticus, eo quod arctico opponitur.

CAPVT XXVI.

¶ De circulo zodiaco, & signis eius.

¶ **P**ost hunc vero est circulus zodiacus, qui & ipse sphaeram diuidit in duas partes æquales, sed secundum obliquū, ita vt prædictū æquinoctialem oblique pertrāteat, secundū vnam partē declinans ad septentrionem a polo arctico, secundū alteram vero ab antarctico ad meridiē. Intersecat autem zodiacus iste æquinoctialē, vicissimq; intersecatur ab eodem, in duas partes æquales, ita vt amborū idem sit cētrum. ¶ Illud tamen est notādum, quod inter omnes circulos, zodiacus iste solus habet latitudinē. Nam cæteros omnes imaginamur sine latitudine, hic autem habet latitudinē. Intelligitur enim directissime per ipsius medium pertrātere linea quędam ipsum secundū latitudinē diuidens in duas partes æquales, ex vtraq; parte sex gradus relinquens. Si quidem, 12. graduū est eius tota latitudo. Atq; hæc linea ecliptica nominatur, eo quod eclipsis fiat cum sub eadem hac linea simul inueniūtur Sol & Luna, quemad-

LIBER SEPTIMVS.

Fo. 113.

quęadmodum posterius declarabitur. Secundū longitudinem vero totus zodiacus in duodecim partes æquales diuiditur, quę vulgo duodecim signa appellantur, nempe

Aries, Taurus, Gemini, Cācer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, & Pisces

Signa zodiaci 12

Quorum sex priora dicuntur septentrionalia, arctica vel borealia, eo quod ab æquinoctiali tendant ad septentrionē & tēdunt versus polū arcticū. Sex aut posteriora, dicuntur meridionalia, vel australia, vel antarctica, eo quod tēdant versus meridiē, vnde surgit auster, & tēdunt versus polum antarcticū. Appellantur enim signa arctica, quę polo arctico sunt viciniora vt sex priora: signa vero antarctica, quę polo illi sūt viciniora vt sex posteriora. Nullū em est signū, quod æqualiter distet ab vtroq; polo mūdi. ¶ Ex q; patet manifesta differētia duplex, inter zodiacū & æquinoctialē; cū partes æquinoctialis æqualiter ab vtroq; polo mūdi distent. Habēt aut singula horū signorum, longitudinē graduū 30. Vnde patet, oīa signa zodiaci esse quadrāgula, nō quadrata. Omne enim quadratum latera habet æqualia, quadrangulum vero non item. ¶ Appellatur autē hic circulus primo quidem & vulgatori nomine zodiacus, vocabulo ex græco idiomate accepto. Nā ζῳδιῶν zoon græcis significat viuēs, vel animal. Vnde hic circulus quia signa dicitur ferre animalium diuersorum, Arietis scilicet, Tauri, & Cancri, & cæterorum, iccirco videtur zodiacus appellatus. Simili causa latina appellatione significer nuncupatur, quoniam in 12. signa diuiditur, quę varias habent animalium figuras. Nonnulli zodiacum dictum putant a vita, quod sol sub hoc circulo gradiens vitæ rebus præbeat, dum per hunc motum in zodiaco; secundum accessum & recessum, causa est generationis & corruptionis. Græce enim ζῳδιῶν zoe vitæ di-

ratio



Omnes planetæ sub zodiaco motum abfoluunt.

Linea eclipctica

Æstiuū solsticiū orū diſtinctio

Hyemale solstium.

DE COELO ET MVNDO

citur. Ab Aristotele vero in 2. libro de generatione circulus obliquus appellatur, cuius ratio patet ex præcedentibus. Sub hoc autē circulo zodiaco & sol & ceteri omnes planetæ suos proprios motus perſciunt, neq; vnquā extra zodiacū poſſunt inueniri. Sol vero non ſolum ſub zodiaco, verū etiam ſub linea eliptica regia via ſemper incedit, nō declinās neq; ad dextrā neq; ad ſiniſtram, hūnq; a medio zodiaci vel ad latum vnguē defleſcēs. Quā ob cauſam, hęc linea ecliptica alio nomine via ſolis appellatur. Cæterorū vero planetarū nullus ſub ecliptica perpetuo currit, ſed declināt ab ea, vel hic vel inde ſic tamen vt non abeant extra zodiacum.

CAPVT XXVII.

De coloris solstiorum & æquinoctiorum. D diſtinguendum autē ſolſticia duo, æſtiuū & hyemale, alium imaginamur circulū trāſeuntē per polos mūdi, & per principia Cæcri & Capricorni, qui eſt coloris ſolſtiorū. Quæ circulum cum ſol attingit intrans Arietē, fit ſolſticiū æſtiuū, quoniā ſol altius ſcādere nō poſeſt, neq; longius declinare, ſed deſcendere incipit & reuertit verſus mediū zodiaci: propter quod ſiare dicitur. Non em̄ realiter ſiare putādus eſt ſol, qui nunquā quieteit, ſemper inſaugabilis: ſed quia non aſcendit ultra, neq; eleuatur altius, vt ex ſignis hyemalibus haſtenus aſcēderat, idcirco ſiare reputatur, & quaſi gradū ſiſtere, nō quidē a profeſſione & curſu, ſed ab aſcēſu & eleuatione. Eſt autem tūc ſolſticiū æſtiuū, cū ſol hunc circulū tangit in Cancro, quoniam Cæcer ſignū æſtiuū eſt, æſtatiſq; principij, quod noſtris tēporibus eſt die 13. Junij, circiter feſtū Barnabæ apoſtoli. Cū vero hunc circulū attingit ſol ex parte altera verſus polū antarcticū in principio Capricorni, ſolſticiū habetur hyemale, ſolſticiū quidē, quia deſinit tū ſol a nobis recedere, nec progredi poſeſt longius, & iterū ad nos incipit reuertit, ad ſigna videlicet noſito polo & nobis viciniora. Hyemale autē quoniam Capricornus hyemale ſignū eſt, hyemaliſq; principij quod noſtris tēporibus eſt die 12.

LIBER SEPTIMVS.

die 12. decembris, circiter feſtum Lucia. Ponunt quoq; punctū ſolſticij hyemalis & æſtialis. Vnde punctus ſolſticij æſtialis eſt primus punctus Cæcri, vbi circulus iſte interſecat zodiacū. Et dicitur punctus ſolſticij æſtialis, quia cū ſol in ipſo exiſtit habetur æſtiuū ſolſticiū. Primus autem punctus Capricorni vbi ex parte oppoſita diuiditur zodiacus eodem hoc circulo, vocatur punctus ſolſticij hyemalis. Cōſequenter ad diſtinctionē æquinoctiorū aliū imaginamur circulū, ſimiliter trāſeuntē p̄ polos mūdi; ſed per principia Arietis & Libræ. Quæ circulū cū ſol attingit in principio Arietis (quod fit 10. Martij, circiter feſtū Beati Gregorij) habemus vernale æquinoctiū, æquinoctiū quidē, quoniā dies ac noctes habentur æquales. Vernū autem, quoniam Arietis ſignum eſt veris, cuiuſq; principium. Et punctus iſte primus Arietis, vbi interſecat zodiacus hoc circulo tranſeunte, vocatur punctus æquinoctij vernalis. Cū vero ex oppoſito ſol attingit hunc circulū in principio Libræ. 12. Septēbris, in feſto exaltationis ſanctæ crucis, habetur æquinoctiū autūnale, quoniam Libra autūnale ſignū eſt, Autūniſq; principij. Et punctus ille vbi interſecatur zodiacus, punctus æquinoctij autūnalis dicitur. Habemus itaq; 4. punctos, ſecundū quos fit totus ſphæra diuiſio, tēporumq; diſtinctio. Habemus & circulos duos in polis mūdi ſeſe ad angulos rectos ſphærales interſecantes; ſecundū quos fit æquinoctiorū & ſolſtiorū ſecūdam p̄ partes anni ordinata varietas, hos autē duos circulos vocant græca appellatione coluros, cuius nominis interpretationem varie aſſignant. CAPVT XXVIII.

De Meridiano & Horizonte.

Sunt præter hos, duo circuli a iſſ maiores, meridianus & Horizontus. Meridianus eſt circulū quidā q̄ trāſit per polos mūdi & per zenith capitis nſtri. Eſt autē zenith capitis nſtri, punctus directē ſuprapoſitus capiti nſtro. Punctus autē diametraliter illi oppoſitus nadir vocat. Pro cuius intelligentiā notādū, q̄ ſi protrahatur ſcdm imaginationē linea recta ab extremo vſq;

Æquinoctiorum diſtinctio

Æquinoctiū vernale

Æquinoctiū Autūnale

Meridianus. Zenith Nadir



DE COELO ET MVNDO

ad extremum caeli, per medium terrae, simul & per verticem capitis hominis alicuius, punctus vnus terminatiuus illius lineae dicitur zenith, ille scilicet directe capiti suprapositus; alter vero, qui ex opposito respondet, dicitur Nadir, Circulus ergo ille qui transit ab vno polo mundi per zenith capitis nostri, vsq; ad alium polu ex opposito consistentem, a quo iterum per Nadir siue punctum zenith oppositum reuertitur ad primu polu, hic dicitur Meridianus, illi per cuius zenith & Nadir transit. Ex quo manifestum est, quod illi quorum est idem zenith capitis, eundem habent meridianu, Quoru vero diuersum, diuersos habent meridianos. ¶ Dicitur autem circulus iste meridianus, quia ostendit punctum meridiei, & quoadocunq; sol hunc circulum tangit, metidies est illis quoru hic est meridianus, & quando eundem circulu tangit in hemisphærio inferiori, tunc est media nox illis quoru est hic meridianus. In quacunq; enim regione sit homo, in quolibet die anni, quando sol motu raptus primi mobilis tangit istum circulu in superiori hemisphærio, est punctus meridiei, Quando autem in inferiori hemisphærio ad eundem circulu peruenit, est punctus mediae noctis. Per meridianos etiã longitudo cognoscitur locoru & distãtia coru ab inuicẽ: cuius consideratio ad Geographiam spectat. ¶ Horizon vero est circulus diuidens hemisphæriu inferius a superiori. Totam namq; sphaeram diuidit in duas partes, siue in duo hemisphæria (scilicet superior Hemisphæriu cũ sphaeræ medietas dicitur) quoru vnum a nobis videtur, alteru non videtur. Sæper enim a nobis tantu altera pars caeli videtur. Illud autem quod sub aspectu nostro est, hemisphæriu superius appellamus & peculiariter nostru dicimus. Illud vero quod infra nos & nostro subtractum aspectui dicimus hemisphæriu inferius, neq; nostru illud appellamus, sed nostrorum potius antipodum. Dicitur autem, ὁρίζων græca appellatione quasi finitor. Nam ὁρίζω horizo significat finio, siue definitio, aut terminatio. Unde ὁρίζων horisimos finitio siue definitio dicitur.

Horis
zen.

LIBER SEPTIMVS.

citur ergo horizon, id est finitor, vel terminator; quia scilicet terminat & finit partẽ caeli visam a nõ visa, & illam partẽ visus transit vbi visus noster terminatur, & vbi nobis apparet caelum terræ cõiungi. Nam id nobis illic cõtingere videtur, vbi est visus nostri terminus. Vocatur etiam circulus Hemisphærii, eo quod Hemisphærium vnum ab alio diuidat, & vnicuiq; suu designet. Huius autẽ Horizontis poli sunt Zenith & Nadir, a quibus secundum omnes suas partes æqualiter distat, & nos semper in Horizontis nostri centro sumus. ¶ Ponunt quoq; Horizontem rectu & obliquu. Rectum dicunt esse eoru qui sub æquinoctiali habitant vel quorum zenith est in æquinoctiali, Obliquum autẽ habet omnes qui vltra vel citra æquinoctialem habitant, Et hæc quidem de circulis maioribus figuratiter sint dicta quibus omnibus commune est sphaeram totã in duas æquales partes diuidere, id quod ad oculu de singulis sigillatim potest facillime in sphaera demonstrari.

¶ CAPVT. XXIX.

¶ De circulis arctico, antarctico, tropico Cancræ, & tropico Capricorni

Circuli autem minores (qui sphaeram diuidunt quidem, sed in partes inæquales) sunt 4. arcticus scilicet, antarcticus, & duo tropici, æstiuus & hyemalis, siue Cancræ, & Capricorni

¶ Circulus arcticus est circulus quidam paruus, quẽ describit polus zodiaci suo motu raptus, circa polu arcticu. Circulus vero antarcticus, quem describit polus alter zodiaci circa polu antarcticum. Ex præcedentibus enim manifestu est, alios esse polos zodiaci secundu quẽ sol mouet in motu proprio, a polis æquinoctialis, secundu quẽ mouetur primu mobile, item & sol motu raptus. ¶ Cum ergo totus zodiacus simul cum sole per singulos dies necessario semel per raptum circumuoluitur, necesse est vt circa polos mundi, ipsius zodiaci poli circumferantur. Nam poli mundi, fixi manent & immobiles. Poli autem zodiaci secundum proprium solis motu



DE COELO ET MVNDO

ſu manent immobiles, ſecundū raptum tamē primi mobilis ſimul cū zodiaco circūferuntur circū polos mūdi. Illos autem circulos quos ſic motu ſuo circa polos deſcribunt, dicimus arcticū & antarcticū. Arcticū quidem circulum, a polo arctico circa quem deſcribitur, Antarcticū autem ab antarctico polo,

De duobus tropicis

Tropicus Cancri eſt circulus quem ſol raptu primi mobilis deſcribit exiſtens in principio Cancrī, in puncto ſolſticiæ æſtivalis: qui circulus ſupremus eſt quē ſol poteſt deſcribere verſus circulū arcticū vel poli arcticū quoniā tunc in maxima eleuatione eſt, ita vt alius aſcendere non poſſit, nec proinde ſuperiorem aliam quem circulū, aut arctico polo propinquiorem deſcribere. Atq; hic tropicus etiam æſtivalis nominatur, quoniā in ſigno æſtatis, imo quod principiu eſt æſtatis, deſcribitur.

Tropicus autē Capricorni eſt circulus quem ſol raptu primi mobilis deſcribit in principio Capricorni, exiſtens in puncto ſolſticiæ hyemalis. Eſtq; vltimus quem ſol poteſt deſcribere verſus poli aut circulum antarcticū, quoniā alius non poteſt quā ſupra prædictum punctū ſolſticiæ aſcendere, neq; a nobis longius recedere, nec proinde vltiorem circulum deſcribere. Vocatur quoq; hic in ratione ſigni, quod eſt hyemis principiu, tropic⁹ hyemalis, quoniā illum tunc ſol deſcribit, cum nobis hyemis incipit. Verū huiusmodi appellatio, non niſi quo ad nos debet intelligi. Siquidem noſtri antipodes ſuū tropicū Capricorni quoq; vocant tropicum æſtivalē, vt nos noſtrū tropicū Cancrī.

Cur tropici dicantur.

Vocatur autē circuli iſti græca appellatione τροπικός, tropici, a verſione vel conuerſione. Nā græce τροπή tropeo ſignificat retroverſionē. Inde τροπικός trope reuerſio vel conuerſio, vel mutatio. Circulus igitur tropicus dicitur, quod in eo ſit ſolis τροπή trope, id eſt, conuerſio ſive reuerſio. Poſt hos enim deſcriptos circulos, cum vltimus illi non liceat proficiſci, nec tamen ſtare poſſit: cogitur reuerſi: ita vt ſi a nobis longiſſime abſuerit (quem admodum in ſolſticio hyemali cōtingit) mox redeat ad

LIBER SEPTIMVS.

ſe ad nos incipiat, verſus noſtrū poli aſcendendo, quod tamē ſtatim percipi a nobis multū ſenſibiliter non poteſt, niſi poſt aliquāra dierum ſpacia. Si vero proximus nobis fuerit, & in ſūma ſuper nos eleuatione (quod eſt in ſolſticio æſtivali) cogitur a nobis abſcedere verſus alterum poli.

CCAPVT, XXX.

De quinque zonis ſive plagis.

Secundū iſtos autē, ꝑ. circulos minores, arcticū antarcticū, tropicum Cancrī, & tropicum Capricorni, ſit diuiſio totius celi in quinque zonas plagas ſive regiones diſtinctas, atq; proportionabiliter etiam ipſius terre, ſecundū eodem circulos.

Vna regio eſt, totum hoc ſpaciū quod eſt inter duos tropicos. Et hæc vocata eſt ab antiquis **Torrida zona**, propter calorem exceſſiuum, quē ibi eſſe dixerunt, ob hoc quod ſol perpetuo in iſta regione inueniatur. Nā (vt ſupra diximus) extra tropicos non poteſt egredi. Quā ob cauſā dixerunt zonā hanc eſſe inhabitabilē. Alij tamē omnino id negant, aſſignantē in hac zona multas habitabiles regiones, vt Ptolomeus & cæteri omnes Geographi. Intelligi tamē poteſt illud antiquorum dictum, quod non ſit admodum cōueniens habitatio pro humana natura, maxime iuxta tropicos. Homines enim locorum illorum nigerrimi ſunt, & breuis vitæ, ac parvæ ſtaturæ, quod procedit ab exceſſu caloris conſumēte in eis humidum radicale, vt non poſſint nec in iſtam quāritatis mēſuram excreſcere, nec in cōmūnē hominū durationē vitæ protēdere.

Torrida zona.

Sub æquinoctiali autē experientia ſentire facit eſſe regiones temperatiſſimas, atq; habitationsi maxime accommodatas quod fieri dicunt propter equalē præſentiā & abſentiā ſolis, per quā equalē viciniſitudinē, fieri videtur maxima temperies regionū illarū, & optima loci illius diſpoſitio. Illæ vero due regioēs quæ ſūt a circulis arctico & antarctico vſq; ad polos mūdi, ſimiliter dicte ſūt inhabitabiles, propter nimium frig⁹ ob nimiam ſolis diſtantiā, tamen ſi ſecundū veritatē non ſint proſtius inhabitabiles. Nā intra circulū arcticū

Regiones frigidissima

DE COELO ET MVNDO

tradit Prolomeus esse multas hominum habitatio-
nes, sed nō multū aptas habitationi: id quod nimis
pallor hominū illic habitantiū, & nimia lōgitudō
supra q̄ staturā humanā cōuenit, satis indicat.

Alia vero duæ regiones, quarū altera est inter cir-
culum arcticū & tropicū Cæcri. altera vero inter cir-
culum antarcticū & tropicū Capricorni, propter tē-
periem, sunt optime habitabiles. Neq; enim Sol ni-
mum eis propinquus est, neq; nimis elongatus, &
quodāmodo mediā cōstiturā inter torridā zonā &
regiones illas frigidās supremas, illinc, quidē calorē
participantes, hinc vero frigiditatem, ita optimā ac-
cipiunt cōtemperationem. Harum autem zonarū
particularior determinatio, ad Geographum magis
quam ad Physicū spectat. Quapropter nobis ista sic
generaliter dicta sint satis.

CAPVT XXXI.

De eclipsi Lunæ quomodo & quando fiat,
Vperest, vt de celestiuū luminariū eclipsibus nō
nihil dicamus. Erit enim nō inuicis huius rei
consyderatio. Et primū quidē Lunę eclipsim de-
terminemus. Pro cuius noticia attendendū est,
quod Luna licet moueatur semper sub circulo zō-
diaco, non tamē sub linea illa ecliptica, quā supra
diximus esse viam Solis: s; d ab ecliptica deuiat, &
suo motu lineā propriā describit (quę lineā Lunę di-
citur) interfecantē prædictā eclipticā lineā in duobus
punctis diametraliter oppositis, quos duos pun-
ctos vocat caput & caudam draconis. Propter quod
nunq̄ cōtingit Solē & Lunā directe & diametrali-
ter ad inuicem opponi, nisi cū alter fuerit in capite
draconis, & alter in cauda. Neq; item perfecta fieri
potest eorum cōiunctio, nisi simul ambo vel in ca-
pite, vel in cauda draconis inueniantur. Cum enim
Sol perpetuo sub linea ecliptica directe inueniatur,
Luna vero nunq̄ nisi in duobus his punctis, mani-
festum est, diametraliter cōiunctio nō posse fieri,
nisi ambobus in vno horū pūctorū existētib; neq;
diametralē oppositionē, nisi in his pūctis sibi ex op-
posito cōstituantur. Dicimus autem diametralē op-
positionē

Caput &
cauda
draco-
nis op-
posita.

LIBER SEPTIMVS.

Fo. 117.

positionē, quādo sic opponūtur, quod eadē diameter
intelligatur cōtingere cētum v; trisq; ita vt linea
protracta a cētro solis directe terminaretur in cētro
Lunæ. Similiter & cōiunctio diametralē dicimus.
Deinde & hoc sciendū est ex perspectiua, quod o-
ne corp⁹ opacū obiectū corpori luminoso, facit v m-
bram. Et quidē si corpus luminosum fuerit maius
corpore opaco obiecto, illuminabit plus q̄ mediā
partem corporis illius cōtra se positā, reliquā vero
partem relinquit obscurā, & v mbrā facit pyramida-
lem, quā cōtinuo minor fit, & ad acutiē tendit. Vn-
de sequitur, quod terra minor existēs sole, ipsi obie-
cta, pro medietate sua aut plus q̄ pro medietate illu-
minatur, secundū quā respicit aspectū solis, reliqua
vero pars obscura manet, & v mbram facit: quę v m-
bra semper directe porrigitur versus Nadir siue pū-
ctum oppositū ipsius corporis luminosit; itaq; ita v m-
bra terræ directe semper protenditur versus Nadir
Solis.

Quibus præmissis, dicendū est, quod cū sol & luna
sibi inuicē diametraliter modo prædicto opponūtur
sub linea ecliptica, ita vt ille sit in capite, hæc in cau-
da draconis, aut ecōtrario, ille in cauda, hæc in capi-
te, tūc vera habet eclipsis lunæ. Est em̄ directa inters-
positio terræ (quę est corp⁹ opacū) inter solē & lunā;
propter q̄ terra interposita ipedit, ne ad lunā possit a
sole venire lumē, ac proinde (cū nō habeat lumē nisi a
sole) necesse est eā lumē deficere, qd est eclipsari. Nā
eclipsis eclipsis nō aliud est q̄ destitutio siue defe-
ctus. Quod autē tūc sit directa terræ interpositio in-
ter solē & lunā, manifeste patet, quia si protrahere-
tur linea recta a capite draconis vsq; ad caudam, so-
le existente in capite, & luna in cauda, linea illa ha-
beret pro terminis duo centra, solis & lunæ, & trās-
iret per centrum terræ. Ex quo etiam consequitur,
quod sole existente in capite draconis, Nadir ipsius
solis est in cauda draconis. Atq; ita (iuxta prædictā)
necesse est vt v mbra illa quæ fit a sole, per interpos-
itionem terræ, directe protendatur versus corpus
lunare, quoniam (semper v mbra vt diximus) vsus
Nadis

Quo-
modo
Lunę fit
eclipsis.



DE COELO ET MVNDO

Nadir corporis luminosi protenditur.

CAPVT XXXII.

Nunquam fieri eclipsim Lunæ nisi tempore oppositionis.

Ex prædictis fit manifestum, quod nunquam potest haberi lunæ eclipsis, nisi in tempore oppositionis siue plenilunij. Nunquam enim alias contingit alterum prædictorū planetarum esse in capite & alterum in cauda draconis, neque alias vnquam contingit simul illos inueniri sub ecliptica linea diametraliter oppositos, quod tamē est necessarium vt fiat lunæ eclipsis. Nunquam item contingit terram interponi inter Solem & lunam (cuius interpositio causat lunæ eclipsim) nisi cum in his punctis sibi inuicē fuerint opposita. Extra hos enī punctos quotiescūq; lineam protraxeris, a centro Solis ad centrum Lunæ, nunquam linea illa per cētrum terræ inuenietur transire: quod argumētum euidēs est, eam diametraliter nō interponi. Item ex prædictis causa manifesta est, quare nō semper in oppositione lunæ ad Solem habeatur lunæ eclipsis. Oppositio enim singulis fit mēsis, raro autem eclipsis. Nimirū quia nō in qualibet oppositione Luna inuenitur sub linea ecliptica, nec in capite nec in cauda draconis. Nunquam autem eclipsis lunæ fieri potest (vt diximus) nisi quando Luna simul cum Sole sub ecliptica inuenitur.

CAPVT XXXIII.

Quod aliquando fieri possit eclipsis Lunæ partialis. Vamuis autem perfecta & totalis Lunæ eclipsis nō possit fieri nisi cum sub linea ecliptica diametraliter opponitur Soli, potest tamen fieri eclipsis imperfecta & partialis, cū prope caput aut caudam draconis fuerit, fere diametraliter, quia nō omnino diametraliter opposita soli intra metas siue terminos eclipsis, qui sunt 12 gradibus ante & post caput vel caudam draconis secundum longitudinem. Luna enim existens ita propinqua ad oppositionem diametralem Solis, intra tale spacium, secundum partem sui eclipsatur, magis vel minus.

LIBER SEPTIMVS.

Fo. II 8.

nus, iuxta quod vicinior est capiti vel caudæ draconis, aut ab eis distatior. Non tamē plane totaliter eclipsari potest, nisi cū in capite aut cauda fuerit diametraliter Soli opposita. Est tamen aduertenda differentia, inter eclipsim Lunæ totalem, & vniuersalem siue generalem. Totalis enim eius eclipsis dicitur quando penitus & totaliter secundum omnes partes priuata est Solis lumine. Generalis autē siue vniuersalis eius eclipsis dicitur, quando generaliter omnibus apparet luminis defectus. Ex quo consequitur, omnē eclipsim Lunæ, siue totalem siue partialem, esse generalem. Luna enim eclipsim patiens vndecūq; videatur, talis apparebit. Corpus enim quod denigratum est aut maculam habet vel obscuritatem, siue in toto siue in parte, vndecūq; aspiciatur, talē denigrationem aut obscuritatem habere cernitur. Ita luna vmbra terre perfusa & obscurata, vndecūq; videatur, iudicabitur vt priuata Solis lumine, siue secundum totum, siue secundum partem. Non ergo conuertuntur eclipsis lunæ totalis & generalis, cum etiam partialis probata sit esse generalis. Secūdam enim partem qua aliquibus lumine priuatur, nemini potest apparere aliter quam luce priuata, nō secundum eam partem altunde videtur illa minata: cuius contrarium est in eclipsi partiali solis vt ex sequentibus fiet manifestius.

CAPVT XXXIIII.

De eclipsi Solis, quando & quomodo fiat. Vm vero Luna est in coniunctione ad Solem, si coniunctio fiat diametraliter sub linea ecliptica, ita vt coniungatur Luna Soli in capite vel in cauda draconis, per interpositionem Lunæ inter Solem & nostrum aspectum, continget nobis solem eclipsari. Cum enim luna sit corpus opacum & non transparent, penitus illuminari a sole nō potest, sed illuminatur tantum a sole secundum suam medietatem, vel maiorem partem (eo quod Sol maior sit Luna) proijciturq; vmbra versus aspectū nostrum, & obumbratur nobis claritas Solis, sicq; nobis sol eclipsatur. Quod nō est ita intelligendū quasi Sol



DE COELO ET MVNDO.

Sol vere possit lumine priuari, cuiuscunq; corporis obiectione. Est enim hoc plane impossibile, cū Sol a seipso & non ab alio suū habeat lumē, Sed quātū ad nostrum iudiciū, nostrūq; aspectū dicitur eclipsari, quia scilicet nobis videtur eius lumē deficere, qd nobis propter interpositionē opaci lunaris corporis non appareat. Quomodo autē superius de Luna diximus, quod perfecte & totaliter nō eclipsatur nisi cum ipsa sub linea ecliptica opponitur Soli in capite aut cauda draconis, ita de Solis eclipsi dicendum est, quod perfecta fieri nō possit, nisi quādo est diametralis coniūctio Lunę & Solis sub ecliptica linea in capite aut cauda draconis, ambobus in capite, aut ambobus in cauda existentibus, & diametraliter sibi inuicē ita oppositi ut eadē diameter per vtriusq; centrū transeat. Potest tamen fieri partialis solis eclipsis, etiam tunc quādo Luna est in coniūctione fere sub linea ecliptica, prope caput aut caudam draconis, intra metas vel terminos eclipsis, de quibus prædictum est. Inter eclipsim autē solis totalem & partialē, hæc differentia est, quod in totali eclipsi, existentes coniūctione directe in capite vel in cauda draconis, totū corpus solis illis obūbratur & obtenebratur, quibus est eclipsis, ita vt nihil videat de globo solis. In eclipsi autem partiali, quādo coniūctio tantū est prope alterū dictōrū punctōrū, nō obtenebratur totū corpus solis, sed solū pars aliqua, vbi contingit interponi lunā nostro aspectui, Et cōtingit interdū hęc eclipsim ita modicā esse, vt vix percipiatur nisi macula aliqua sub solari corpore. Ex prædictis patet ratio, quare non semper in cōiūctione solis & Lunę videamus solē eclipsari, quoniam videlicet nō in omni coniūctione, Luna in aliquo prædictōrū punctōrū inuenitur, aut prope, intra metas eclipsis, sed frequentius in alia parte zodiaci soli coniūgitur, extra pūctos prædictos. Mania festum est insuper omnino nō posse fieri solis eclipsim, nisi tēpore coniūctionis & nouilunij, quemadmodum nō potest fieri eclipsis Lunę, nisi tempore oppositionis & plenilunij; quoniam videlicet ^{aliam} non

LIBER SEPTIMVS Fo. 119
non contingit Lunam obijci inter solem & nostrū aspectum.

CAPVT XXXV.

Multiplex differentia inter eclipsim solis & Lunę. Inter eclipsim autem solis & Lunę, nō vnica differentia est. Primum enim hoc ex dictis patet, quod eclipsis solis requirit coniūctionē in eodē pūctio, vel prope idem punctū: Luna vero eclipsis, exigit oppositionem in punctis oppositis. Prior habet fieri tempore nouilunij, posterior in tēpore plenilunij. In priori, Luna interponitur inter solē & terram. In posteriori, terra inter solē & lunam obijcitur media. In priore, vmbra Lunę terram obsecurat: in secūda vmbra terrę corpus Lunę obsecrat. In priori, tātū sit luminis ab aspectu nostro subtractio; in posteriori, etiam realis luminis priuatio. Sunt præter has duæ alię notabiles differentię: quarum prior hæc est, quod eclipsis Luna (siue totalis sit siue partialis) semper est generalis in oī terra eclipsis autē solis, nōq; est generalis. Priorē pte supra declarauim⁹. Posterior vero ita probat, quoniam nō simul oīb⁹ sol eclipsat neq; oibus simul apparet lumē deficiēs: sed dū hi solem eclipsari percipiūt, illi luce solis fruūtur: & dū ad hos eclipsis peruenit, priores illi lucis fulgorem iam receperūt. Quia enim sol in eclipsi suum lumē nō perdit, sed tātum eius claritas obumbratur ex interpositione Lunę, fieri potest, vt quibusdā obsecratur, quibusdā autem nō. Cum enim Luna sit multo minor tota terra, & sol multo maior Luna, non potest vmbra Lunę totam terram cooperire; maxime quia (iuxta prædicta) vmbra terrę secūdam acutiem pyramidalem cōtinuo minuitur, propter quod etiam si terra esset æqualis tātum Lunę adhuc non posset penitus ab ea obumbrari. Multo minus ergo nunc, vbi secūdam veritatem multo est maior cōtingens videlicet eam trigefies nonies poterit ab ea penitus obūbrari. Vnde cōtingit fieri eclipsim i vna regione, nō autem in alia; imo cōtingere potest vt duorum vicinorū satis propinque commorātū vel cōsistētium, alter habeat eclipsim, alter nō; vt potest si ^{intra}

Eclipsis
Solis nū
q; est v
nueritas
lis.



DE COELO ET MVNDO.

intra vnus aspectu & solem sit interposita Luna non autem inter alterius aspectu: aut ille sit in vmbra Lunæ, hic aut nō: vt pote si illū tagat pyramis dijs acuties vmbrae lunaris, nō aut hūc aliquatulum distantem ab altero. ¶ Nequaquā ergo potest fieri solis eclipsis generalis in vniuersa terra. Tūc enim totam terrā posset obūbrare luna: quod est impossibile. Totalis aut eclipsis solis, aliquibus potest fieri. Ad hoc enim nō amplius requiritur, q̄ vt sol in aliqua parte per directam interpositionē lunæ penitus subrahatur illic inhabitariū aspectui. Tūc enim nō bis est totalis solis eclipsis, quādo nostro aspectui totaliter eius lumē subrahitur, propter directā interpositionē corporis lunaris inter solē & nostrū aspectum. Verū interim dū nobis totaliter eclipsatur in alijs partibus terrę, nec partialiter videbitur eclipsari, eo quod quātum ad illas partes terrę nō sit interpositio lunæ, sicq; generalis esse nō poterit. ¶ Aliter differētia est, quod eclipsis solis, incipit a parte occidentali corporis ipsius, eo q̄ Luna per propriū motū venit ab occidēte. Sed eclipsis lunæ venit primo a parte oriētalī corporis eius, eo quod ipsa proprio motu ab occidēte veniens intrat vmbra m terrę, quam primo tangit in parte sui corporis orientali: verum tamen prius partem vmbrae occidentalem ingreditur.

CAPVT. XXXVI.

De Nouilunio & Plenilunio. **O**portune quoq; hoc loco & de nouilunio & plenilunio & varia lunæ illuminatione dicendum. Aduertendū proinde est, quod cū luna ex se lumen nō habeat, sed omne suū lumē recipit a sole, omnis ratio mutationis & varia illuminationis, per respectus varios ad solē debet considerari. Est enim luna corpus admodū opacum, quod non potest a solis lumine (quantumuis forti & valido) totaliter penetrari, sed tantum secundum mediā partem vel amplius ab eo potest illuminari. Illic autē illuminatur, vbi a sole respicitur. Propter quod non semper in eadem sua parte lumē habere cernitur, eo quod

LIBER SEPTIMVS

quod nō semper secundum eandē partē a sole respicitur: sed nūc desuper, nūc ab infra, nūc a latere hoc aut illo. Et secundū hāc illuminationē diuersam, contingit omnis in luna mutatio.

¶ Quando enim luna est cōiuncta soli, ita vt pariter inueniatur sub aliqua parte zodiaci, superior eius medietas quę est versus astra, est illuminata, inferior vero medietas versus terrā obscura est, proscitq; vmbra. Et tūc nouilunū dicimus, hebræi vero nomeniam appellabāt, id est, nouum mēsem. Dislinguebant enim mēses per luna: cursum, ita vt semper a nouilunio mēsem ichoarēt, suasq; calēdas ipsum diē cōiunctiōnis habebāt. Deinde vero, cū luna suo motu teleriori a sole incipit recedere, incipit simul & lux eius a parte superiori ad inferiorem permutari, incipitq; nobis lux aliqua apparere in nostra medietate. Et quāto luna a sole amplius declinat, tanto magis a parte superiori lumē recedit & in parte laterali (propter lateralem solis aspectum) illuminatur: primū quidem vt cornuta modice, & appellatur bicornis, deinde pleniori lumine, & quarta crescēs vocatur: quæ cū plena fuerit, quasi semicirculus appareat, quādo est luna septima.

Nouilunium.

¶ Post hāc vero quartam primā incrementi lunaris, continuo ad plenitudinem circuli tēdit, secundū amplio rem a sole declinationem, vsq; dum ad similitudinem pleni circuli venerit (quod fit luna 14) ita vt sol & luna inueniuntur in partibus zodiaci oppositis. Tūcq; pars eius inferior versus nos, totaliter illuminatur, superiori omnino rem anēte priuata lumine, appellaturq; plenilunium, eo quod nobis tūc plene illuminata videatur, licet secundū veritatē æque semper sit illuminata. Atq; hic finitur medietas mensis lunaris. ¶ Post hoc iterum incipit Luna soli appropinquare, & per consequens ab inferiori parte lumine priuari, & versus superiorem partem lumine crescere, rursumq; vt cornuta a parte altera, & semicirculi in modum appareat, Luna 21: donec eadem iterum habeatur ex cōiunctiōne nouilunū. Sicq; perpetua hac instabilitate luna mouet, velocissimo

Quid plenilunium.



DE COELO ET MUNDO

velocissimo suo motu quadruplicem sibi singulis mensibus varians illuminationem.

CAPVT. XXXVII.

De eclipsi facta tempore passionis Christi.

Quae autem in capitulis precedebatibus de solis eclipsi dicta sunt, oportune nimium cōducere videtur ad cōsiderationē eclipsi solis, quam in sacris Euāgelij factam legimus media die, pēdente in crucis patibulo solis, lunæ, astrorūq; omnium, imo cæli & terræ cōditore Christo Iesu domino & Deo nostro: quæ tam notabilis & supra naturam insolita fuit, vt etiā gētilium hystorij, posterorum memoriz sit prodita: præter quod Diuinus ille Dionysius Areopagita, cum in Ægypto apud he liopolim philosphus, in epistola ad Policarpū se pariter cum Apolophane summo Philospho eandē se cōspexisse, & cum admiratione maxima diligenter cōsiderasse, testatur. Cōstat enim ex prædictis, hęc eclipsim nequaquam secūdam naturam potuisse fieri, sed supernaturali tātum virtute. Nam tempus passionis Christi minime cōueniebat tēpori solaris eclipsi. Hęc enim (vt ostēsum & probatū est) nō nisi in cōiunctione solis & lunæ fieri potest. Tēpore vero passionis Christi pleniluniū erat, & oppositio lunæ ad solem. Quod præter testimoniū Dionysij, qui se asserit cum Apolophane in oppositio ne eam cōspexisse, manifeste ex sanctorum Euāgeliorum autoritate mōstratur, quæ describūt Christi tēpore Paschalis solemnitate in sancta Parasceue passum & immolatum. Paschalem autem solemnitate(m) (vt ex legis præcepto habebāt) Iudæi plena luna celebrare debeat, Luna scilicet quātadecima; quæ admodum legimus Exodi, 12. capitulo. Nō solū igitur tempus nō fuit secūdam naturā accommodum solari eclipsi, verū etiam maxime incōmodū. Nullo enim tēpore impossibilius est eam fieri, quam tēpore oppositionis. Nūquam enim lōgius sol & luna absunt a cōiunctione, q̄ oppositionis tempore.

Dionysius Areopagita eclipsim aduertit in passione Christi.

Exactius autem cūcta quæ in hac eclipsi contingunt cōsiderantibus, in vno portento quinq; simul concurrunt

LIBER SEPTIMVS.

Font: Quinq; miracula in vna eclipsi

concurrunt cōsideranda miracula, quæ ad gloriā immolati in cruce agni, particulatim nos minime pigebit explicare. Primum itaq; fuit ex parte tēporis, quoniā (vt iam diximus) secūdam naturam erat ad eclipsi generationem minime conueniens.

Secundum erat in cursu Lunæ, quæ naturaliter suo motu proprio ab occidente in orientem progreditur. In hac autem eclipsi, visa fuit a Dionysio motu velocissimo reuertens præter naturam ab oriente versus meridiē, vsq; dum stetit sub sole, vbi per tres horas quieuit, & solis lumē mortalibus occultauit. Post vero mortuo domino, ad propriū locum versus orientē, motu celerrimo, velut in instanti regressa est. Atq; ita quidem hora sexta & nona apparuit sub Sole, vespere autē occidente Sole, in oriente apparuit, opposita soli.

Tertium miraculum fuit ex parte, a qua incepit eclipsi; nam supra declaratum est, eclipsim solarem debere secūdam naturalem ordinem incipere a parte occidentali corporis Solis. Illius autē eclipsi fuit initium, a parte orientali solis.

Nam luna (vt iam dictum est) retrocessit ab oriente versus meridiem, sicq; primo solem tetigit ex parte orientali.

Quartum fuit miraculum ex parte in qua post peractam eclipsim primum cepit corpus Solare lucidum apparere. In eclipsi enim naturali, pars illa solis, quæ primum obumbratur interpositio ne Lunæ, prima item incipit apparere lucida post eclipsi medium. In hac autem eclipsi, ordinē contrario (quod mirabile est) pars illa quæ primo obscurata fuit, & quam primum subintravit corpus lunæ postremo apparuit suo lumini restituta. Vltima vero pars solis, & quam nouissime Luna intrauit (pars videlicet occidentalis) primum detecta apparuit & ab obscuratio ne libera. Non enim pertransiuit Luna Solem, vti solet in naturali eclipsi, sed sub eo stetit trium horarum spacio, ac deinde non pertransiit do solem reliquit, sed rursus ad locum vnde venerat (id est, ad orientem) redeundo.

Quintum fuit miraculum, ex mora & duratione eclipsi. Nam eclipsi solis secūdam naturam diu durare

non potest



DE COELO ET MVNDO

non potest sed & celerrime absolutur propter niam solaris corporis ad corpus Lunare superexcessum secundum quantitatem, & velocissimum Lunæ motum. Propter quas duas causas concurrentes, non diu potest corpusculum tanto minus, corpus tanto maius nostro subtrahere a spectui, Si quidem (propter motum velocissimum) luna non diu potest nostro aspectui occultare solem, corpus tantæ molis, quin aliqua ex parte mox emicare & effulgere incipiat nostro aspectui. Quemadmodum videmus ad oculum, nonnunquam magni corporis molem nostro aspectui abscondi, per minimi corporis interpositionem, quod tamen si vel ad transversum vnguem aut latum culmum loco moueatur, mox sub aspectum nostrum sese offeret quod ante fuerat occultum. Vt cum (exempli gratia) ante oculos manum tantum tenentes, ita prohibemus ne conspiciamus globum solis qui mox se ingeret nostro aspectui, si vel minimum eam mouerimus. At vero eclipsis ista (de qua loquimur) tam admirabilis & horrenda, non modici temporis fuit, neq; ad momentum transiens, sed perpetuo triu horarum spacio, ab hora sexta (vt Euangelista ait) vsq; ad horam nonam. Cuncta vero hæc miracula beatus pater Dionysius Areopagita, in supradicta epistola, paucis verbis particulariter videtur attingere, quemadmodum ex ipsius epistolæ verbis Astro-nomicæ rei perito facile fieri potest manifestum.

¶CAPVT XXXVIII.

¶Quod eclipsis ista tempore passionis fuerit vniuersalis

Super hæc vero omnia, forsitan & aliud miraculum sextum adiscendum erit, secundum naturam, multo etiam magis quam præcedentia impossibile. Videtur enim eclipsis ista de qua loquimur, fuisse penitus vniuersalis in vniuerso orbe. De quo tamen contrariæ existant, sententiæ. Nam aiunt quidam, tantum in Iudæa fuisse hanc eclipsim; & quod Euangelistæ dicunt, tenebras factas super vniuersam terram, limitare intelligunt de ter

LIBER SEPTIMVS.

de terra Iudæa. Atq; hi nihil opus habent aliud superaddere miraculum. ¶ Altera vero probabilior, & scripturæ, rationi, atq; hystoricæ fidei magis consona opinio est, quæ vniuersalem dicit fuisse hanc eclipsim, super vniuersum orbem. Est enim hoc magis scripturæ consonum, quæ simpliciter dicit super vniuersam terram factas esse tenebras. Deinde & rationi magis consentaneum est, postquam ad glorificationem pendens in cruce, mundi conditoris eclipsim fieri voluisset gubernator naturæ, vt miraculum istud palam omnibus in toto mundo exhiberet, quando quidem ad omnium salutem, agnus ille in Iudæa immolabatur. Et decebat apud omnes, lapidem hunc reprobatum cœlitus clarificari, ita vt esset etiam exteris nationibus in testimonium abominandi facinoris, tam insolita conspecta eclipsis. Quod etiam rei docuit euentus. Non enim solus ille in Iudæa Centurio, visis ijs quæ facta fuerant dixit. Vere filius Dei erat iste. Verum etiam apud Heliopolim in Ægypto Dionysium audivimus conspecta re admiranda, memorabili verbo exclamasse coram sodalibus, Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissoluitur. Et ex hoc signo apud Athenas (quod in actis Apostolicis legitur) ignoto Deo ferunt aram fuisse inscriptam. ¶ Præterea, miraculū illud de retrocessione vmbre solaris in testimonium sanationis Ezechie regis, nõ in sola Iudæa, exhibitum neq; perceptum fuit, verum etiam in exteris nationibus. Vnde & regem Babiloniorum legimus misisse ad eum literas, & nuncios vt inquirerent de portento quod acciderat super terram, quemadmodum in libris Paralipomeæ non legimus. Quantomagis ergo signū istud, quod ad clarificationem saluatoris mundi fiebat, non in Iudæa tantum, sed & in exteris, regionibus decuit vniuersale fieri. ¶ Monstrat hoc ipsum fides hystoriæ, quoniã (vt Eusebius Cesariensis refert) Phlegon egregius Olympiadum supputator, libro. 13 de hac eclipsi ita testatur. Olympiade, 202, magna & excellēs inter oēs q̄ ante acciderat defectio solis facta est.

Psal. 117

Mat. 27

Dionysius
si mens
morabilis
le dictū

Act. 17

Para. 32

Eusebius
Phlegon

Q. 2. 11. c. 11



DE COELO ET MVNDO

ita est, & dies hora sexta ita in tenebrosam noctem
versus, vt stellæ in cælo visæ sint terræq; motus in
Bithimia Nicenæ vrbs multas ædes subuererit.
Ex cuius verbis manifeste patet, nec terræmotû pe
culiarem fuisse Iudæ, nec solis deliquium. Id quod
ex conspèctione stellarum probatur. Non enim effi
cere posset eclipsis solis particularis, vt vllæ stellæ
in cælo conspiciantur, cum lumen solis non tollas
tur, vnde prohibetur stellarum aspectus. Maius em̃
lumen, obfuscat minus. Vnde licet nobis absconda
tur globus solis, non ob hoc lumen eius aufertur,
quo offuscantur stellæ vt videri non possint. Appa
ret ergo non solum fuisse particularem illam eclipsi
sin. Quod si roges, quomodo fieri possit vt fue
rit vniuersalis, cū lunæ (vt supradictum est) non pos
sit sua interpositione totum corpus solis occultare
ab aspectu nostro; hoc videlicet est quod dicimus
nouum miraculum esse, vniuersalitatē Istius eclipsi
sis, vt facta intelligatur non solum per interpositio
nem Lunæ inter solem & terram, sed simul & per
radiatorum solarium retractionē. Diuina siquidem
virtute factum creditur, vt sol quasi exhorrescens
impijssimum scelus, quod super terrā tum gerebat
tur iuum lumen a terra continuerit (quod nunquā
fecisse legitur ab inicio sæculi) indignū illens suo
lumine terram lætificare, quando iuum creatorem
cōspiciebat tam atroci & ignominioso mortis ge
nere ab impijs cruciari. Itaq; quemadmodum lu
næ eclipsis vniuersalis intelligitur per realem totius
luminis subtractionem sic & istam imaginamur
factam, per realem luminis a toto orbe subtractio
nem quod nunquā secundum naturā in eclipsi solis
potest cōtingere. Et ne cui nouum hoc cōmentum
videatur inuenimus plane huius sententiæ fuisse.
Beatum Hieronimum. Deniq; quod Dionysius &
alij cū eo Philosophi heliopoli ad contemplationē
huius eclipsis animum intēderunt, nō est verisim
le factū esse nisi quod etiā ipsi experitētur tenebras
Cū enim nullo modo secundū cursū naturæ tēpus
esset eclipsis, nullā habebāt causā neq; occasionem
ad rem

Quæ,
sio.

Solutio

LIBER SEPTIMVS.

ad rē istā aduertēdi animū, nisi quod easdē quas in
Iudæa patiebatur tenebras sceleris perpetratores, se
tirēt etiā ipsi, vt fierent rei incognitē admiratores.
Vnde verisimile est propter subitas & inopinatas
tenebras quas sentiebant, mox incepisse illos appli
care animū ad huius rei cōsyderationē, quæadmo
dū ab initio (vt Philosophus testatur) ex admirari
cæptū est Philosophari. Apparet ergo nō in so
la Iudæa fuisse hanc eclipsin particulare, sed penit
in omni terra vniuersalē, quæadmodum terræmot
nō solū particularis fuit in Iudæa, sed etiā in alijs na
tionibus, vt retulimus ex descriptiōe digni fide etiā
gētilis hystorici. Quæ vniuersalis eclipsis cum fies
ri non potuerit per solā Lunæ interpositionē, cōse
quitur debuisse solē suos continere radios, vt con
cordi testimonio & vna cōpassione terra mota, dis
ruptæq; petræ in inferioribus, & luminaria obscura
ra superne, lugerent simul & clarificarent reprobas
tum lapidem, appensum in cruce Christū dominū.
CAPVT. XXXIX.

Solutio cuiusdam obiectionis, & libri conclusio.
Vtrum contra hanc nostrā sententiā obisci
at forsitan aliquis. Quo nam modo hæc cō
stant, vt solem dicamus continuisse lumen,
stellas tamen in cælo potuisse videri? Siquidem (vt
iam ante dictum est) a sole cætera asra suum lumē
accipiunt. Si ergo (quemadmodū refert Phlegon)
stellæ in cælo videri poterant, certe & solem oport
uit luce non esse priuatum. Alioqui & stellæ suum
lumen perdidisse ablata namq; causa, auferre oport
et etiam effectū. Huic obiectioni respōdebim
dicentes. Solem quidem nō secundū substantiā pri
uatū fuisse lumine, quod illi secundū suā substantiā
indeficiens dedit altissimus, sed tantū suum lumen
cōtinuisse, & suos radios retraxisse vt super terram
eos nō effuderet, nec aerē solito lumine illustraret
In terra enim scelus erat quod exhorrescebat, & cu
ius indignitatem volebat demonstrare. In superioribus
autē nō erat cur lumē cōtineret. Proinde quod
in priori capite eclipsim istā similem fecimus eclipsi

Obie
ctio

Solutio



DE COELO ET MVNDO

si lunari, non ita intelligendum est, quasi sic sentis-
amus in eclipsi ista lumen vere defecisse soli, & om-
no non fuisse lucē in substantia solis, quomodo in
sua eclipsi corpus Lunę realiter priuat lumine: sed
tātū in hoc constat similitudo, quod sicut Luna in
sua eclipsi nullum lumen ad inferiora mittit, sic
neq; sol tum temporis radios yllos aut vllum lu-
men super terram pro: sciebat. Stat ergo solem con-
tinuisse suos radios, ne inferius lucerent super ter-
ram, stellas tamen in cęlestibus solito lumine fuisse
se illustratas. ¶ Si rursus obijcias, quorsum Lu-
næ interpositione opus fuit, si solis radij erant cohi-
bendi? aut quid operabatur illa Lunæ sub solari cor-
pore suppositio, si continerit sol radios luminis
sui? Eq; enim nihil lucis super terram fuisset effusū
posteaquam iussus est sol suos continere radios, eti-
am si Luna non fuisset soli supposita, Videtur ergo
illa lunæ interpositio, prorsus fuisse superuacaneā.
¶ Dicimus lunam quidem vt creatorem glorifica-
ret & scelesis horrorem mundo declararet, suo cre-
atori compatiens Dei iussu (a quo indubie mor-
uebatur) præstitisse quod potuit, eamq; hac in re su-
um voluisse præstare creatori obsequium, quo ad-
posset, solem occultando, vt radios illius cohibe-
ret, & morientis in cruce gloriam mundo pateface-
ret, Et verisimile est lunam se directe soli supposu-
isse ex ea parte, quæ respiciebat scelesis huius nefan-
dissimi locum, id est, inter Iudæam & solem fuisse
interpositam. Quod autem secundum naturam lu-
na sua interpositione non potuit, id credimus Di-
uina virtute per solarium radiorum retractionem
adimpletum. ¶ Quidam vero etiam densissimas
rum nubium ponunt concursum. Sed quæ prius di-
cta sunt, videntur magis probabilia. Nam si per nu-
bes totū negociū gestū fuisset, minus potuisset stel-
læ conspici, quæ facilius obumbrantur nubibus
quam corpus solare. Item non potuissent ita limpide
de in Ægypto per Dionysium prædicta considerari,
si nubium talis interiectio perfecisset negocium
¶ Sed nos iam a supræmo cęlorum, in id quod fuit
aliquā

Obie-
ctio.

Solutio

LIBER SEPTIMVS.

Fo. 124.

aliquando terræ infimum delapsi, nempe in illum
qui suo ipsius testimonio vermis fuit & non homo
opprobrium hominū, & plebis abiectio, virorum
nouissimus, vir dolorum & sciens infirmitates, cui
ius aspectus tanq̄ leprosi fuit, & non erat ei species
neq; decor, cuius præ humilitate iudicium subla-
tum est, lapis reprobatus, agnus occisus, hircus pro
peccato, caper emissarius in cruce adactus, tandē
fessum calamū in eo reponamus. Siquidem bonū
est nos hic figere pedē, bonum est calamū cursum
sistere, atq; in huius passionibus conuiescere. Fas-
ticulus enim mirrhæ dilectus noster, nobis, & spō-
sus sęguinum, ipse est nobis: qui dum inter vbera cō-
moratur, mitas præbet cordis veras solasq; puras de-
licias. ¶ Et licet multa admodū iam diximus, in
quibus altissima clarescit patris omnipotentia, &
magnificētissima refulget eius gloria, veluti de cę-
lestium orbium incompræhensibili & inestimabili
li magnitudine, de astrorum innumerabili multitu-
dine, de cursus primi mobilis incogitabili celerita-
te, de ordinatissimis singulorum planetarum moti-
bus, de solis gloria, de claritate luminarium, de mi-
rabili ordine plenilunij, nouilunij, ac alijs huiusmo-
di compluribus, quæ nostrum animum ad canenda
in alacritate spiritus gaudiosa cantica merito vale-
ant prouocare: prælegimus tamen ad libri huius
conclusionem, in hoc terræ infimo reprobato lapi-
de conuiescere, & super doloribus ac humilia-
tate eius vocem fletus assumere. Vicit enim admis-
ratio humilitatis eius, omnium conditorum super-
porum gloriam. Si quidem in humilitate iudicium
eius sublatum testatur Propheta. Nos proinde eius
lationis vocem eleuantes, lamentationem canam⁹
pendenti in cruce agno, qui tulit peccas-
ta mundi, cuius est nihilominus cū
patre & spiritu sancto æterna
gloria in sæcula sę-
culorum Amen

Psal. 21

Esa. 53.

Psal. 117

Cant. 1.

Esa. 53.

¶ FINIT LIBER SEPTIMVS
Q 4 Lames



PSALMVS

CLAMENTATIO MORIENTIS IN CRV

ce innocentis agni, propter quem perditam
appensum quem in terris reprobaturum, su
perne clarificarunt egregia duo
luminaria, diei & noctis
domini. .:

Quis dabit capiti meo aquam: & planctum
condignum super vnigenitum?
Vtinam lachrymis inebrientur oculi mei: &
fontes mihi exurgant aquarum calidarum in meo
dio capitis mei.

Vtinam in absinthium vertatur mihi cor meum: & dige
na amaritudine amaricetur in medio veteris mei.
Peccatum peccauit Hierusalem: & contaminata est
vniuersa terra prauaricatione.

Virum iustum a Deo donatum, signis glorificatum plu
rimis, interimerunt: virum optimum, & mansuetissi
mum praeceptorem.

Non sustinuerunt impij in mansuetudine arguentem
tollere animam eius conciliati sunt.

Oblatus est quia voluit, & non aperuit os suum: sicut
ouis ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum
Propter scelus populi percussus est: & pro humilita
te iudicium eius sublatus est.

Non est agnitus vultus eius: donec in patibulo ap
pensus est.

Ibi clarificata est maiestas eius in cunctis populis:
tunc & exteri coluerunt ignotum Deum, quem do
mestici repulerant oblatum.

Morte turpissima a filijs populi sui condemnatus est:
& cum iniquis innocens agnus deputatus est

Ah, quomodo obscuratum est aurum: mutatus est
color optimus?

Quomodo abscondita fuit, agnus Dei, fortitudo tua
cum essent cornua & spicula in manibus tuis?

Propterea sededo merens & gemens: suspirabo & gem
mam vt columba, sicut passer solitarius in tecto vo
ciferabor.

Ipsa rex meus & deus meus: princeps meus, notus
meus, amicus & creator meus.

Renuam

PSALMVS

Fo. 115.

Renuam consolari, & afflictus affligar: sicut mater
lucens super vnigenito vteri sui,
Sol cognouit, non cognouit homo: Luna in plenitu
dine sua vidit exaltatum.

Caeli obstupuerunt, illudente Iudaeo: & omnis ordo
caelestium conturbatus est.

Sol retraxit lumen suum: & continuit super iniquitate
quam vidit in terra, radios suos.

Luna respuens plenitudinem suam: subito se gyrans
per meridiem soli supposuit.

Nuditatem appensi operuerunt tenebris suis dens
sissimis: denudauerat enim Iudaeus ad confusionem
patrem suum.

Maledictus puer Cham, & maledicta haec posteritas
eius: erunt ferti cunctarum nationum, & dispergen
tur in omnes populos.

Petra scissae sunt, terra mota est: fundamenta mons
tium conturbata sunt.

Inanimis creaturae (quibus non est intellectus neque
ratio) cognouerunt creatorem suum: & multa potentia
gloriose clarificatus est in eis.

In terris visus non est agnitus, populus peculiaris
repulit creatorem suum: in crucem subleuatus est, &
claruit maiestas.

Qui gloriantur se habere scientiam Dei & pollicen
tur caecis ducatum, quasi talpa non agnoscunt solem
inanimis creaturae (cui non est cor neque ratio) agnos
cit etiam nube obtectum.

Reuertere Luna in locum tuum, reuertere: quoniam expi
rauit Deus, consummata clamans omnia.

Restituatur nobis lumen tuum, dominator Sol: vt vi
deamus ad sepeliendum mortuum.

Ita pater, ita Deus, ita dominator dominas: quoniam
sic placitum fuit ante te.

Sic si Christum pati oportuit: & in ligno iterum cla
rificari.

Propter nos vniuersa ista per te scimus esse comple
ta: omnia propter electos tuos.

Ita pater, voluisti exaltari in ligno dulce filium tuum
vt exultatus ad se cuncta attraheret.

Q. s. Vt cog



DE ANIMA ET POTEN'

Vt cognoscāt quoniam ipse est quem misisti in mūdum: gloriosus prodigijs illum voluisti glorificare in nationibus.

Operiat nos Iesu bone ignominia tua: & impleatur cor nostrum ab ea.

Educ de oculis nostris lachrymas per diē: & nocte non cessent oculi nostri.

Non cōtineat se super te os meū: & labia nostra cōfitebuntur nomini tuo in seculum.

Dicant nūc quæ lōge sunt nationes: quoniā regnauit a ligno Deus sempiternus.

Hierusalem Hierusalem: conuertere ad dominum Deum tuum.

¶ Finit lamentatio.

LIBER OCTAVVS CONSYDERATIONIS PHYSICÆ, DE ANIMA IN GENERE, DE POTENTIA VEGETATIUUS SPECIALITER: ITEM & DE LONGITUDINE ATQ; BREUITATE VITÆ.

¶ Præfatio.



Mnia quæ fecit altissimus, exquisita iuxta omnes volūtares eius, summa vtiq; confessione sunt ad mirāda. At vero p̄ omnibus hominis origo ampli⁹ est spectanda. Quippe magnum miraculum sunt singula hominis membra, singulæ vires, singula organa, singulæ operationes. Signa querūt homines desuper, & prodigia stupidi spectāt. Miraculorū omnes cupidi sumus: cum sint hæc omnia intra nos verissima, spectatūq; dignissima miracula. Quæ vere nō sunt mirāda, miramur attoniti: vera miracula non est qui admiretur. Ecce enim ipsum caput suum quod supra humeros collo iūxit Deus naturæ, quis quis apprehēderit, magnū ille & multo maximum miraculum tenet: quippe in quo tā mira sūt opificia suis quæ officinis distincta, sub vni⁹ crani osse teguntur.

VEGETATI. LIBER VIII.

mine, vt huius miraculi nemo sufficiat nec physic⁹ nec medicus, indagare celsitudinem, aut digne etiā admirari. Quamobrē, nō frustra græcorum sapiētes solemnī præscripserūt apophthegmate γυνώσκειται, Nota: τὸ π̄ γνοῦθι σεαυτὸ; quod Latinis sonat. Nosce te ipsum. Intra nos enim habētes mirabilissima, qualia nō sunt in cælo sursum, neq; in terra deorsum, nihil opus habemus foris quæ admiremur, aut in quibus oblectemur expetere. Neq; maria nobis in hoc sunt enauigāda, vt quæ mira prædicatur cernamus: cum mirabilia multo q̄ vsq; locorum inueniri possint ipsi semper circūferamus. Atq; id quidē verū est & indubitātū, etiā si ea tātum quæ corporis sunt consideremus. Quod si ad interiora animæ fuerimus introgressi, quasi in secretiora generalia, tē prorsus diuinam cōperiemus, in creato corpore. Hæc de causa nō erit cōpletū nostrū desiderū, donec & hæc Dei magnalia maxima, quæ nobis ab anima (siue in seipsa, siue in corporeis organis) insunt, habuitētes, rudi saltem traditione pandamus.

CAPVT. I.

Quid sit anima secundum veritatem, sic est humana generatio misera, vt quæ sibi incerta sunt, nō nisi obscurissime cognoscat. Quo fit, vt animæ cognitio sit nobis eo difficilior, quo ipsa est intimior. Vnde & veteres Philosophi diuersissimas de anima sentētiās, pro sua quisq; secta, reliquere. Qui tamē omnes in hoc cōueniunt, quod ipsam ponūt principiū earū operationū, quas de foris in animatis rebus cōspicimus. Cæterū, sigillatim singulas eorum sentētiās expēdere, nō est nostri propositi. Satis habemus, animæ quidditatē simpliciter veritate describere, eiusq; vires & officia delineare. Quorsū enim attinebit, sopitos & diu iam extinctos errores, resuscitatos in lucē reuocare? Animā autem definit Aristoteles hūc in modum.

Anima est primus actus, perfectioq; corporis naturalis, potentia vitam habētis & talis.

Hæc de finitio cū suade claratione apud Arist. ponitur. ca. 2. li. de ani.

DE ANIMA ET POTEN.

& talis plane, vt eius partes sint instrumēta.

Hoc est, anima est forma substantialis, ipsam materiam seu totū cōpositū actū perficiēs cui inest, quæ potens est suū actum seu operationē vitālē exercere in corpore physico, varijs organis & partib⁹ ad hoc distincta. Anima hic capī pro omni anima, siue vegetatiua, siue sensibili irrationali, siue rationali, cum autem actum primū dicim⁹; omnes habitus, species, potentias, aut accidētarias dispositiones abijcimus; quæ atq; vt sint instrumēta certe nunq; anima sunt dicenda. Et quanquā actus quidam dici possint (nimirum formæ accidentales) non sunt tamen actus primi & substantiales, sed actus tantum secundi & accidentales.

Actus enim secūdi sunt, quia a forma substantiali a producūtur & tantū sunt animæ instrumēta, quib⁹ scilicet tanquam instrumētis in suis operationibus vtitur anima: quæadmodū potētia visua vtitur anima vt instrumēto ad efficiendā visionē, sicut forma substantialis ignis vtitur calore vt instrumēto ad quippiam calefaciēdum. Sed anima actus prior est, a qua nimirum omnia ista procedūt. Quoniā vero nullius artificialis operis anima est, iccirco corporis physici actus ponitur hoc est, forma rei naturalis. Actum enim formā dicimus, & physicū idē quod naturale. Non autem cuiuslibet corporis physici forma est anima, sed talis cuius partes sint instrumēta, vel organa quod omnino idem est, hoc est organo diuersis adornatū atq; distinctum, ad diuersas vitæ operationes exercēdas. In homine em̄ oculus, auris, manus, os, venter, cor, & cætera omnia sunt organa diuersa diuersimode disposita, ad diuersas vitæ operationes. Et quæ pauciores inter viuētia habent operationes, vt plātæ: cōspiciūtur etiam pauciora habere organa, radices, medullas, nervulos, atq; huiusmodi paucula. Quæ vero omnino nō viuunt (vt elemēta, vel etiā inanimata mixta atq; metalla)

VEGETATI LIBER VIII. Fo. 127

metalla) nō habēt eiusmodi organa, quod nullas habeant vitæ peculiāres operationes. Et ne credatur cadauer etiā animā habere, & ne forma cadaueris anima putetur, dicitur anima esse actus eius corporis organici, quod vitā habeat in potētia: hoc est, quod per hæc ipsa organa possit vitæ officia exercere. At in cadauere, non est ultra oculus vel auris in potentia vt audiat, vel videat, nihilo certe amplius q; trunci aut elemēti cui uspiā partes. Quare & cadaueris forma, per putrefactionē statē hæc omnia vt si bi inuētia dissipat: vt paulo post animæ abscēssum, cadaueris forma, digitos, & nares & oculos & vniuersa prius varie disposita organa, æquet in puluere & cinere. Repetit Aristot. animæ definitionem fere iisdem verbis.

Hicce videlicet. Anima est pfectio prima primusq; actus corporis naturalis, cuius partes sunt instrumēta, quæ sic quoq; rediditur. Anima est act⁹ corporis physici organici vitam habentis in potentia.

Nec minus congrue, & ab officijs definiti anima, hoc modo. Anima est principiū quo viuimus, sentimus, atq; mouemur.

CAPVT. II.

Diuisio animæ & quæstionis cuiusdam determinatio.

Diuiditur autem anima in vegetantem, sensitiuam, & rationalem, iuxta tria precipua animæ officia.

Prima est in omnibus viuētib⁹, secūda, in sentientibus, tertia in omnibus hominibus. In plātis est sola vegetas; quoniā hæc nec sentiūt, nec ratiocinātur. In brui,

Ari. 3. ca
2. lib. de
anima.

DE ANIMA ET POTEN.

In brutis, est anima & vegetas & sensitiua. In hominibus, est anima & vegetatiua & sensitiua, & insuper rationalis: etiam in illis qui debitum ratiocinationis actum, ob indispositionem virium interiorum atque organorum, habere non possunt. Verum ex his videtur oriri questio, debeant ne in homine poni tres animae, locali situ in diuersis seuiusque partibus, an magis coniunctae. Rursumque si coniunctae loco, an re plures ponendae sint haec animae, an ratione tantum differentes, ut vna anima haec tria fortiatur officia atque nomina. Sic item de duabus animabus in brutis questio formari poterit. Sane haec ambiguitas solet scholasticis exercitationibus magnam campum praebere: & sunt haec de re contraria sentientes Philosophorum sectae. Nos vero nostri instituti memores, propositam breuitatem tenere cupientes, hoc tantum (quod videtur verisimilius) contra praedictum eorum quibus contraria magis placet sententia, asserimus: in bruto quolibet secundum rem vnicam inesse animam, quae a sentiendi officio, sensitiua, a vegetandi officio vegetatiua nominatur: diuersis utique (sicut per se claret) rationibus, & hanc animam vegetatam pariter atque sentientem, per totum quod informat corpus esse dilatata: quam operationem quarundam certas & determinatas habeat sedes vel officinas, in quibus ipsae aut solum aut excellentius perficiantur, quam in caeteris partibus. Sic & de hominis anima sentiendum, eam videlicet vnicam esse in omnibus corporis partibus: eandem & vegetatiuam & sensitiuam & rationalem: a qua corpori sit, ut vegetetur, & sentiat, quaeque homini ratiocinandi potestatem donet. Includit autem rationale sensitiuum & vegetatiuum, sicut tetragonus includit trigonum: id est, quadrangulare triangulum, & sicut perfectum includit imperfectum absque vlla compositione. Quod ita debet intelligi, quia in quocumque inuenitur potentia ratiocinandi, in eodem sunt anima vegetatiua & sensitiua, at non e contrario: & in quocumque est sensus, est etiam potentia vegetatiua, at non e contrario. In plantis enim est vita vegetatiua, non autem sensus vel ratio, quem admodum

Universitas de
 Questio
 an vnica
 an plures
 in homine
 sit
 anima.

Solutio.

Art. 3. ca.
 2. lib. de
 anima.

VEGETATI. LIBER VIII. Fo. 128.

admodum in quadrangulari includitur triangulare sed non e contrario. Non enim ubi tres anguli sunt, statim adfunt quatuor. Vnus enim deest, & vno superatur triangulus a quadrangulo.

CAPVT III.

Quod sit potentiarum animae subiectum, & an possint ab anima separari.

Rursum & illud de potentibus animae queri solet, an sint in anima: an in coniuncto: id est corpore & anima pariter iunctis. Itemque, si vlla potentia possint ab anima separari, ut absque eis perdurare possint anima? Quibus erit breuiter satisfaciendum: dicendo, quasdam vires animae in anima sola esse, eas nimirum ad quarum exercenda officia corporis organum determinatum non habet: ut sunt voluntas & intellectus, quarum potentiarum operationes exercet anima, non per vllum corporis organum determinatum, etiam si corporum organum iuuetur adminiculo. Quasdam vero esse in coniuncto id est corpore & anima, seu in ipso composito: eas nimirum, in quarum exercitijs anima eget organo determinato: ut sunt potentia visiva in oculo, memoria corporalis, & imaginatiua in cerebro, & ita de caeteris. Inter has igitur vires illae quae persistunt suas operationes non per organum corporeum non possunt vnquam ab anima separari, nec sine eis esse anima aut permanere potest. Quae vero sunt in aliqua parte corporis, & quae ut perficiant suas actiones eget organo corporeis, haec animam non consequuntur emigratam e corpore: & potest utique rationalis anima absque huiusmodi subsistere. Vnde anima a corpore separata non habet potentiam vegetandi, neque sentiendi quam ad huiusmodi actiones possibilitatem habet. Non enim idem existimanda est possibilitas sentiendi, & sentiendi vis naturalis, siue naturalis potentia. Omnino tamen in ipsa anima, potentia iste radicaliter manet: ita ut si iterum in corpus mitteretur ad informandum, rursum in organo determinatis efficieret: quia tamen a corpore separata est, non actu & for

De subiecto potentiarum animae



DE ANIMA ET POTEN.

& formaliter in se habet, nisi eas potentias quæ immateriales sunt:

CAPVT III.

Quod sola rationalis anima manere potest a corpore separata, & quod sola non educitur de potentia materiae.

Consequitur insuper ex ijs quæ prædicta sunt, cum anima vegetatiua & sensitiua in plâtis & brutis, nullam habeât vim neq; potetiam naturalem, quæ nõ sit colligata corpori, nõ posse eas extra materiam & corpus separatim permanere sed necessario interire simul vt a corpore expelli eas contrigerit. Anima vero rationalis, quoniam aliqua parte supereminet corpori & vires aliquas operationesq; naturales habet, quæ a materia nõ pèdeant: ics circo (quatenus rationalis est, corpori nõ penitus immersa, sed aliqua ex parte corpus excedens: & modo quodam per se subsistens) potest separatim subsistere. Nec mori ipsam necesse est, cum a corpore migrat. Ea vero parte qua sensitiua est & vegetas, non esset separabilis a corpore.

Anima rationalis nobilitas,

Atq; hinc est quod solet dici, animas sensitiuam & vegetatiuam educi de potentia materiae, nõ autem creati. Latet enim in materia (ex quia viuens concipitur) rationes seminales eiusmodi formarũ, sicut & ceterorum quæ animata non sunt, ita vt hæc anima (sicut & omnes forme corporeæ) extrahatur de materia, quæ est in possibilitate ad omnem formam, per actionem agentis creati. Anima autem rationalis quia præ nobilitate virtutum a Deo sibi datarum (secundum quas imaginem Dei in se gerit) superexcedit corporis grossici atq; ignobilitatem, ideo de materia virtute naturalis actionis elici nõ potest. Neq; latet in materia generationis, sed creatur a Deo sigillatim rationales animæ omnes, sicut sigillatim infunduntur in sua quæq; corpora: testate Psalmista, quonia Deu s fixit sigillatim corda filiorum hominum. In hoc tamen conueniunt omnes vires, tam animæ secundum se, q̄ totius coniuncti, quod fluant omnes ab essentia animæ: sicut a forma substantiali procedunt & conseruantur

Psal. 32,

accidentia

VEGETATI. LIBER VIII.

accidētia rei, quæ in materia seruatur, Propter quod in anima separata licet realiter nõ insunt potētia illæ corporales quæ in exercitio suarũ actionum indigent organo corporeo, secundum radicem tamē in ipsa adhuc latēt, & propter solum defectum subiecti in quo reciperetur deficiunt, nõ propter animæ impotentiam, aut naturæ eius permutationem.

CAPVT V.

De diuersis in anima potentis.

Vanq̄ autē superius animam secundũ tres tantum potētias diuisimus, in vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem vel intellectuam, sunt tamē potētia primo conuenientes animæ quicq; numero, videlicet vegetatiua, sensitiua, appetitiua, motiua & intellectuua. Quare autem animam tria membri tãtum diuisione dissectimus, ratio est: quia duæ illæ potētis, appetitiua & motiua, nõ inueniuntur separatim absq; alijs. In quocũq; enim est vis sentiendi, in eodem est & vis appetēdi & secundum locum se mouēdi, atq; ecõtrario: neq; in vllõ viuētũ hæc separata inueniri possunt, propter quod ex neutra potētiarum illarum sumpta est animæ diuisio. Sic neq; volũtas (quæ tamen ab intellectu distincta potentia est) speciale aliquod membrũ facit in diuisione animæ; quoniam nõ inuenitur in vllõ viuētũ ab intellectu separata. In quocũq; enim est intellectus, etiam & volũtas, & ecõtrario. Vnde sub intellectuuo comprahēditur volitiuũ, sicut sub sensitiuo appetitiuũ, & motiuum secundum locum.

Generaliter autem distinguuntur in anima diuersæ vires atq; potētia, secundum operationum differentiam. Quot enim in homine sunt ab inuicem differentes operationes, quæ ad vnum nõ spectat organum, tot sunt potētia ab inuicem diuersæ. Vnicuique enim operationi correspondet in anima vis aliqua naturalis ad talem operationem efficiendam. Et quidē si operatio corporalis sit in organo aliquo corporali aut in vlla parte corporis singulariter apparatus: ipsa etiam potētia corporalis videbitur, & ab anima quidem radicaliter effluens, illi tamem organo peculiariter

Vnde potētia rã diuersitas colligatur.

R iter in



DE ANIMA ET POTEN.

liter insidens. Quemadmodum (exempli gratia) homini operatio quaedam in oculo adesse cognoscitur per quam colores percipit & res coloratas, gratia coloris, dimoscit. Vnde consequitur esse in oculo vim quandam atque potentiam talis operationis effectiuam, quae dicitur virtus visiva. In lingua vero operationem aduertimus, qua saporum percipimus differentias quod in nullo aliorum membrorum percipimus. Vnde oportet huic operationi, vim quamdam ipsi effectiuam respondere, quae dicitur virtus gustandi. Cum vero operatio ipsa per totum corpus & singulas partes similiter extendi videtur, oportet & ipsam vim ita per totum corpus expandi. Vnde quia actus tangendi singulis membris competit, necessario & ipse actus per corpus totum expanditur, ac singula occupat membra. Item de nutritione dicendum & potentia nutritiua. Ex hoc vero intellige, quod variis sit anima potentijs atque naturalibus virtutibus adornata, ut pote a qua tam multae, tam variae, tam nobiles, tam eximiae, procedere conspiciuntur operationes ut eis contemplandis vix homo sufficiat, ut ne dicatur enumerandis aut plene comprehendendis.

CAPVT. VI.

Partim esse a perfectione, partim ab imperfectio- ne, quod homo tam varias habeat potentias.

Quod vero tam varias vires habeat homo secundum naturalium operationum multiplicium diuersitatem, partim quidem ab imperfectio- ne est: quonia omnis discessus ab vno & simplici- tate, ex imperfecto est: partim vero perfectionis est indicium, quod per multas has vires ad multas ac varias operationes aptus conspiciatur homo, atque na- turali efficacia idoneus. Vnde est considerandum quaedam res esse quae paucissimas habeant operationes quae proinde multas potentias non habent. Aliae sunt, quae multae sunt perfectionis, sed haec non nisi per multas obtinent potentias, & varie separatas: ut patet in ho- minis visu, auditu, phantasia, memoria, intellectu, af- fectu, vi generatiua, digestiua, ac ceteris. Sunt praeterea haec

VEGETATI. LIBER VIII.

ter has res aliae simpliciotes, quae magis ad vnum & summu bonu accedentes, multa nimis perfectionem paucissimis attingunt potentijs. Hi sunt spiritus illi ce- lestes, qui intellectu & affectu, nullo vietes sensu, nullisque corporeis organis, multo possunt ampliora quam genus humanu possit vniuersum. Super omnia est Deus saeculoru, qui summa perfectionem simplicissima habet potentia atque vnica virtute, quae nec ab ipsius essentia secernitur. Quando quidem quicquid in Deo ponitur, ab eius essentia non distin- guitur. Ipsius summae atque simplicissime virtuti, om- nes nostrae deseruiunt multiplices vires: ut magnifi- cent gloriam nominis eius, quae est sempiterna. Ipse est enim, qui simplicissima sua perfectione, nostra nos multiplicitate facit (licet imperfecte) perfectos: cuius proinde magnificae bonitati, nos decet in om- nibus dare laudem & gloriam.

CAPVT VII.

Consideratio pulchra de correspondentia admis- rabilis corporis & animae.

Illud vero attentius considerantibus quam pre- bet suauitatis dulcedinem, quod cum corpus res sit crassa, materialis, & ignobilis, anima vero spiri- tus & res nobilissima, talis nihilominus & tanta inue- niatur vnitas ad alteru correspondentia, talis harmoni- a, talis consonantia, ut maior vix possit cogitari. Si- cut enim corpus hois super omnia mundi corpora mirabilissime est organizatum atque pulcherrime disti- ctum, artificiosissimeque fabricatum: ita & anima: quae huius corporis inhabitationi deputatur, nobilissima est atque pulcherrima, sic corpori correspondens, ut iux- ta sua capacitate & dignitate ipsu totu impleat, eiusque omnia organa viuificet & informet, omnibus illis tam diuersis organis dando vitam, sensu, & motu, atque ope- rationes peculiariter eumque conuenientes. Et quaedam modu in corpore est maxima & ornatissima diuersi- tas organoru, quae tamen oia secundu pulcherrimu or- dinem ad inuicem conuicta vnu corpore efficiunt, nec obstat corpori tanta partiu diuersitas, qui in vno possint corpore copin- gi: Imo tanto pulchrius, tato ornatius & spectabilius?

Deus p- fectionis m- actus & perfe- ctissimae virtutis

Ordina- ta varie- tas est corpori ornatu-



DE ANIMA ET POTEN.

est hominis corpus, quod ex tanta sit varietate artificiosissime compositum, quasi eiusdem dispositionis esset omnia membra Ita proportionabiliter anima habet multipliciter nobilissimarum potentiarum, & dignissimorum officiorum, quorum quaedam aperta sunt & sensibus exposita, plura vero latent interior: certissima tamen experientia a nobis percipiuntur & cognoscuntur. Habetque anima diversa ista officia, iuxta proportionem & exigentiam organorum corporaliu, ita ut quot sunt membra organica distincta secundum qualitates, totidem sint etiam virtutes & officia distincta ipsius animae. Diversitas enim organorum & instrumentorum in corpore, arguit diversitatem potentiarum, virtutum, & officiorum ex parte animae.

Nec tamen tanta haec multiplicitas scindit, sed ornatur animae unitatem. Quemadmodum enim unus idemque homo diversa potest habere officia, & artes diversas, quas exercet per varia & dissimilia instrumenta, sic anima diversas habet virtutes, quas exercet per dissimilia organa. Est autem hoc in magnam animae ornatum & gloriam, quod ita diversis sit instrumenta praeditaque virtutibus (quae omnes radicaliter ab ipsa in corpus effluunt) ut nullum omnino sit in corpore membrum quomodocumque dispositum, quod non sua maiestate impleat, & cui non pro sua naturae debitam virtutem atque potentiam infundat: ita ut nullum membrum relinquat vacuum, cui non vita sensum, & motum concedat: nullum etiam sit organum, quod non pro suae naturae exigentia debitam sibi virtutem ab animae plenitudine recipiat, ut oculus sumit videndi virtutem, auris audiendi, lingua gustandi, manus operandi, pedes ambulandi, genna se incedendi atque voluendi, & ita in singulis membris.

Cōtepla
tio pul
cherri
ma ma
trimio
nij inter
corp⁹ &
animā,

¶ Ecce vero mirabile istud inter corpus & animam maius momentum, ecce pulcherrimam consonantiam & admirabilem conjunctionem inter membra corporis organica ex una parte, & virtutes seu potestates animae ex parte altera. Vide, quod singula organica membra, singulis virtutibus desponsantur ac velut nubunt & coniunguntur ininvicibili inseparabilique societate. Vides ex parte vna

VEGETATI. LIBER VIII.

et una corpus velut substratum, cum multitudine diversissimorum eorundemque pulcherrimorum organorum, ex aduerso autem animam vides hoc corpus sibi disponantem, in corpus istud intrantem, totam plenam nobilissimis potentijs, & talibus potentijs, quae singulis corporis membris respondeant. Quid hoc maius trimonio pulchrius? quid hoc spectaculo iucundi? Vere qui haec iunxisti, magnus es Domine, & mirabilia opera tuattu es Deus solus, & praeter te non est alius, tibi gloria canit omnis copago corporis nostri & vniuersa animae plenitudo, qui vivis benedictus in aeterna saecula. Amen.

¶ CAPVT VIII.

De potentijs animae vegetatiuae in speciali.

Vt autem per ordinem nunc de singulis deterriminemus, primo consideranda est potentia animae vegetatiuae, quae alio nomine nutritiua appellatur.

Habet autem haec potentia vegetatiua tria praecipua officia, alere, augere, & generare.

Vnde potentia vegetatiua diuidi potest in potentiam nutritiuam siue altricem, augmentatiuam & generatiuam: quae tres potentiae reperiuntur in vita habentibus viuentis.

¶ Prima est propter conseruationem substantiae ipsius viuentis.

Omne enim viuens quod diu viuat, nutriri oportet.

Quia enim stabilia non sunt viuentia, sed in fluxu continuo, propter virtutem igneam perpetuo consumentem & partes aliquas deuantantem, igitur ad conseruationem substantiae animalis operatur anima circa alimentum ut ex eo continuo instaret, quod per resolutionem deperditur. Nam ubi continua est abique reparatione resolutione, fieri non potest, ut durabilis sit talis rei substantia. Quapropter recte dixit Aristoteles, viuens eousque nutritum indigere quousque perseuerat: alimentum autem priuatum non posse subsistere. Quaedam vis est augmentatiua, qua ni-

Arist. 2.
li. de ani
ma. 4. ca

Arist. 2.
li. de ani
ma. 4. ca



DE ANIMA ET POTEN.

mirum anima ipsum corpus in iustā & naturā conuenientem potest perducere quātitatem. Nullū em̄ viuentium ab inicio habet perfectā suam quātitatē, sed per pusillū est cum vitam recipit. Anima vero continua operatione sua, circa alimētū occupata, nō solum curat id quod desinit, restaurare. veram etiā maiorem adijcere quātitatē, dū plus infulcit sua actione, q̄ sit cōsumptione deperditū. Est autē huius virtutis a priori differētia, quoniā nō oportet viues omne q̄diu viuit augeri, nutrirī vero & ali simpliciter omnibus viuentibus necessarium est. **C**Esura men secundum rem harū duarum potētiarum idem obiectum, sed ratione tātū diuersum. Alimētum enim & nutrit & auget, sed in quātum reparat qd̄ deperditum est nutrit, in quātum vero etiam maiorē quantitātē reddit q̄ prāfuit, auget. Et est quidē anima principalis harū operationū effectrix, pro instrumento tamē habet naturalem calorem, per quē cōcoquit & alterat nutrimentū (quod ante nutritionem est alito contrariū & dissimile) vt fiat simile, & aptū quod traiciatur in membra corporis alendi. Quia enim nutrimentū dissimile est ipsi quod nutrirī & augeri debet, impossibile foret ex alimēto fieri nutritionem aut augmentationem, nisi ipsum alteraretur, vt simile fieret alito. Hęc autem alteratio rectissime attribuitur calori, quo tanq̄ instrumento & causa secundaria vticit anima, de quo plura suo loco dicemus in sequētibus capitulis.

CAPVT IX.

De virtute attractiua, digestiua, retentiua, & expulsiua.

SVnt autem particulares quādam vires, potētis iā dictis subseruiētes, vt pote sine quibus fieri non possit nutritio, vel augmentatio.

4. potēs
uā.

Ex sunt, virtus attractiua, virtus retentiua, virtus digestiua, & virtus expulsiua.

attractiua.

Quia enim in perfecta nutritione singula membra oportet nutrirī, ideo necesse est, vt in quolibet mem̄o

VEGETATI. LIBER VIII.

pro virtus sit quādam, per quam nutrimentū attractat quo nutriatur, nō secus q̄ in magnete virtus est quādam & efficacia ad se attrahēdi ferrum. **V**erū quia nō potest membrū ex attracto nutrimento ali si ue nutrirī, nisi ipsum quod attractum est, omnino secundum speciem simile fiat ipsi membro nutriendo ob hoc virtute digestiua opus habet, per quā nutrimentum cōcoquatur & trāsmutetur, vt simile sit membrō alendo, sicq̄ ipsi sufficiat nutritioni. **N**am impossibile est nutritionē fieri, nisi prius ipsum alimētum simile factum sit nutriedo. **N**utritio enim (vt supra indicauimus) fit ex alimēto prius dissimili, factio tamē simili, anteq̄ fieri possit nutritio. **Q**uia vero nō potest virtus naturalis agere in instāti, sed tempore eget, vt digerat alimētum ac simile reddat alito, iccirco ne dissipetur materia attracta, retentiua virtute est opus. **N**ihil enim ad nutritionem proficeret attractisse alimentū: si desset virtus ipsum retinēdi donec secundum qualitātē conueniētē esset immutatū, quē admodū videmus nūnullos incedum sumere cibum vel potum sed antecōcoctionē siue digestionem cōgruam, statim vel per os vel per posteriora eiscere. **S**ed quoniā in omni alimento impuritatum est cōmixtio, quæ per digestionē separantur ab eo quod nutritioni est accommodū, iccirco ne illæ impuritates ad nutritionē perficiendā inaptæ in hominis corpore remanentes putrefactionē & morbos generent, necessariū fuit virtutē inesse mēbris ad expellendū eiscientūq̄ quod nutritioni nō conuenit. **D**e his autē particularibus differere, Medicorū potius est quam Physicorum.

Digestiua.

Retentiua.

Expulsiua.

CAPVT X.

De potentia generatiua.

Tertia vis animæ vegetatiuæ est, potentia generandi, quia scilicet viuens potens est generare sibi simile, secundum speciem. **Q**uam potentiam Aristoteles dicit esse præcipuā. ita vt iustū putet potentiā vegetatiuā a generatiua tanq̄ præcipua, denominari. **A**ut cū op̄ generationis esse alioz

Generatiua.

R. A. finem.



DE ANIMA ET POTEN,

finem nutritionis scilicet & augmentationis. Nam ad hoc animal nutritur & augetur in iustam quantitatem, ut cum perfectum fuerit, gignat sibi simile. Naturalissimum enim & precipuum opus (vt Aristoteles ait) est generare simile, & in quo viuertia maxime asimulantur sume illi Diuine bonitati, quae sua virtute progignit vniuersa. Item & secundum aeternam durationem. Quia enim in hoc a Deo deficiunt, quod secundum numerum, vt ille aeterna permanere non possunt: siccirco dum sibi simile generando, ita in specie permanent, quodammodo aeternitatis participes sunt, atque ad Diuinam durationis aliquatenus accedunt similitudinem, quantum ipsorum permittit conceditque natura. Est autem haec virtus, nec in solis animalibus, neque etiam in omnibus. Non quidem in solis animalibus, quoniam quidem & plantae coplures eandem vim participant. Vm enim generatiua habet, quis vultenque a Deo semine est datum. In semine namque virtus est formatiua similis secundum speciem. Hinc & naturae prouidissimum benignissimumque institutor Deus, cum de terra vellet arbores, herbasque verbo suae iussione educere, iamiam de generationis vi sollicitus, semine pariter in eis voluit inueniri. Sic enim ait. Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum cuius semen in semetipso sit super terram. Post cuius verbum in sacra hystoria subditur, Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem & facientem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque sementem, secundum speciem suam. Ecce quam sollicita & diligens hic fiat seminis metio, vide quomodo ab initio fuit de generandi virtute sollicita Dei prouidentia. In quibusdam vero non solum ex semine fit simile secundum speciem, verum etiam ex ramulo tantum preciso absque villo semine arbor crescit, aut herba similis illi a qua desumpta est particula. Quod autem non in omnibus animalibus, neque in omnibus viventibus inueniatur, per experientiam est manifestum. Nam quaedam sunt animalia spontaneam generationem habentia, quae non ex semine pro-

Neg. so. su. aial. neg. om. ne. libi. si. mile. ge. nerat.

Gene. I

Quae non generat simile.

VEGETATI. LIBER VIII. Fo. 33.

nis propagatione, sed putrefactione nascuntur, quae inter haec quaedam indifferenter, vel ex putrefactione nascuntur, vel ex semine. Illa etiam quae ex diuersarum specierum commixtione generatur, non sunt nata generare sibi simile. Vnde mula (quae ex commixtione equi & asine gignitur) nescit generationem. Est autem huius potentiae a prioribus duabus differentia, quoniam operationis illarum effectus completur & manet in ipso subiecto in quo insunt potentiae. Effectus autem operationis virtutis generatiuae, extra subiectum est ipsius potentiae. Potentia enim nutritiua & augmentatiua, ipsum suum indiuiduum in quo est, nutrit atque augmetat. Nulla autem res per potentiam generatiuam seipsam generat, sed aliud distinctum indiuiduum, simile tamen secundum speciem. Ex quo manifeste patet, nobilioris ac dignioris esse virtutem generatiuam duabus potentis prioribus. Siquidem ista ad speciei conseruationem immediate ordinatur, illa vero immediate ad sustentationem & perfectionem indiuidui. Species autem nobilior est indiuiduo, utpote quae per se pars est vniuersi, non hoc aut illud indiuiduum. Vnde (quae admodum supra diximus) nutritiua & augmentatiua ad generationem tanquam ad finem ordinatur. Aduertendum in super, quod circa idem obiectum aliquo modo versatur potentia generatiua, circa quod versari diximus nutritiua & augmentatiua. Quomodo enim potentia nutritiua ex alimento nutrit & augmentatiua ex alimento quanto auget, sic & generatiua alimento vititur ad suae operationis exercitium. Semen enim ex superfluo est alimenti.

CCAPVT. XI.

Pulchra seminis consideratio.

M. Erit vero consideratio seminis (quo vititur virtus generatiua ad suae operationis executionem) videri debet profundius contemplantibus, nimirum admirabilis. Quid enim? An non superadmirabile est, ex modico semine (quod de herba aut arbore qualibet decisum fuerit) in terram coniecto, pullulare virentem herbam vel arborem, eandemque teporis accessu, sumpto ex terrae visceribus con-

Aduersus te huc a nimum spator

R 5 gruo

DE ANIMA ET POTEN.

rerū no
uarum.



gruo alimēto, iustam sibi quantitatem adiscere, & partes oēs sibi iuxta naturę suę cōditionē adaptare varietate tā pulchra, dispositione tam spectabili tāq; admirabili ordine, vt hominis ingeniū nec herubulę vnus sufficiat cōprehendere artificiiū. Cōlydera enim in arboris e semine processione, quomodo in terrā inferne radices mittit, easq; ita insiggit solide, ita hærere facit in intimis terrę visceribus, vt post modicum vix euelli aut dimoueri nisi vi magna non possit, quomodo surfū stipitē ac truncū mittit, quē externe quidem vestit cortice velut indumento, aduersus aeris inclementiam, & frigoris estusq; iniurias. Intime vero medulla posita est & circūquaq; venę maiores atq; minores per totū corpus trunci dispersę, eaq; mirabili ordine ab inuicē minores a maioribus procedentes, per quas nutrimentū singulę partes ad se attrahunt. In superiori vero parte, quā mirabiliter prodeūt de stipite folia, in quibus similiter venarū & arteriarū conspicimus stupēdam connexionē. Et est quidem foliorū eadē figura, eadē leuitas vel asperitas, similis fere longitudo, latitudo, color idem, idē sapor, idē odor, & per omnia maxima est arborū eiusdem generis similitudo. Taceo florum pulchritudinē, & fructū dulcedinē, ac in vtrisq; mirabile artificiiū. Hęc videlicet omnia originaliter ex seminis vnus prodiere virtute. Sed & in semine animalis atq; ideo in semine hominis (ex quo videlicet proles humana secundum corpus nascitur) nōne illud vel maxime stupendū est, quod ex virtute illa quę in tā vilissima atq; penitus deformi & sordida materia inest, talis ortatur membrorum tam pulchra cōpositio, tam cōuenientissimus ordo, tā efficax dispositio mēbrorum, tam eximia singularū partium coniunctio. Videlicet vt in infimo pars aliqua lata fabricetur, super quā ipsū corpus debeat firmum consistere, & qua debeat moueri de loco in locum: cuius partis extremū multiplicē habeat diuisionē, vt sit velut in particulas dissecta materia, hoc est, vt pes habeat suos digitos in extremitatibus: atq; hęc ruc

VEGETATI. LIBER VIII.

Fo. 134.

hęc rursus partes talē habeant ordinē, vt quę primo loco ponitur, cæteris sit & altitudine & crassitie maior, atq; ita deinceps suo ordine, vt sit nouissimus digitus omnium tenuissimus & minimus. Itē vt partes hęc sic diuisę, in extremo pedis secundū quinarium numerū ita regulariter & vniuersaliter distinguantur, vt monstrū iudicetur, si quando in vno pede senaria inueniatur distinctio. Iterū vt harū partium quęlibet in sui extremitate ex parte superiori duriciem habeat vnguis, mirabili artificio & subtilissima coniunctione ita adglutinati carni & pelli, vt nulla possit excidere violentia quātūuis cōprimantur pedes, aut vrgentur multis laboribus, Item vt singulę hęc partes, suas habeāt iuncturas, in quibus possint incuruari, & prior quidē maior nō nisi vnā huiusmodi habeat in sui medio, cæteri vero binas. Et hęc quidē omnia in pedis & manus cōpositione manifeste apparēt etiam extrema tantū cōsideranti. Ex aduerso autē in supremo loco quō artificio maximo pars cōponitur rotunda quę cranio vno in superiori parte tegit hoc est, tegmine ita durissimo & indissolubili, vt per ānos plurimos in terra iacēs, nō possit omnino consumi quod quidem craniū carne & cute operitur, vnde crinium egreditur defluxus, partem illū vnde quaq; circūuestiens. Sub hoc autē cranio, nobilis quædā & tenerissima formatur substātia, quā cerebrū dicimus, eaq; secūdū diuersas partes varie formata, vt diuersarū virtutum aptum possit esse susceptaculum & organum diuersarū nobilium operationū, in qua insuper rotunda parte suprema ab anteriori parte consistunt oculi, in sua concauitate pulchre firmati sic tamē vt facillime mobiles, quibus sunt etiā suacilia & supercilia. Sub his sunt nares, ad latus autē aures: sub naribus autem oris apertura, ad ingressum cibi, & per circuitū mandibulę dētibus plene, quorū ij qui in ipso ingressu cōsistunt, tenues sūt & acuti, ad dissecādum atq; scindendū impositū cibū posteriores vero crassiores, sunt & plus quā duplicati, qui partes cibi iam anterioribus dētibus cōcisis possunt



DE ANIMA ET POTEN'

possint velut molendo in munitissimas particulas coterere, propter quod etiā molares appellantur.

A parte autē capitis posteriori, omnibus clausis, nulla cōspicitur apertura: sed nerui fortes, & iuncturæ mirabiles illic consistunt, qui caput partē supremam cū humeris parte inferiori cōglutinant: ita vt cū caput humeros nō contingat, pulchre tamē absq; onere per colli interpositionē ab eisdem gestet. Hinc vero ab humeris velut duo rami extendunt brachia duo, ad opus quodlibet peragendū, eaq; in medio cutuabilia in cubito, extremitates autē similiter in digitos ordinate diuisas habentia, vt de pedibus supra diximus.

Deinde, nobilissimū membrū cordis ita mirabiliter in medio animalis positū cōstitit habens ad sui caloris temperamentū circūiacentem pulmonē, aerem sua respiratione cōtinuo in modū follis attrahētē, sicq; suum calorē temperatē: vicinum etiā habēs epar sanguinis officinam, & stomachum velut totius corporis coquū, alimēti totius susceptiuum. Habet insuper splenem, habet renes, habet intestina omnia, mirabili cōnexionē & cōuolutione disposita.

Quod hæc (inquam) omnia quæ tantū figuraliter attingimus, & alia intus recōdita multo mirabiliora, ita ordinate, ita perpetuo in corpore hominis siue etiā animalis alterius ex seminis tam vilissimæ substatiæ virtute efficiantur, quis non ista maximū reputet miraculū? Nōne recte tibi videtur domino dixisse Psalmista: Mirabilis facta est scientia tua, ex me cōfortata est, & nō potero ad eam? Nōne & nos in præfatione libri huius recte vīdebimur hoc asseruisse, quod prodigia semper secū circumferat homines, quibusuis miraculis magis, ad mirabilia?

Et quidem non ita multum videtur admirādū, si totam hanc cōnexionem dispositionemq; membrorum, quam in nobis ipsis conspicimus per semetipsum ita sua omnipotenti virtute Deum asseramus condidisse: si quomodo in principio Adam creauit de terra & de eius costa Euam, absq; vllius virtute seminis, terram solam pro materia accipiens, & totam virtutem per sese administrans,

Psal. 138

VEGETATI. LIBER VIII. Fo. 135.

firans, ita & nostra corpora in sua dispositione atq; pulcherrima proportione per se idem ipse similiter fabricaret. Item si vt in principio arbores & herbas creauit, absq; virtute seminis, ita & nūc potentissima sua iussione eas de terra faceret prodire. Scimus enim quoniam non est ei impossibile, neq; difficile omne verbum. Non nouū est nobis, si magna faciat ille, de quo scriptum est. Qui facit mirabilia magna solus. Verum quod hæc humani corporis dispositio ex operatione est virtutis, quæ latet in paterno semine (sætidissima & vix nomināda substātia, quæ absq; abominatione nemo conspicit) quodq; in eam præclara lateat virtus, corpus tam admirabile sic efficiendi atq; fabricādi, quod tota illius admirabilis dispositionis efficacia in illo realiter inexistat, id nobis merito in immēsum aggrauat pōdus cōsiderationis nostræ, id prorsus stupidos & attonitos reddit, cogitq; exclamare nos, & voce aperta cōfiteri, quod nō solum ipse magnus sit in semetipso, neq; solum magnus in magnis: sed & in abiectissimis, cōtemptibilissimisq; & minimis gloriosus.

Psal. 71.

CAPVT XII.

De lōgitudine & breuitate vitæ: & primū de calore naturali atq; humido radicali.

Anima autem ipsa vegetatiua, per virtutē vegetatricē licet vere prima sit, & præcipua causa supradictarum operationum nutritionis & augmētationis, eget tamen ad hoc (vt supra tetigimus) calore naturali pro insuūmēto, quo mediante suas istas operationes perficiat. Cuius quidem naturalis calor, tāta est necessitas in corpore humano, & operationibus illius sustentationi necessarijs, vt absq; eo nequāq; possit anima in corpore permanere: ipsoq; deficiente, omnino necessariū sit animalis vitam deficere.

Hic autem calor naturæ igneæ est, & perpetuo nutriti debet atq; foueri in corpore hominis: quemadmodum flammam candelæ & flammam quæ est in lichno lampadis nutriti ad oculum cernimus, atq; ita necessario nutriti, vt nutrimento consumpto mox flamma euanescat.

Oportet



DE ANIMA ET POTEN.

Oportet ergo donec calor iste in homine perman-
serit, nutrimentum aliquod illi suppeditari in quo
foveatur atq; conferuetur.

Hoc autem nutrimentum est humidum rad-
dicale (vt appellantur medici): id est humiditas natu-
ralis, & ab initio generationis simul cum calore
naturali siue radicali congenita animali per prin-
cipia generationis. Natura enim quæ in corporib9
omnibus viuētibus per virtutē principiorū gene-
ratiuorū posuit naturalē calorem, eadē ad cōseruatio-
nem rei, & naturalē disposuit humiditatē, quæ cal-
lorē velut cibaret atq; foueret, ad eū modum quō
ab oleo pascitur flāma quæ in lampade cernitur.

Hoc autē radicale & naturale humidum, cū cō-
tinuo debeat pascere vorantem igneum calorem,
eumq; in humano corpore fouere, facile minimo
tēpore absumeretur, si nō ipsius fieret cōtinua repa-
ratio, quemadmodum statim oleum in lāpade de-
ficeret, si nō statutis horis oleum infunderetur nō-
uum. Atq; ad hoc necessaria est sumptio alimenti
cibi atq; potus, ex quibus separatim humidum res-
parat humiditatē radicalē & intertenet. Ipsum ve-
ro siccum quod inde accipitur, ad reparationē est
siccū, quod per actionem caloris resoluitur. Nō est
solam humiditatem in corpore ignis absorbit, ver-
rum etiam partes carniū, ac ceterorum mēbrorū
ex omnibus tam siccū quam humidum resoluens,
propter quod tam cibo quā potu animal indiget.

Humidum autem istud radicale nutrimentum
radicalis caloris, nō debet esse humidum omnino
aquatum, sed potius aereum pingueq; & viscosum
siue vinctuosum; quomodo flamma non simplicis
aquæ humido nutritur in lampade, sed humidita-
te pingui & vinctuosa, cuiusmodi est oleum, aut cui-
usmodi est in candela seuum. Oportet ergo tale
esse etiam humidum nutrimentale quo radicale hu-
midum debet reparari, id est nō pure aquatum, sed
pingue, dulce, viscosum. Quare etiam ad humidi-
radicalis reparationem non videtur potus ipse per
se sufficere. Non enim videtur ex ipso solo sufficere
ens potus

VEGETATI. LIBER VIII. Fo. 136.

ens posse elici pinguedo, sed concoctio cum cibo
& ex cibi substantia solidiori facta commixtio, ad-
dit humido illi viscosam pinguedinem. Et quans-
to humidum illud pinguius fuerit, tātō ex ipso mi-
nus calor consumitur, quemadmodum videmus flā-
mam in candelis ex seuo recenti atq; pinguiori fa-
ctis minus in seuum deseruire, diutiusq; in illis con-
seruari.

CAPVT. XIII.

De causa longitudinis aut breuitatis vitæ
EX horum ergo duorum proportione, id est
calore naturali & humido naturali attendis-
tur in omnibus viuētibus longitudo vel
breuitas vitæ, secundū videlicet proportionem ca-
lidi ad humidum: vt illa in quibus optima sit horū
proportio, lōgissime vitæ iudicetur. Ea vero in qu-
bus minor proportio vitæ breuioris. **C**Ad quod
tamen plenius intelligendū aduerte, quōd simpli-
citer sola quantitas matērie alicuius rei nequaquā
vitam faciat longiorē vel breuiorē. Nā ad oculum
videmus quas dā alicuius vitæ diutius perdur-
rare alijs multo secundū molē maioribus. Idē & in
herbis cernimus, in brutis quoq; & hominibus.

Nec vniuersaliter caliditate excedētia maioris
sunt durationis. Si enim fuerit non pro-
portio-
natū humidū, citius etiam alijs deficiunt, in quib-
us nō tanta est excellētia caliditatis. Facit enim
immodicus calor nō præsentē humido sufficiente
ad pabulū, ad rei celerē consumptionē, vt in homi-
nibus multū cholericis. **C**Rursum frigiditas multa
vitam non facit longā. Si enim calor nō fuerit pro-
portionat9, vt possit sufficere dominari, abūdatia
frigiditatis extinguitur, & necessario animal suffo-
cato naturali calore perit vt videm9 in ijs qui sūt
vehementer stegmatici, itē & in senib9 in quib9 do-
minat frigiditas. **C**Itē neq; siccitas multa p se cau-
sa est lōgæ vitæ. Nā senes multę sūt siccitatis: p hāc
tñ ad corruptionē vergūt. Infātes aut plurimos vi-
dem9 per multā humiditatem deficere, cū videlicet
calor multo humido opprimis; quemadmodū ligna
virida ignē opprimūt & extingunt subtus latentē
Hin 6



DE ANIMA ET POTEN.

Hinc etiam euenit, arbores illas quæ prope aqua nascuntur minoris esse durationis, & animalia aqua uita plerumque breuioris esse uitæ, quam gressibilia. Abundat enim in eis humidum, idque non pingue & firmum, sed magis aqueum. Harum ergo qualitatum nulla per sese potest assignari causa longitudinis & breuitatis uitæ, sed calidum & humidum æquata (ut ait Aristoteles) præcipua huius rei sunt causa, Quod tamen non ita debet intelligi, quasi humiditas & caliditas in æquali uirtute causa sint diuturnioris uitæ, sed quia in debita & bona proportione disposita. Oportet enim calidum habere dominium super humidum. Alioquin non conuenienter ex eo posset nutriri. In nutritione enim, id quod nutritur oportet agere in id ex quo nutritur. Actio autem non fit, nisi agente super passio habente, quale cunctis dominium. Quod ergo Aristoteles ait, calidum & humidum æquata esse causam diuturnioris uitæ intelligi debet bene proportionata; ita uero delictet ut humidum non excedat calidum, ipsiusque suo excessu suffocet, neque uicissim calidum sic excedat absque proportione humidum, ut ipsum cito excedat atque absumat.

CAPVT. XIII.

Quæ complexio faciat uitam diuturniorem.

Complexio sanguinea diuturna.

Ex prædictis patet, inter complexiones hominum, diuturniorem uitam præbere eam quæ appellatur sanguinea, Est enim hæc calida & humida, estque humidum & calidum, & humidum est aerem non aqueum: siquidem aeri respondet ista complexio, qui natura calidus & humidus est. Estque in hac calor temperatus, quoniam non igneus est, sed aereus, Aer enim non in summo habet caliditatem. Cum ergo in hac complexione caliditas sit satis temperata, & humiditas multa, eaque pinguis & uiscosa (quæ nutritioni calidi maxime est accommodata) non uidetur ad uitæ prolongationem alia esse conuenientior ex quatuor complexionibus. In cholerica enim excedit calor igneus, & siccitas non præbet sufficiens pabulum excedenti calori. In flegmaticis

VEGETATI. LIBER VIII.

ea, humiditas nimia obruit calorem debilem; & ad non potest super humidum dominari modicus calor, consequitur non posse recte digeri humidum, sique multa sunt corruptiones, & animal perit. In melancolia uero complexione, nimia siccitas est & calor modicus. Est enim in modum terre frigida & sicca. Harum autem qualitatum utraq; uita obest, quæ in calido & humido consistit. Si tamen fiat harum complexionum commixtio, poterunt etiam aliquæ bonæ compositiones inueniri ad uitæ conseruationem ualde accommodatæ. Complexio enim cholericæ & flegmaticæ, dominante cholera & proportionata flegmate, diuturnam præbet uitam. Sanguinea & melancolica non mala est, ubi melancolia fuerit minor. Et forsitan talis possit fieri compositio, quæ ad uitam melior esset quàm pure sanguinea.

CAPVT. XV.

Proportionem. 4. primarum qualitatum originalem esse causam longitudinis uitæ

licet autem dicamus (iuxta Aristotelem & alios medicos idem asserentes) calidum & humidum æquata & bene proportionata, ad eum modum quo prædictum est, causas esse uitæ diuturnioris; originaliter tamen non solum ex duabus his qualitatum debet sumi ista consideratio, sed ex proportione quatuor primarum qualitatum. Illa enim complexio in animali est effectiua uitæ longioris, in qua calidum, frigidum humidum & siccum bene sunt adinuicem proportionata secundum exigentiam uitæ animalis; ita uidelicet ut calor obtineat dominium super cætera, sic tamen frigiditate temperetur, ut non nimium excedat ipsam humidum (quo habet nutritiuam) proportionem, ne subito absumpto nutrimento depereat; quomodo uero uelut ignis cito consumpta materia mox collabitur, iterumque humiditas ita sit per adiunctam siccitatem temperata, ut non sit nimia, neque excedat caloris proportionem, ne uidelicet nimia humiditate obrutus calor extinguatur, quomodo si igni ardenti superfundatur aqua copiosa. Et in quibuscunque huiusmodi temperamentis

Proportio. 4. qualitas uitæ durationis origo



DE ANIMA ET POTEN.

Inuenitur quatuor primarū qualitatum, hi in se habent principium diuturnæ vitæ. Verūtamen quia in hoc tēperamento calidū & humidum præcipua sunt, habētq; dominium, quibus alia duo frigidū & siccū solum ad contēperamentum adiscētur, ad illorū mediocritatē constituendā, excessūq; vitæ disconuenientē prohibendū, iccirco, duarū tantū qualitātū expressam faciens mentionē. Aristoteles dixit calidū & humidū esse principia longioris vitæ. Cū tamen addit æquata & proportionata, indicat tacite, & alias duas qualitates, quarū additione fit vt calidū & humidū proportionentur, atq; æquetur. Si enim calori deesset tēperans frigiditas, excederet humidus proportionē. Et si nō adesset humiditati tēperans siccitas vtq; excederet proportionē caliditatis. Cū autē illas qualitates caliditatem & humiditatē dominari oportet in cōplexione longioris vitæ, quoniā sunt qualitates vitæ, id est viuētibus necessariæ, & animalis substantiæ potissimū cōuenientes: primario tamē caliditas, ac secundario humiditas, quæ caliditatem habet fouere. Propter quod in cōplexione vitæ longioris primū locū calor obtinere debet, humiditas vero secundū. Frigiditas autē & siccitas, mortis principia sunt, vbi inualuerint. Vnde senes quo amplius ad mortē tēdunt, eo magis siccos & frigidos effici cernimus. Et in mortua statim corpora maxima occurrat frigiditas atq; siccitas: omnis autē fugit calor & humiditas. Ex quo patet: frigidū & siccū esse mortis principia, & vitæ maxime contraria, vbi cōtingit ea dominari. Propter quod cōplexio illa breuissimæ vitæ est, in qua ista dominatur, aut etiā corū alterū, siue per se frigiditas siue siccitas. Nā illa dicitur calore aduersatur, in quo est vitæ principium, hæc vero humiditati, quæ est primæ vitalis, qualitatis fomentum.

CAPVT. XVI.

Quomodo illa quæ in principio multam habent humiditatē, ad longam vitam sint bene disposita. Otandum aut, quod illa corpora ad longam vitā sunt bene disposita, quæ in principio maximā habēt sed tamē p̄portionatam humid

VEGETATI. LIBER. VIII.

humiditatem: ita vt videatur calor aliquo modo latere sub tanta humiditate, vt multo tempore perduret calor anteq̄ possit humiditatē conuictam penitus euincere, & manifestum obtinere dominium modo non tāta sit, vt omnino calorem obruat ac suffocando extinguat. Que vero in principio sui ortus admodum paucā habet humiditatem, vt statim calor possit euincere & quasi superior apparere, nō sunt diuturnæ vitæ. Simile enim videmus in ignibus. Plerūq; enim ignis ille qui subicitur lignis viridibus, in quibus adhuc est multa humiditas, diutius delitescit, iacetq; absconditus, priusq̄ possit super materia apposta potiri dominio: & interdum quidem, prorsus quasi extinctus apparet atq; oppressus, quandoq; tamē vigore resumpto resistens fortiter, agēsque viriliter, tādē adhuc gloriose emicat, & in altum flammam suscit, quasi in victoriæ signum. Et manifestum est talem ignem multo esse durabiliorem, quam sit ignis alius stipularum aut straminū aliorum ue lignorum valde exiccatorum, qui in materiam ob humiditatis defectum statim obtinet dominium. Atq; hinc contingit nō raro, vt illi qui in fantia, imo in puericia grauissime fuerint periclitati de vita, & perpetuo quasi languore vexati, longissimā vitam viuāt, cernaturq; in etate proeuctiori valere bellissime, postq̄ humidū illud, sub quo calor eorū periclitabatur, & sub quo modo quodā oppressus delitescibat, iā fuerit euictū, & calor post longam patientiam obtinuerit principatum. Quemadmodum ad oculum cernimus, ignes ex carbonibus sulphureis compositos, aquā perfusos, post paululum multo voraciorē flammam dare, & calorem maiore, simul etiam durare longius. Hinc iterum contingit eos interdum qui per totam vitam languere videntur, longam tamen vitam ducere. Signū est enim in eis quod nec calor tātus sit qui omnino possit manifeste in humidū dominari, neq; tantū humidū vt possit extinguere calidū: sicq; calor ob modicitatē nō multū potest humidū cōsumere, ac proinde humidū minus cōmisceat extraneo, remanetq; puri? & ad calor



DE ANIMA ET POTEN.

tis nutritionem magis efficax. Attamen quia calor tantus est ut se possit aduersus humidum defendere, & illius saltem aliquid (quāuis non ita multū) ad suam nutritionem exedere, iccirco in vita animal permatet, languens tamen, propter sufficientis caloris defectū, & quia non satis quantū operationes animalis convenientes expetunt dominantur. ¶ Patet etiā ex prædictis ratio, quare illi qui precoci sunt ingenio, id est, ante multam ætatem valde ingenio pollentes, plerūq; cōspiciantur præ matura morte occumbere, ut vix interdum virilem, raro autē senilem attingāt ætatem. Est enim signum, quod ab initio pauca in eis fuerit humiditas & multa caliditas. Humiditas enim multa, impedit ingenium. Vnde qui multum habent sanguinis non sunt ingeniosi, eo quod sanguis sit humidus, sed qui paucū sanguinem & non ita humidū habēt vtcūq; cholera mixtum, id est, satis siccum & igneum. Quia ergo in his ab initio pauca est humiditas, cito calor dominatur, & acquirunt siccitatem ad operationes sensuum & ingenij requisitas. Superuincens enim sua actiuitate caliditas, cito corpori dat convenientes operationes, quas mediante calore corpus habet; ac proinde ante conuētū tempus ambulat, loquuntur, discunt, memorantur, phantasiantur, dum alij propter multum humidū diutius impediuntur ab operationibus vitalibus. Vbi autem minus est humidū, & plus calidi, manifestū est citius ibi calidi nutritionē deficere: & vbi cito dominatur calidū, cito quoq; deficere ipsam necesse est. Proinde manifesta ratione, colligitur eos qui præcoci ingenio sunt, debere etiam præmatura morte occūbere. ¶ Patet insuper ratio, quare cum cætera multa animalia conspiciamus vel mox in sua natiuitate, vel paulo post, operationes suas cōuenienter exercere, utpote moueri, ambulare, & alia eis convenientia opera. Homo tamē per multū tēpus absq; sibi convenientibus operationibus remanet. Nimia enim humiditas in causa est, propter quā etiā mēbra infātilia ligati debēt eo q

Ingenio
si citius
moriūf

VEGETATI. LIBER VIII.

Fo. 339.

eo q; deficere siccitate nō sint solida membra. Hoc autē in alijs animalib; nō est necesse fieri, homo em̄ propter quod etiā lōgioris est vitę, omniq; animalia vitę diuturnitate superat, paucis admodum exceptis, ut elephanto & ceruo, & si quę sunt similia hæc enim animalia tradūt longā admodū habere vitā. Cæterā autē animalia domestica, quæ hominibus in vsu sunt, ad oculū videntur multo breuiorē hominē vitā ducere, quātūuis mole excedāt: ut equos, boues, oues, canes, aliq; huiusmodi. ¶ Præterea habetur ex iā dictis causa, quare ij qui pauciorē nutriūtur cibo, diutius viuunt; qui vero maiori breuiorē habeant durationē. Item, quare ij qui multū indulgent veneri, minus viuāt, itē & ij qui immoderatis atterūtur laboribus, Exiccant em̄ multa seminis emissio, itē & immodicus labor. Velocior autē siccitas, mortē accelerat, illis tamen qui nimia sunt humiditate pleni, labor cōducit moderatus, ad vitā protelendā. Efficit enim bonā siccitatem & tēperatā, ut nō obruatur calidū ab humiditate, & superflua digerit exiccando, ne fiat corruptio, ¶ CAPVT. XVII.

¶ Quare per nutritionem res non possent perpetuo seruari.

Verū ex his quæ prædicta sūt posset quispiam dubitare, atq; ita nobis obijcere. Si calidū est vitæ principium, & humidū radicali nutritur, ac humidū illud per nutrimentum reparatur qui sit ut non perpetuo possit in aliquo viuente, vita per nutritionē seruari? Tā diu enim animal in vitā permanere natū est, q̄ diu calor naturalis ipsi nō deficit: adeo ut si perpetuo calor naturalis indeficiens in corpore permaneat, simul permaneret & anima ipsū informās. Calor autē per humidū nutritur, & humidū per alimētū reparatur. Quare ergo ad hūc modū nō potest corpus cōgruo nutrimento per virtutē nutritiuā perpetuo cōseruari absq; corruptiōe? ¶ Huic questionī talis adhibēda est responsio, Humidū radicale q̄ nutritur S. 3. humi.



DE ANIMA ET POTEN.

humido nutritiuali ex cibo & potu adueniente, nō quā tñ reparat ad tā bonā qualitātē, vt ante fuit, sed cōtinuo minuit a principio actionis caloris in ipsū. Per cōmixtionē em̄ extranei (vt docet Aristot. in libris de generatiōe) cōtinuo ipsa virtus speciei minuit, neq; humidū ita bonū reparat, vt fuit ab inicio anteq; depeditur. Vnde fit vt cōtinuo defectu tandē penit⁹ humido deficiēte, cogat ipsū animal siccitate deficere, calore nimio superate, nec habēte pabulū. Quādamodū videlicet cū aqua infūdatur vino, quo pl⁹ infuderis aque in vinū, eo fit vinum min⁹ forte, & min⁹ habēs virtutē suę speciei, ad cōuertēdū scilicet in se extraneā substātiā. Et licet in principio per modicā admixtionē nō depereat vir⁹ vini, quoniā ad huc potēs est cōvertere insulū in suā substātiā, si tñ diu pergas aquā infūdere, tandē ita debilitabit vir⁹ speciei vini, vt prors⁹ ab aqua superetur, & extinguetur oīs virtus vini ab aqua deuicta. Atq; hoc pacto manifeste videmus quō p nutritionē non posset fieri indiuidui perpetuatio: sed necesse est hoc modo animal deficere, cū eo usq; res deuenierit, vt necessariū humidū radicale perdat. Quod si homini adesset per nutritionē virtus reparandi humidū eque bonū, vt est illud quod depeditur, tunc posset hō absq; corruptiōe seruari.

CA. XVIII De virtute ligni vitæ in Paradyso

A Tq; ita sane intelligendū est, quod in Genesi legim⁹ de ligno vitæ quod erat in paradyso ex cuius fructu prohibebatur sumere Adā posteaq; peccasset, ne ipsū comedēs viueret in æternū. Sic em̄ ait dominus. Ecce Adā quasi vnus ex nobis factus est, sciēs bonū & malū: nūc ergo ne forte mittat manū & sumat etiā de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternū, Et post pauca subditur. Eiecitq; Adā, & collocavit ante paradyfū voluptatis Cherubin, & flāmeū gladiū atq; versatiliē, ad custodiēdā viā ligni vitæ. Nā (vt sacri Theologi tradūt) talis erat virtutis huius arboris fructus, vt per eū possit virtus speciei reparari & cōseruari absq; defectu. Quādamodū em̄ alii arbores in cibū illis es

raut

VEGETATI. LIBER VIII.

tāt, ad reparatiōē depediti p calorē naturālē (qui etiā in primis partibus ante peccatū inerat, & tuo modo agebat, id quod ex præbito eis Dei voce alimēto manifeste cognoscimus) ita hæc arbor in medicinā pot⁹ q̄ in cibū creata fuit, vt de eius fructu sumētibus virtus speciei cōfirmaretur, & ita præseruaretur ab omni defectu, vt per caloris actionē & humidi depeditiōē, extraneiq; humidi aduentū nō imminueretur bonitas ipsi⁹ humidi, neq; per cōsequēs imminuerēt calor, Eiebatq; per huius fructus virtutē, vt humidū eque bonū esset quod reparabatur, atq; id quod per actionē caloris naturalis deperit, eratq; medela aduersus hanc (ratione nutrimenti) debilitationem. Atq; hinc processisset absq; corruptione hominū vita, arboris istius beneficio, donec Deo placuisset a statu illo animali in altiorē (qui nutritione nō indigeret) transferre.

Verū nos longe ab illo tā efficacī fructu elōgati sumus, viā ligni huius præclusa est Adæ, & cūctis posteris, viā incognita est natis in exilio, Paradyfus voluptatis ignotus est in terra laboris habitatiōis. Atq; vt etiā sit viā cognita, ecce ad custodiā stat Cherubin, tenēs flāmeū gladiū atq; versatilem, vt spes nulla sit nobis de fructu ligni hui⁹ cōsequēdo. Neq; est q; vel ramusculū nobis possit adferre ligni illi⁹, vt ipsū plātem⁹ in terra nra. Atq; vt forte donec, nō arbitror ego tā singularis gratiæ & emittētię lignū ex paradyso voluptatis allatū, in terra hæc miserix atq; laboris vegetari posse, aut suas radices in arenosā istā terrā (quę spinas & tribulos in utiles meli⁹ germinare nouit) desigere. Quā ppter talis iā est nostra cōditio, ita se nobiscū res habet, vt velim⁹ nolim⁹ semel nobis sit moriēdū, iuxta verbū domini ad Adā, oīm nostrū nomine dicētis Terra es & in terrā reuertēris. Vnde & factus apostol⁹, Statutū est omnibus hominibus semel mori, post hoc autē iudiciū. **CAPVT XIX.** Quo mō vnū quodq; viuēs habeat determinatā periodū seu terminus

Gene. 3.

Hebr. 9

Period⁹

EX prædictis facile potest mōstrari, vnūquodq; viuēs habere certū limitē & definitū terminus nature, eūq; secūdū cōplexiōis varietatē natura



DE ANIMA ET POTEN.

diuersum, longiorēq; vel breuiorē. Cū em̄ non possit humidū radicale atq; bonū reparari, necessario cōsequitur ipsū paulatim debilitari. Quicquid autē continuo debilitatur & diminuitur, tandē in totū collabatur necesse est. Est enim vniciūq; vitæ & durationi præfixus terminus, nouissimū illud & extremū vitalis operatiōis, quādo nō vltra potest calor naturalis ab humido nutriri, cogiturq; viuēs deficere. Quæ iam modū in vino terminus quidā certus est, quādo nō vltra infusā aquā poterit in se cōuertere, imo superatur ab aqua, & vinū esse desinit virtute speciei p̄nit̄ deficere. Vnde illa quæ simpliciter meliorē habet cōplexionē proportionēq; calidi & humidi vitalis, longiorē habet suæ durationis periodū, & quod optimā habet hęc proportionē, durationis est longissimā. Ecōtrario autē, quod malā habet hęc cōplexionē siue proportionē, breuiorē habet durationē. ¶ Hic autē termin⁹ vitæ naturalis dicitur, quoniā videlicet secundū naturalē cōplexionis virtutē, ipsū viuēs tā diu persistere est potens, virtute cōuersiua ipsius speciei ad tantum vsq; tempus sese valente porrigere siue extendere. Vnūquodq; enim viuens tam diu naturaliter potens est viuere, quā diu calor naturalis in eo potest permanere, & q̄ diu humidum radicale in ipso potest calorem nutrire. Hoc autē est, q̄ diu per nutritionē potest humidum radicale sufficienter reparari. Manifestū ergo est, vnūquodq; viuens secundū suā naturalē cōplexionē præfixū & determinatū sibi terminū habere suæ durationis.

¶ Possimus autē in hac re facere cōparationē vel diuersorū generū, vel diuersarū specierum, vel diuersorū indiuiduorū eiusdem speciei. Vnde secundū cōparationem viuentium diuersi generis, dicimus quosdā arbores quibusdam animalibus esse longioris vitæ, quosdam etiam minoris. Secundū cōparationē diuersarū specierū, dicim⁹ homines esse plerisq; breuiorū animalū diuturniores, vt mulū dicim⁹ equo diuturniorē, & herbas quosdā vitę longioris præ alijs. Quædā em̄ tm̄ annos sūt, & singulis qui

VEGETATI. LIBER VIII.

lis quibusq; annis occidūt. Aliæ vero ad ānos plures secundū indiuidū iam permanēt. Secundū indiuiduum autem eiusdē speciei fit cōparatio, cum dicimus, hūc hominē esse illo diuturniorē, hūc equū illo equo, & ita in cæteris. Nōnūquam etiam in eadem specie fit cōparatio in communi, secundū distinctionē sexus vel cōditionis. Vt cū dicim⁹, in pascuis masculos minus viuere q̄ fœminas (iuxta Aristotelis dictum) eo quod masculi passeres plurimā sequantur venerē. Itē cū dicimus agricolas plerisq; moderato labore sese exercitātes, longiorē vitā ducere, q̄ ociosos clericos, homines quoq; sobrios & castos, plusq; gulosos & luxuriosos.

CAPVT. XX.

¶ Nō sēper res ad naturalē vsq; terminū pertinere. ¶ Quamuis autem secundū virtutē cōplexionis vnāquæq; res habeat sibi determinatum vitæ terminū, vltra quem secundū naturam cōplexionis nō possit vita protēdi, rarissime tamē cōtingit ipsa viuētia huiusmodi terminū attingere; neq; vel millesimus quisq; hominum ad huiusmodi naturalē cōplexionis terminū pertingit. Dicitur enim terminus vitæ, nō quod viuēs ipsum debeat assequi, sed quia secundū extremā naturalis cōplexionis virtutē ipsum viuēs eousq; potest pertinere, & nō potest terminū illū trāsire. Vnde in libro de hominibus dicitur. Posuisti terminos eius qui preterirei nō poterūt. Nō ergo terminus iste talis est quem debeat attingere, sed quē possint attingere, & quem nō possint trāsire. ¶ Est autem mille modis vt viuens ad determinatū sibi terminū non pertingat, maxime autem in viuētibus rationalibus, id est, in hominibus: e quibus, vitæ millesimus quisq; propositum finē cōsequitur. Nam mors & corruptio nō solum accidit modo prædicto, per naturalē defectū humidū, sed frequēter ab extrinseco accidit corruptēte, quod per violētiam aufert a viuēte vitam partē discōtinuādo, aut quomocūq; noxiā & corruptiuam qualitātē inducēdo. Quæadmodum ante oculos quotidie cernimus, multas arbores validissimæ

Raro ad naturæ periodū puenit.

Job. 14.

S § per



DE ANIMA ET POTEN.

per multos annos adhuc potētes in vigore perdura-
re si permitterentur in sua radice præcindi securi,
sicq; vitā ante cōplexionis terminū finire. Ita oues
& boues aliq; omnis generis animalia p̄ singulos
dies mactātur plurima. Quantos autē videmus in
hominibus ante tempus vel gladio occumbere, vel
fame perire, vel peste cōsumi, vel aquis suffocari.
Imo vero sola gula, quot absumit hominū milia
adeo vt vulgata sententia merito iactetur, plures gu-
la q̄ gladio absumi. Plurimos etiam quotidie vide-
mus nouis in firmitatum generibus subito suffoca-
ri, strāgulari, aut alias quomodolibet exhalare ani-
mam. Et (vt Theologissimi illius Philosophi Seue-
rini oetij verbis cōcludamus) homine si corp⁹ spe-
ctes, quid imbecillus reperire queas? quos sæpe mul-
cularum vel morsus vel in secreta quæq; reptantiū
necat introitus.

CAPVT XXI.

De altero termino Diuinæ præscientiæ.

Propter hæc ergo necesse est aliū ponere termi-
num vnicuiq; viuentiū, qui sit non secundum
naturalis cōplexionis virtutem, sed secundum
præscientiam & cognitionē Dei: ealem videlicet,
ad quem indubie viuētia peruenient, & vltra
quē nequaq; trāsibūt: ita vt nec vltra progredientur
neq; citra occūbent. Qui autē talē cognouit rerū ter-
minum, solus est omniscius Deus. Vt em̄ mors est
omnib⁹ hominib⁹ certissima, ita mortis hora est in-
certissima: neq; de die illa aut hora quisq; nouit, præ-
ter illū cui nihil est absconditū, qui æque futura atq;
presentia in prospectu habet, ante quē futurū omne
& præteritū, est presens. Est autē differentia inter
duplicem hūc durationis terminū, quod primū nō
possit viuens secundū naturæ virtutē trāscedere, po-
test tamē citra illū deñcere, ipsumq; nō assequi: alter
a utē talis est, vt frequēter possit viuēs, quātū ad vir-
tutem suæ naturæ & cōplexionis attingere, lōge vltra
ipsum trāsire. Veluti cū robustus aliquis iuuenis su-
bito transfoditur gladio, aut suspendio prælocatur.
Semper autē viuēs hūc terminū attinget neq; ante
ipsum

Termin-
us præ-
scientiæ
quē oia
attingūt

VEGETATI. LIBER VIII.

ipsum vnq; deficiet, tametsi simpliciter æte possit de-
ficere. Qui enim hodie occidit, aut quomodocūq;
moritur, potuit (absolute loquēdo) ante septem dies
interfici & mori. **C**Ac de hoc termino, si quis di-
ctum accipiat illud ex Iob supra adductum, Breues
dies hominis sunt, numerus mēsu eius apud te est:
constituisti terminos eius qui præteriri non poterūt
oportebit hoc vltimū nō simpliciter intelligi, quasi
absolute termini isti nō possint præteriri, sed condi-
cionate, subintellecta Dei præsciētia. Quod enim a
Deo præscitum est cōtingens, absolute quidē cōtin-
gens est, & absolute potest ita nō fieri. (Est enim cō-
tingens, ac proinde potēs fieri & potens nō fieri) sed
sub conditione præscientiæ præsupposita, non potest
non fieri: quoniā necessario cōsequitur, ipsum ita fu-
turum, si ita Deus præcognouit. Non enim potest
falli Dei præscientia.

Iob. 14.

CAPVT. XXII.

De mutatione ætatis humanæ in diuersis mundi
ætatibus.

Considerandū autē hoc in loco, quid causę sit
quod in diuersis mūdi ætatibus tā diuersa fue-
rit humanæ vitæ duratio. Nā id manifeste ex
sacris discimus historijs. Siquidē in principio
mundi duratio humanæ vitæ vltra nōgentos extē-
debat annos, versus millenarium procedendo.
Post diluuium vero dominus constituit tempus hu-
manæ vitæ, centum viginti annorum. Quod tamē
non est accipiendū secundum extremā durationem
vitæ humanæ, sed secundum bonā valitudinē & for-
titudinem bonæ cōplexionis. Nā multis tēporibus
post diluuiū adhuc vltra definitū illud tempus hos
mines viuebāt, Iacob enim terminū illū excesserat,
anteq; in Ægyptū descēderet. Erat enim annorū .130
cum ingrederetur Ægyptū. Omnes autem dies vitę
eius fuerunt .147. anni vixerat etiā Isaac pater eius
180. annos. Et Abraham primus patriarcha, 175. Hi
tamen multo tempore post diluuium fuerūt. Siquidē
ætatis vna fuit intermedia, a diluuiio vsq; ad Abrahā.
Tunc ergo post diluuium 120. annis, sani &
robusti

Gene. 6.

Gene. 47
Ibidem.

Gene. 39
Gene. 25.



DE ANIMA ET POTEN.

robusti viuebāt homines. Postmodū vero in Psal-
mis numerus multū imminutus est, cū psalmo. 89.
dicitur Dies annorum nostrorū in ipsis 70 anni. Si
autem in potētatibus, 80. anni, & amplius eorū la-
bor & dolor in quibus verbis indicatur, tēpus vitæ
humanæ in bona valetudine possit protēdi vsq; ad
70 aut in melius cōplexionatis vsq; ad 80. annos
mutatumq; est prius illud tempus 129 annorū in tē-
pus 70 aut 80 annorum. Nūc vero hac nostra etate
per annos vt minimū viginti facta videtur declina-
tio. Iam enim vix quinquaginti aīi sunt vitæ homi-
nis, quibus fortis ac validus potest durare. Paucissi-
mi sunt qui nō anno sexagesimo canis perfundūtur
& viribus multū imminuūtur. Quod autē vltra est
senectutis & defectus est tempus: & quod vltra an-
num est sexagesimū, certe labor est & dolor. Mani-
festissime ergo ex scripturis sacris hæc vitæ humanæ
tempora ita mōstrantur variata. ¶ Potest autem
causa horū ex supra declaratis elici per similitudinē
Sic enim de nutritione dicendū est respectu indivi-
dūi, quomodo de generatione respectu speciei. Vt
enim nutritio ad indiuidui sustentationē, sic genera-
tio ad speciei cōseruationē a natura est ordinata.
Quēadmodum autē nutritio ipsum indiuiduū non
potest absq; corruptione cōseruare immortale, sed
tandem deficere ipsum est necesse, ob hoc quod per
nutritionē humidū nō ita bonum reparatur vt erat
ipsum absumptū, sicq; cōtinuo deficit calor naturalis
fomētum atq; vigor, propter quod tandem ne-
cesse est rem deuenire ad interitum, calore naturali
ei usq; pabulo penitus deficiente: ita generatio quantū
ad speciem, nō ita bonā ac fortē ac validā reparat spe-
ciem, vt in principio fuerat: & quo amplius per ge-
nerationes species multiplicatur vīuetis, eo cōtinuo,
magis ac magis debilitatur virtus primariæ cōple-
xionis, quæ in primis erat indiuiduis: sicq; modo
paulatim debilitatur virtus cōplexionis humanæ,
ac cōsequenter durationis tēpus efficitur breuius.
Neq; id solū in hominibus, sed indubie & in bestijs,
& in plātis, herbis, atq; arboribus eorūq; fructibus
veritatem.

VEGETATI. LIBER VIII. Fo. 143.

Veritatem habet. Nihil enim dubiū est, quin arbo-
res istæ quæ nostra sunt etate lōge sint dissimiles se-
cundum virtutis efficaciam atq; etiam secundū dura-
tionem, illis arboribus quæ fuerūt in prioribus sæ-
culis. ¶ Illud tamen notandū, quod in humana
specie maior sit debilitatio, q̄ in genere brutorū ani-
malium. Et hic rursū magis, q̄ in plātis. Est enim
in homine triplex causa defectus, in brutis duplex, i
plantis simplex. Homo enim pro nutrimēto ha-
bet ceterorū animalū carnes, & fructus terræ. Quā-
to autem cibus iste virtute deficit, tanto minus suffi-
ciens est ad reparatiōē humani corporis. Vnde nō
solum ex hoc breuior est hominū nostræ etatis dur-
ratio, quod ipsa virtus speciei iam sit debilior & cō-
plexio infirmior, vt nō tam diu sufficiat ad repara-
tionem deperditi & ad fouēdum in corpore natura-
lem calorem, verū etiam ex parte alimēti, quod ma-
gis materiale est, & minoris virtutis nostra etate,
quam fuerit in generationibus prioribus: sicq; neces-
se est, vt humidū radicale iam magis cōmiscetur
extraneo, quam in præteritis generationibus misce-
batur. Quanto enim id quod ex cibo sumitur mino-
ris fuerit virtutis, tanto a calore naturali citius absu-
mitur, neq; ita diu potest fouere calorem: ac proinde
oportet magis fieri humidū extranei cōmixtionem
cum humido radicali, vnde oritur vita breuior.
Omnis ergo defectus iumētōrū illorū quib; homo
in cibum vtitur, ad humanæ speciei recidit detrimē-
tum. Item omnis defectus herbarum & arborū qui-
bus vtitur in pabulū homo, in ipsius cedit detrimē-
tum. In animalū autem irrationaliū (quæ ex herbis
terra viuunt) damnū etiā cedit herbarū defectus,
præter eam quā a propriæ cōplexionis defectu in se
habent debilitationē, habent ergo ipsi duplicē mino-
ris durationis causam, homo vero triplicē, plātē au-
tem simplicē tantū, secundū hanc cōparationē. Vnde
de secundū rationem, nō videtur esse tāta distantia
durationis arborū atq; plantarum secundū diuersas
mundi etates, quanta est iumentorū; neq; tāta iumē-
torum, quanta est hominum.

Triplex
causa hu-
manam
speciem
debilis-
tas, bru-
torū du-
plex, plā-
rarum
vnica.

Caput

DE ANIMA ET POTEN.
CAPV XXIII;

Quod vnaquæq; species viuētium, suum habeat naturalem terminum.

Quomodo itaq; propter hūc continuū defectum diximus singulis indiuiduis esse determinatū & p̄finitū suæ cōplexionis terminum, ita & de speciebus dicere nō irrationabiliter possimus, esse videlicet vnicuiq; speciei suū determinatum terminū, secundū speciei naturalē virtutem, & quæ enim hoc de specie & de indiuiduo, cōtinuū probat defectus. Si em̄ per generationē repararetur species in aequali virtute vt ante fuerat, posset quid

Rerū species sunt corruptibiles. dem recte sentiri generationē sufficere ad perpetuandam speciem: quomodo indiuiduū posset immortale per nutritionē seruari, si ipsa repararet indiuiduū in tam bono statu q̄ ante fuerat. At uero cū iam demōstratum sit, & sanctæ autoritas scripturæ, simul & ocularis experiētia hoc doceat, generationē nō potuisse cōseruare speciem absq; maximo & summe notabili ipsius defectū, manifesto infertur cōsequens, quod tandē aliquādo speciei virtus vsq; adeo sit debilitanda, vt nō sufficiat ad vltiorē sui cōseruationem, aliorūq; indiuiduorū multiplicationem: sicq; prorsus collapsa cogitur deficere ad eū modū quo indiuiduum (nō obliatē nutritione) tandē cogitur perire in se ipso deficere, neq; p̄ nutritionē potest perpetuo seruari. **C** Itaq; etiā si naturalē sequamur rationē, ipsa nobis mōstrat oēs rerū viuētium species nō posse perpetuo stare, ac tandē necessario corrupti debere. Errāt ergo nō solū cōtra fidei regulā, sed & contra rationis normā, qui oēs p̄cipuas species vniuersi dicūt naturaliter esse incorruptibiles, & a parte posteriori æternas, licet aliquādo accepisse eas fateatur durationis principiū. Quod etiā vulgo dici solet, per generationē res naturales secundū speciem perpetuari, si veritatē habeat, intelligi debet nō de perpetuatione simpliciter, sed secundū quid: quatenus videlicet longissimū illud tēpus quo species conseruantur vsq; in consummationē sæculi, perpetuitas quædam ab hominibus æstimatur.

Caput

VEGETATI. LIBER. VIII. Fo. 144
CAPVT XXIII.

Quod humanam speciem mirum in modum gula atq; luxuria debilitant.

Prat̄ vero supra adductā causam naturalē velle locis humanæ defectiois, inuenimus etiā gulam & luxuriā, humanā speciem mirū in modū infirmare, quæ tamē inter causas extrinsecas veniunt cōputandæ, cū nō insint homini hæc vicia a natura, nisi forte quatenus aliquā habet pravā inclinationem ad eiuſmodi vicia, vt est homo ab infatua sua pronus, ad dñe malū. Inter hæc aut̄ duo, luxuria per se facit ad speciei debilitationē. Est em̄ luxuria nimius & inordinatus cocūdi affectus. Coitus autē nimis frequēs ad vanā delictationē, & nō iuxta naturæ ordinē ad speciei cōseruationē, s̄brie in vſum vocat̄, facit, vt sem̄ (per quod seruiatur generatio) non ita potētis sit virtutis ad speciei reparationē, q̄ esset si s̄brie parcissq; ac iuxta naturæ ordinē admistraretur. **C** Proceedit itē ex luxuria vicio, qd̄ ante debitā maturitatē & perfectionē naturalē ad validā generationē sufficientē, videmus homines ante tempus generationi intēdere. Quid itē? An nō ante oculos cernim⁹, puerules adhuc atq; puellulas copulari cōiugio, amplexib⁹ vacare, intēdere generationi quorū anni si pariter iūgantur vix ætatē attingēt virilem? vt merito in prouerbium sit tractūm, Pueros nostra tempestate generare pueros. Ecce enim iam de testa pullos educunt, quibus adhuc testa e qua iā iā prodire, adhæret. Iam natulos gestant in vlnis, qui pridie emerſerunt e cunabulis. Vix a lacte auulsī, lactant de se genitos: & patres matresq; appellantur, qui nec dum ex ep̄lebis excesserunt, quibus nomen altius q̄ puerorum non cōpetit. Scilicet in brachijs prolem gestāt noui patresfamilias, quos adhuc cōueniebat p̄ceptotū patrūq; genibus impositos, ad disciplinē insitutionē ac morū informationem, virgis cædi. **C** Qui aut̄ possit fieri, vt hoc pacto nō plurimū debilitetur humana propago? Quæ admodū em̄ granū imaturū aut sem̄ nō debitā maturitate p̄fectū, gignere nō potest fructū cōueniētē & fortit̄

DE ANIMA ET POTEN.

sortem multatq; durationis, ita & in hominibus discernendum videtur eos q sic ante tēpus suae proprię perfectionis, generationi vacant, non posse efficaciter suae speciei cōseruationē perficere. Vnicuiq; em̄ tunc conuenit generare sibi simile, cū suā fuerit ad epta perfectionē Huiusmodi ergo qui longe adhuc absunt a sua perfectione, quomodo feliciter sibi simile generabūt? Et licet verū sit, hominem in anno 1. p. (quod ad masculos attinet) in anno. 11. (quātū ī feminis) ad generationē vt plurimū sufficere, manifestum est tamē nō posse illis tā perfectā inesse generandi virtutem, vt posteaq; in robur virile euaserint. Donec enim ad ipsius indiuidui augmentationem plurimū debet esse intēta vegetatrix potentia, non ita sollicita esse potest de specie, ad generationis semen perficiendū. Verum potesteaq; augmentationē debitam indiuiduo induxit quantitatē, tum liberi ad speciei multiplicationē potest intendere, efficitq; tunc semen (quod de alimēto superfluo resoluitur) potentius ad generandū sibi simile. **C**eterū, gula ipsa q̄q; per se videatur magis ad indiuidui detrimentum pertinere (eo quod per ipsam nimia sit cōmixtio extranei cū radicali humido; & calor minuitur, ac velut obrutus nimia infusione extranei debilitatur atq; extinguitur) vergit tamen mediate ad speciei detrimentum. Nam cū per indiuidua debeant generatio fieri, consistat ad debilitationem singularium hominū generantiū, consequi infirmitatē generationis. Nam (ceteris paribus) eos qui fortiores sunt & meliotis cōplexionis, videmus progignere proles fortiores ac durabiliores illis qui infirmi sunt ac debiles. Vnde non dubiū est, hominem frugaliter viuētem & conuenienti mediocriq; alimento vtentem ad generationem bonā esse magis aptum; eo qui vorator est atq; ebriosus. Quomodo em̄ in cibo ac potu immodico impeditur bona nutritio & indiuidui diuturna cōseruatio, ita etiam generatio & bona speciei multiplicatio. **C**Adde & hoc quod pleriq; nimia venere sepius exhauriunt. **F**acit enim nimia feminis emissio celeriorē exiccationem, &

VEGETATI. LIBER VIII.

Fo. 145.

niem & humidi consumptionē. Vnde etiam in animalibus bruris videmus illa quę maxime veneri incumbunt; celerius morte absumi. Propter quod Aristoteles dixit, passerum masculos minus viuere semellis; eo quod masculi (vt ipse ait) plurimā sequantur venere, Verum illud ad indiuiduū videtur spectare, quantum ad ipsam venere vtentē; Quātum vero ad prolem genitam, etiam in specie vergit detrimentum, Qui enim immoderate rei veneret indulget & sepius quā natura docet ratioq; postulat, non potest hic nisi debilem gignere prole, eo quod semē non possit in eo tantā esse virtutis, quantā foret si hac in re esset moderatior. Cū enim semē multā sit perfectionis & magnā nimium virtutis (vt supra ostendimus) verisimile est ipsum multo satius egere tēpore, vt suae virtutis accipiat perfectionē, & vt plenam accipiat ad suas operationes efficaciam.

CCAPVT. XXV.

CExecratio detestatioq; gulę atq; luxurię. genus humanum infirmitatum.

Et proinde nimium detestanda hominū plurimorum praua peruersitas, peruersaq; prauitas, qui hęc vitij abominandis atq; execrabilis ita sese sede cōmaculant, similes facti iumentis insipientibus; æquis & mulis, in quibus cū non sit intellectus, totam insequētes sensus concupiscentiā ad quælibet sensui ariditiam absq; interiori retinaculo suo motu feruntur. Imo vero longe superant iumentorū irrationabilium conditionem, homines a Deo conditi rationales. In nulla epim iumentorū specie ita videas mala prædicta (cibi dico ac potus, rei; veneret abusum) latissime patere, vt in specie humana, quę ob rationis priuilegium merito debuit ab illis esse alienissima. Nam iumenta mensuram sibi constituunt, sensus voluptatem, & cū gratū ali quid propositum fuerit, eatenus inde sumunt, quantum oblectatur sensus, vbi autem abiecerit delectatio, caput auellunt, neq; sumunt vltra. **C**Propone (exempli gratia) equo aut asino sitiēti aquam limpidiſsimam, propone (inquam) in abundantia;

vide hominū intēperantiam.

T vide



DE ANIMA ET POTEN.

Videbis donec sitis fuerit extincta, donec appetit ille sensus fuerit sedatus, non habituros requie: mox vero ubi impletu fuerit sensus desiderium, capite a uerso desinunt haurire. Ita & in pascuis vberimur videmus, posteaq; satietas facit sensum no vltra herbis delectari, a pastu cessare animalia, & vel sopori se dare, vel obambulationi, At vero inter homines facile inuenias, imo non quassitos passim obuios vi deas, qui nulla sibi posita mensura; etiã sensibus omnibus reclamãtib; atq; abhorrentibus, cibũ potũq; ingurgitant, donec crepet venter, indignũ existimãtes cessare a poculis, aut a conuiujs abscedere.

Utẽ in animalibus videmus, ea admodũ sobrie rarissimẽq; vti venere, & id plerũq; statutis anni temporibus. Homines vero qui per rationẽ etiã perpetuo se refrenare poterant irrationabilitate superantes irrationalia pecora, nullũ sciunt modũ; etiã ampliora q̃ possunt sãdissime attentantes. CRursũ animalia irrationalia a natura deputatũ sibi modũ seruant, neq; nisi quantũ natura causa speciei seruãdã extimulat, re huiusmodi vtuntur. Homines vero nulla habita ratione multiplicationis speciei, nulla consyderata honestate, modos indebitos & quasles natura horret coniunctiones adinueniunt: sic in omnibus optimi creatoris & piissimã naturã donis abutentes, in suam temporalẽ perniciẽ, multo vero magis in sempiternum interitũ, paratũ reuelari in die nouissimo, quãdo veniet iustus ille scelerũ vltor, sãma districtione exquisiturus rationẽ de omnibus humano generi donis collatis, Deus in æternã sæcula benedictus. Amen.

¶ Finis Considerationis Physicę

Liber octauus.

¶ PSALMVVS HOMINVM GENERI COM monitorius, pro donis magni Dei, futuris atq; præ sentibus

Attendite genus hominum ad beneficia creatoris vestri, quanta contulerit vobis: tota mentis virtute considerate. Ex his aut quæ iam persentitis in tempore isto: traãsite ad

PSALMVVS

site ad cõsiderationẽ corũ quę sunt quidẽ nũcabscõdita ab oculis vestris, sed exhibenda in tẽpore suo. Quod ad tempus hoc attinet, ecce corpus mirabile & nobilem animam donauit nobis: calorem vitalẽ ad operandum in corpore mirabilia ipse iniecit corporibus nostris.

Cibos omnigenos ad abundantiam præstitit nobis: vt reficiãmur ex eis ad abundantiam cõsolationis nostrę.

Ad sustentationem corporis escam donauit ad sufficientiam: non desiderunt ab inicio quæ nostro conducerent pastui.

Per annos singulos germinat nobis terra præstantissimos fructus suos: cuncta semina e matre terra pro gignunt fetus suos.

De terra prodire facit benignissimus creator Deus firmamentum panis: & vino quod lætificet cor hominis vitros implet vinearũ.

Neq; vero solũ necessaria præbet sustentationi nostrę etiã quæ ad voluptatis proficiunt oblectationem abunde ministrat nobis.

Poterat quidẽ panis sufficere ad cõfirmandũ corda filiorum hominũ: & aqua in sitis refrigerium.

Non hæc tamen illi pro sua munificentia videbatur sufficientia: delicias etiã voluit adscere & magnificas ciborum diuitias.

Præter namq; panẽ cõfirmantem dedit carnes iumentorum magnorũ atq; paruorũ: carnes volatiliũ, natatiliũ, & gradientiũ super terram.

Insuper & fructũ suauissimorũ mirã varietatẽ ex consimilibus fere lignis prodire iubet: mellis quoq; dulcedinem, & vini iucunditatẽ voluit adscere.

Non erant autem hæc omnia humano pastui necessaria: suffecisset vtig; nutrimento hominũ horũ minus q̃ dimidium.

Attamen sic ipse voluit, qui gaudet magnifice benefacere: ita illi visum fuit diuiter enutrire filios suos.

Ita illi cõplacuit gustũ quendã præbere superuẽturę æternę dulcedinis: quã licet nõ sit cõtemplatus oculis; ipse tamen absconditam seruat se diligentibus.



PSALMVS

O q̄ magna multitudo dulcedinis tuę domine, quā
pręparasti diligentibus te: q̄ erit beatus qui māduca
bit panem in regno Dei.

Si nunc ita diuiter, ita magnifice, ita delicate enu-
tris corpora nostra, mortis corruptioni necessitatis
lege succubitura; o quāta pręstabis olim resuscitatis,
morteq; solutis, in pręsentia vultus tui.

Quomodo satiabimur, apparęte gloria tua; quomo-
do inebriabimur ab vbertate domus tuę: potati vo-
luptatis tuę torrentibus.

Nunc quidem donec Adę debito subiacemus cibo
tuo insauramus corpora nostra; vsq; dum adueniat
terminus quem constituisi vniciq; ad persolutio-
nem debiti.

Quod calor vitalis (quem in seuisi nobis) depascit,
insaurat alimentum a te ministratum nobis; do-
nec tandem uirtute deficite mors adueniat, quam
superinduxit nobis iniquitas nostra, & iustum decre-
tum tuum.

Illic vero absq; metu mortis, & corruptionis pau-
re persistemus stables; nihil erit consumēs, nihil in-
saurandum in locum deperditi.

Tua enim uirtute longe illinc omnis profligabitur
cōsumptio: interitus & mors nō accedet ad taberna-
culum sanctum tuum,

Non patietur cibus ille tuus quē apud te manduca-
bimus, imperpetuū dissolui compositionē corporis
nostri: in perpetua immortalitate gloriosi indissolu-
bilesq; conseruabimur.

Panis quē ibi propones cōuiuiis tuis nō exhibebit la-
borem dentibus: molis non egebit dētiū vt cōtes-
ratur in eis.

Illabatur per sese dulciter vt mel gutturi nostro: &
penetrabit suauitas ei9 vsq; ad intimū cordis nostri.
Implebit suauitate animas nostras: oīa ossa nostra di-
cent, domine quid simile potest esse huic dulcedini?

Gloria patri & filio: & spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in scę-
cula seculorum. Amen.

¶ Et inquit Psalmus.

Libet

LIBER NONVS CONSIDERA-
TIONIS PHYSICÆ, DE SENSIBVS EXTERIORIBVS
EORUMq; ORGANIS & SENSIBILIBVS.

¶ Pręfatio.



Ręter potentias illas vegetatiuas, quibus omne viuens ab auctore omnium
Deo dotatū cōspicimus, vel ad sui ip-
sius conseruationē siue perfectionem,
vel ad suę speciei sustentationē, expe-
rimur in animātibus esse alias quāsdā
vires exteriores, quibus rerum extra existentium mi-
rabili modo possunt species atq; simulacra in se sus-
cipere, absq; vlla reali susceptione corporum illorū
quorum apprehendunt simulacra: sicut fit, vt cętes-
ta omnia tam animata q̄ inanimata, possint hisce
viribus animalia varijs modis apprehendere, quę-
dam quidem longius absentia, quędam vicini9 prę-
sentia, iuxta virtutem harum diuersitatem, secundum
perfectionem maiorem atq; minorem. Has autem
potentias sensitivas dicimus, & vulgata appellatione
ab officio sensus appellamus. Horum quidā or-
ganum habent exterius patens, resq; ipsas non nisi
exterius pręsentēs & obiectas percipiūt, vt visus o-
culū habet pro organo, & nō nisi pręsentialiter obie-
ctos oculo color percipit: quos prouide sensus exte-
riores recte appellamus. Ac de his nūc pręsentis li-
bri aggredimur determinationē, de illis qui interius
latent absconditi, post expeditū horum qui iā pro-
positi sunt tractatum, sermonem (Deo donante) fa-
cturi. Ita enim ordo exigit disciplinę, vt de ijs quę
nobis sunt notiora, sensibusq; nostris magis exposi-
ta, prius absoluantur determinatio, q̄ ad ignotiora &
occultiora fiat progressus.

CAPVT I.

De numero sensuum exteriorum &
specialiter de visu.

¶ 3

De pos



DE SENSIBVS EXTRI

DE potentijs quas exteriores sensus appellamus dicturi, commodum quor sint, & quæ ipsorum obiecta, præmittemus.

Sunt autem sensus exteriores quinque, visus, auditus, gustus, odoratus & tactus

Obiecta quoque cotidie sunt, hæc videlicet visibile, audibile, gustabile, odorabile, & tangibile.

Omne enim sensibile, vel est visibile: vt colores, lux, & lumen, vel audibile: vt soni, vel odorabile: vt odores, vel gustabile vt sapor, vel tangibile: vt calidum, frigidum, sicum, & humidum. Unde calor est obiectum visus, hoc est, id quod per se a sensu visus percipitur, & cuius ratione cætera colorata videntur, sub colore intelligendo lucem & lumen, quæ etiam per se sunt obiecta visus. Sonus, est obiectum auditus, sapor, obiectum gustus; odor, olfactus: qualitas tangibilis. (sub qua sunt calor, frigus, humiditas, siccitas). Obiectum est tactus: ita vt nihil percipiat auditus, nisi ratione soni, nihil gustus, nisi ratione saporis, nihil odoratus, nisi ratione odoris, nihil tactus, nisi ratione tangibilis alicuius qualitatis. Ad clariorem prædictorum intellectum, faciunt quædam diuisiones Aristotelis, ipsum sensibile in aliquot membra secantes, prior est.

Sensibile, quædam per se, quædam per accidens sentiuntur.

Id est eorum quæ sensu percipiuntur, alia ratione suæ naturæ, & non ob aliud inexistens percipiuntur, alia ob aliud inexistens, Prioris exempla sunt quinque sensuum obiecta, color, sonus &c. Posterioris sunt omnia horum obiectorum subiecta, vt homo, equus, lapis, planta, &c. Ratione coloris videntur

ORIBVS LIBER IX.

tur, soni causa audiuntur, odere ab odoratu percipiuntur, & non ex propria natura. Altera diuisio.

Sensibile per se, alia sunt vniuscuiusque propria sensus, alia communia cunctis.

Proprium sensibile est, id quod alio sensu sentiri non potest, & circa quod error fieri nequit.

Id est quod vni sensu exteriori per se seu speciem percipitur, & circa propriam quod sensus non errat seu decipitur, ita vt videat non colorem, pro colore, aut audiat non sonum pro sono, odoretur non odorem pro odore, & ita in cæteris licet ignoret quid sit habens colorem, &c

Sensibilia communia sunt, quæ nullius sunt propria sensus, sed omnibus communia.

Cuius sententia ex definitione præcedenti facile patet sunt huiusmodi, motus, quies, numerus, figura, & magnitudo seu quantitas continua permanens. Hæc enim a pluribus sensibus exterioribus percipiuntur, licet non ab omnibus, vt motus & tactu & visu est perceptibilis, secundum Aristotelem.

Habent autem hij quinque sensus, suum quisque organum & medium.

Organa sunt hæc, oculus, aures, lingua, nares, neruus tactiuus.

Visus enim organum est oculus, cuius intimum est humor aqueus siue crystallinus: in quo recipitur species & eius virtute fit visio in oculo. Dicunt enim in cetero huius humoris perfici visionem. Et propter huc

T 4 humorem



DE SENSIBVS EXTRI

humorem Aristoteles dixit oculum esse aquarum, quod probat etiam ex aquae effluxu, cum oculi fuerit confossus, & ex prouidentia naturae, quae circa pupillam circumposuit albuginem pinguem & calidam in modum adipis, illis animalibus quae sanguinem habent, item & palpebras: hoc ingeniose factum dicitur a natura, vel humor ille pupillae per frigus non aliter quando coagularetur vel congelaretur. Ab hoc autem humore ulterius tendunt ad cerebrum, a duobus oculis duo nervi, qui in unum conueniunt sese interfecando, qui nervus opticus id est visiuus dicitur. Notandum vero quod tam oculus, quam anima, quam etiam potentia visiuu, videre dicitur, verum id diuersis intelligitur modis. Oculus enim videt, quia visionis actum in se habet. Anima videt, tanquam efficiens praecipuum actus videndi: & visiuu potentia tanquam efficiens instrumentale.

CAPVT II.

De obiecto visus, colore, & luce.

Vnt autem quae videntur (vt diximus) colore lux, & lumen: quae lumē non proprie terminet visum. Est enim lumē species lucis, & lux in lumine videtur, & ipsum de se spargit per medium in organum: sicut color diffundit suam speciem in organo, & per eam videtur. Species autem proprie non videtur, sed per ipsam videtur id a quo diffunditur in sensum.

Vbi notandum, quod color vt in oculo suam speciem diffundat, requirit luminis illustrationem. Non enim potest color immutare medium, neque proinde mouere sensum, nisi cadere super ipsum aliunde lumine extrinseco. Lux vero non eget alieno lumine, quando quidem ipsa se cum lumine affert, in quo videtur. Vnde si sic esset color, semper esset visibilis tam de die quam de nocte. Imo vero per contrarium, superueniente extrinseco lumine lux impeditur, ne videri possit: si superueniat (inquam) lumen maius. Nam maius lumen obscurat minus: quemadmodum manifeste patet in luna & stellis: quae latent donec solis lumē abscedat post

ORIBVS LIBER IX.

post cuius abscissum videri incipiunt, si aliud non interstit obstatulū. Attendendum vero quod diximus, vt color videatur requiri luminis alieni illustrationem. Nam quaedam reperiuntur duabus rationibus visibilia, partim ratione coloris sui, partim ratione luciditatis vel fulgoris. Patet hoc secundum in lignis putridis, oculis catorum, vermibus quibusdam, & piscium ossibus. Haec enim in nocte, & si quando ab eis lumē extrinseco secludatur, videntur secundum lucem quam habent. Per diem autem cadente super ipsa extrinseco lumine, secundum colorem proprium longe alia videntur. Vnde & falli non raro contingit eos, qui sulphurata in catorum oculos impingunt aut aduersus truncos putridos nocte insurgunt, ossaue huiusmodi pro re quapiam preciosa decepti colligunt existimantes se aut carbones videre ignitos, aut homines armatos contra stantes, aut preciosa quaeq; metalla repetire. Haec ergo corpora sic duabus rationibus visibilia, ratione quidem coloris (quemadmodum alia corpora) non videntur nisi in lumine, ratione autem fulgoris illius, non nisi in tenebris. Sunt autem quae secundum idem & de die videntur & de nocte, quemadmodum videlicet flamma ignis medio die videtur in lumine etiam non proprio. De nocte vero videtur per lumen proprium, quod de se diffundit. Secundum idem tamen videtur, quamuis non in eodem lumine.

CAPVT III.

Quibus rebus conueniat color.

Non inuenitur autem color proprie acceptus nisi taneum in corporibus terminatis, hoc est, opacis, & quae translucentis siue penitus dyaphana non sunt. Licet autem solum color ille qui in extremitate apparet corporis opaci, super quod cadit lumen a corpore lucido, moueat visum, atque ab oculo videatur, est tamen secundum veritatem color etiam in partibus interioribus ipsius corporis opaci, eque atque in extrema: quemadmodum ad oculum patet in corporis diuisione, vbi manifeste color in vtraque parte se offert, qui non per diuisionem illic

generatur

Arist. ca 7. 2. 1. ib. de aia.

Quibus conuenit color.



DE SENSIBVS EXTERI.

Generatur, sed ante diuisionem præfuit, tametsi nõn apparuit. Quod autem non videatur nisi ille qui est in extremitate, inde est, quod hic solus lumine illu- stratur. Nam ad colorem qui interius est, non potest luminis fulgor perungere.

¶ Atq; hoc est, quod Aristoteles in libro de sensu, & sensato.

Quidco Colorem actũ sensum vel sensationem fa-
lor actũ cientem definit esse extremitatẽ perspi-
sensum cui in corpore terminato,
mouẽs.

Solum enim ille color qui in extremitate est corpo- ris opaci, visum mouet: quoniam lumen adueniens, corpus tale in sua extremitate tantum facit esse per- spicuum.

Perspicuum est, quod est quidem visibi- le, non autem per se, sed per alienum co- lo- rem.

Id est, corpora diaphana id est translucẽtia vel trã- parẽtia, quę visum nõ terminant sed perspicua sunt, (vt aer aqua, cœlestia corpora, & quædam alia cor- pora solida) non sunt colorata, neq; per se sunt visibi- lia, nisi quatenus luminis sunt in se susceptiua, ra- tione cuius fiunt visibilia. Vnde cœlos non videm⁹ vt coloratos, neq; aerem, neq; aquam, sed tantũ vñ luminosa, cum lumine fuerint illustrata.

Potentia perspicuũ est, id in quo nõc id- ipsum inest, nunc tenebræ.

Id est quod aptum est suscipere lumen, actũ tamen non habet cũ autẽ corpora huiusmodi luminis sus- ceptiua, lumine vacant, tenebræ dicuntur.

Sunt enim tenebræ priuatio luminis in corpore susceptiuo, Est autem perspicua
um omne,

ORIBVS LIBER IX.

um omne, aptum mediũ visus (cum fue- rit lumine collustratum) per quod co- lor possit videri.

Perspi- cuũ ver- sus mes- dium,

Vnd Aristoteles definiens colorem ait,

Color est motiuus eius quod est perspi- cuum actũ, & id est ipsius natura,

Id est color est qualitas emittens sui speciem visibi- lem, per corpus perspicuũ, lumine collustratũ, idq; suapte natura. Non est autem actũ perspicuum vel diaphanum, sine lumine. Perspicuum ergo actũ mo- uetur & immutatur a calore, quatenus videlicet co- lor in perspicuum imprimit suam similitudinem, ip- sum vero perspicuum cõsequenter immutat visum. Atq; ita per mediũ perspicuũ color immutat vi- sum. Sic etiam lux mediũ perspicuum prius immu- tat, lumen in ipsum diffundendo, ac per mediũ ita immutat visum.

¶ Admodum vero apte hoc natura disposuit, vt corpus perspicuum quod est vi- sus mediũ nõ habeat vllum in se colorem. Si em̃ colorem aliquem in se haberet propriũ, color ille im- pedimento esset discernendis coloribus, Nam quies- quid per tale mediũ videretur consimilis coloris iudicaretur, veluti cum per vitrum rubeum, quod intra se habet rubedinem cernimus, quicquid cons- picimus apparet rubeum. Prouide ergo hoc na- tura disposuit, vt mediũ visus per quod debeat color discerni, careat natiuo colore. Ob hoc ves- rō, & lumine proprio, siue propria luce carere vi- detur, ne luci cuiuslibet percipiendæ præbeat impedi- mentum.

Lumen autem (iuxta Aristo,) est actus hu- iusce perspicui, ea nimirum ratione, qua perspicuum est.

Caput

DE SENSIBVS EXTERI.
CAPVT. IIII.

Medium visus nequaquam impedire visionem
EX prædictis patet, non recte sensisse Democritum, qui existimabat, si totum spacium, quod cernimus esset vacuum, acutius expeditiusque singula posse videri, adeo ut formica possit per medium vacuum in caelo videri. Sic enim ista procedit imaginatio, quasi perspicuum intermedium impediat visionem; quod veritatem non habet, cum potius eam adiuet, imo sine eo non possit fieri. Si enim esset vacuum inter caelum & oculus nostrum, nihil penitus possit eorum quae in caelo sunt, a nobis videri. Medium enim, primum a colore vel luce immutat, & per ipsum medium perspicuum immutatum cõsequenter imutat oculum. Illud tamen verum est, quod medium si incrassatum fuerit, impedimentum præstare possit, ut quanto magis a perspicuitate recedit, tanto ægrius per ipsum fiat visio, velut cum aer in nubibus densitatem ingrossatur, quæ admodum per aquam difficilior sit visio quàm per aerem, cum tamē virtus quæ sit medium visionis. Quod autem medium actu perspicuum esse debeat, & lumine collustratum, ut fiat visio, quæri solet, an ex parte coloris hoc sit, an ex parte oculi. Est autem probabilius, quod ex parte coloris hoc procedat, quoniam videlicet color suapte natura non potest immutare medium nisi actu perspicuum, & lumine collustratum, neque potest nisi lumine super ipsum cadente, suam speciem in aerem imprimere. Nam (quatum ad oculum attingit) experimur, hominem in tenebris densissimis positum videre candelam lucentem a longe, quod argumentum esse videtur pro oculo, quod ipse ex sua natura non requirat sui ipsius illuminationem sed ex parte ipsius coloris, qui non potest aliter nisi in perspicuum actu suam speciem imprimere, Et illa quæ iam supradiximus, in tenebris videri ratione sui fulgoris vel luciditatis, ab oculo non illuminato videntur. Cum autem oculus per suam potentiam visivam possit nullo lumine illuminatus percipere flammam & huiusmodi fulgorem, videtur ipse

ORIBVS LIBER IX.

Fo. 151.

tur ipse quantum ex se, non requirere illuminationem alicuius luminis extrinseci ut videat calor.
Propter quod dixerunt nonnulli esse in oculo quædam lucem, quæ sufficiat (etiam si extrinsecò luminis non illustrati) quantum ex sua natura, apprehendere visibilia. Quod tamen non videtur de luce proprie dicta veritatem habere, sed tantum de claritate, impeditate, ac perspicuitate, quæ est in pupilla ad modum crystalli resplendentis. Lux autem proprie dicta non illic ponenda est, eadem ratione quæ nec color. Quomodo enim si color aliquis proprius esset in pupilla impediret colorum distinctionem atque ob hoc denudatum esse oportet organum visus ab omni colore, ut omnium possit colorum speciem absque impedimento suscipere, & de omnibus iudicare, ita & de luce proportionabiliter apparet discernendum.

CAPVT. V.

De auditu & eius organo.
Inter sensus exteriores secundo loco ponitur auditus, cuius est sonos omnes atque voces & eorum differentias percipere. Quomodo autem de visu diximus, quod consistit in quodam aquæ, in humore scilicet crystallino qui est intra oculum: ita de hoc sensu dicunt, quod sit in quodam aereo, sive in quodam aere connaturali circumdato membranula & intra eam diligenter abdito, prouideque concluso, ad quem cum species soni per aerem extrinsecum delata fuerit, susceperitque intra se speciem soni: ita causatur auditus, sitque ibi soni perceptio: sicut visio fit in pupilla oculi, suscepta in eam coloris specie.
Hunc autem aerem nativum, prouida natura, siue potius naturæ prouidissimus inilitator egregie munivit (ne lædi facile possit quouis aeris impulsu) mirabili curuatione, quæ in aure apparet, iter ipsum ad hoc auditus organum multos anfractibus & tortuosis meatu reddens admodum difficile: ne si recta esset ingressus, aer vehementer commotus facile visusque ad organum violenter se ingerens, ipsum læderet atque destrueret. Nunc vero cum per tot curuitates atque an



DE SENSIBVS EXTEI.

atq; anfractus aer pertransit, antequam ad organū
intrinsicus latens pertingat, frangitur eius violentiā,
ne possit nocere, quantumuis extra aurē fuerit vhes
mens aeris cōmotio. Quēadmodū videmus aquas
in rapidis torrentibus vbi recto curret tramite ma
ximo ferri impetu, vbi verō anfractus plures & in
curuaturā occurrerint, fragitur impetus, & ad par
tes illas quæ post has curuaturas, sitæ sunt, mitiores
veniunt aquæ, fracta nimirum per aluēum tortuos
sum nimia impetuosi cursus violentia. ¶ Cuius
simile & in oculi pupilla consideramus, cui ne a su
bito ingrediente nimio lumine, aut etiā ab aere ni
mium propinquo euenire possit vlla lesio, natura
author præuia contulit munimēta; albōgēne videli
cet, & reticulos anteriores, quibus a lesione & offer
sione pupilla seruatur: vt non immerito diligentissi
mā Dei erga se custodiā postulans dixerit Prophetā
Custodi me domine vt pupillam oculi. ¶ Cursus
quomodo in pupilla diximus nullū esse colorē, ad
hoc vt omnib; eise possit colorū perceptiua, sic & de
hoc aere dicendū, quod nullū in se proprium habet
at sonum, vt absq; impedimento omnium possit so
norum differentiās suscipere. Quod autē manū ad
mouentes auri audire nobis videamur intra aurem
sonum quendā ad modū cornu obscure sonātis, nō
arguit sonum aliquem esse in organo auditus. Est e
nim sonus iste in aere, qui extra pellisculā est, inter
manū & organū auditus, qui intrā auris anfractus
cōclusus, atq; coarctatus, per manus arctam cōpres
sionem aut digiti immisionem, nec exire valens,
mouet membranā qua aer connaturalis clauditur, a
qua mouetur organū auditus, sicq; causatur sonus.

Psal. 16.

De so
no quē
audim⁹
intra au
rem im
misso; di
gito.

¶ Est autē huius soni intra aurē perceptio in ho
mine signum incolūmis auditus, ita vt si manu ad
mota auri, aut digito immisso, non percipiatur so
nus huiusmodi, signum sit læsi aut male dispositi au
ditus: quēadmodū argumentū est sani visus, si oculi
lulus obiectus solari radio, vel admoto propius lumī
ne candelæ, non immotus persistat, sed ocyus sese vol
uat, & palpebras tremulas frequentes claudat, ne nī
nimio

ORIBVS LIBER IX.

nimio lumine ipse offundatur, & sensus ipsius har
monia dissoluatur. Quibus autem hoc deest, vitium
habent lacum. Vnde cecos videmus admota lucen
te candela oculos nihil retrahere; & surdi vel surda
stri manum auri apponentes, sonum illum suprad i
ctum intra aurem non percipiunt.

¶ CAPVT. VI

¶ De sono qui est obiectum auditus.

Est autem sonus proprium obiectum auditus,
ita vt nihil nisi gratia soni audiri possit, &
quicquid auditur gratia soni audiatur.

Obies
ctū au
dit⁹ so
nus.

Est autem son⁹, motio eius, quod eo mo
tu moueri potest, quo mouentur ea quæ
resiliunt a corporibus leuibus cum quif
piam percutit.

Hanc definitionem patet esse causalem, & hic reddi
tur sensus. Sonus est qualitas quædam causata in me
dio ex collisione siue percussione duorum corporū
adinuicem, qui cum totum oppleuerit medium vsq;
ad organum auditus, efficit auditionem. Ad quē
libet enim sonū causandū, tria requiruntur: scilicet
percutiens, percussum, & medium. Quāq; horum
aliqua secundum rem interdum contingit coincide
re, vt pote cum vnum duorum fungitur officio; vel
luti cum quis virga violenter percutit aerem, idem
aer quatenus violenter ictus habet rationem per
cussus, quatenus vero in se sonum recipiens, dicitur
medium. Vnum autem corpus per se solum nō pos
test sonum efficere. ¶ Notandum vero, quod so
nus nō in ipso est subiectiue quod percutit, neq;
quod percutitur, sed in medio circumstante (aere sci
licet vel aqua) quod ipsum in se recipit. Cum em̄ ex
ictu mallei super campanā sonus editur, nō est ille
subiectiue neq; in cāpana percussa, neq; in percutiēte
malleo, sed in aere circumstante & per impulsium siue
ictum

Soni de
finitio.

Triā ad
sonū re
quisita.



DE SENSIBVS EXTEI.

istū motū & circūgyrato, in quo suscipitur soni qua-
 litas. Vnde quod campana sonare dicitur vel mala-
 deus, extrinsece intelligitur, quatenus videlicet son-
 num edunt sua percussio ne, quemadmodum solem
 dicimus calidum, qui tamen vere calorem non ha-
 bet, sed caloris est tantum effectus. Atq; ita corā
 pora sonora dicimus, quatenus soni sunt effusiva,
 vbi fuerint ista. Aer vero tamen in se habeat subie-
 ctive sonum, non tamen ab eo secundū concretū
 aliquid vulgo vsitatum denominatur. Nam enim
 dicitur aer sonans, neq; etiam (iuxta cōmunem vbi
 cabuli acceptionem) dicitur tonorus, tamen si sono
 sit informatus. ¶ Quia in re manifesta inter sonū
 (qui est obiectum auditus) & inter obiecta aliorū
 sensuum differentia est, quoniā color subiective est
 in re quæ per ipsum videtur, & odor in re est quæ
 per ipsum odoratu percipitur, sapor itē in re quæ
 gustatur, & tangibilis qualitas in re quæ tangitur.
 Solus autem sonus nō est in re quæ auditur, sed ab
 ea tantum procedit, & in medio recipitur. Solus es-
 tiam sonus in ipso medio realiter existit. Ceterorū
 autem obiecta sensuum tantum sunt in medio intē-
 tionaliter, videlicet secundum suam speciem.
 ¶ Fit autem sonus non absq; locali motu. Cum em̄
 sonus non fiat sine collisione & concussionē, percus-
 sio vero non absq; motu, consequens est nec sonum
 posse fieri absq; motu. Sic autem fieri dicunt sonum
 in collisione corporum, quomodo in aque superfi-
 cie fieri videmus, si iniiciatur lapillus. Videmus em̄
 circa locum iniectiois in aqua fieri circulos, & pri-
 mum quidem minores, ac deinde continuo maio-
 res in longam distantiam, iuxta quod iniectio ma-
 gis fuerit violenta, aut maior fuerit aque circa locū
 iniectiois cōmotio. Ipse autem locus iniectiois
 videtur esse centrum omnium illarum circulatio-
 num, & circum ipsum sese gyrent per circuitum ap-
 parentes illi circuli. ¶ Ita dicunt, cum facta fuerit
 in aere collisio duorum corporum, ipsum aerem for-
 titer impulsam per circuitum se gyrate (ita vt locū
 collisionis sit quasi centrum huius circūgyratio-
 nis) idēq;

ORIBVS LIBER IX. Fo. 153.

nis) idēq; in circulationes continuo maiores: cū quo
 motu pariter & sonus dispergitur a loco collisionis
 donec tandem ad aurem vsq; perueniat.

CAPVT. VII.

¶ An sonus realiter debeat ad organū vsq; diffundi
 ¶ Quomodo vero sonus ad aurem perueniat
 an secundū seipsum, an secundū suam spe-
 ciem, dubium est. Quidam dicūt, ipsum so-
 num se realiter multiplicare vsq; ad organū audis-
 tus, atq; ibi suā speciem imprimere organo, vt perci-
 piatur ab auditu. Probabilior tamē est cōtraria sen-
 tentia eorū qui dicūt, in aere quidē proximo & cir-
 cūdante locū percussiois, per circuitū ad aliquam
 distantiam realiter sonū causari, iuxta vehemētiā
 collisionis, quousq; videlicet per hūc istum aer mo-
 uetur per circuitū huius percussiois: in partibus au-
 tem elongatioribus nō esse realiter sonū, sed speciem
 soni ab ipso sono qui est i partib; vicinioribus diffu-
 sum: quomodo color de se specie diffundit in mediū
 per quod attingit organū visus. Neq; enim causa vi-
 detur ob quā amplius debeat sonus per suā realem
 presentia immutare organū, quam color. ¶ Vnde
 videtur (iuxta hāc probabiliorē sententiā) sic se ha-
 bere aer proximus corpori sonati ei; contiguus &
 sonum in se habens, quomodo corpus coloratum.
 Ipsum vero aerem remotiorē, ad modū aeris immu-
 rari specie coloris. Vnde quod supra diximus, sonū
 tunc efficere auditionem, cū vsq; ad aurem totum
 oppleuerit mediū, intelligēdum est, partim secundū
 se, partim secundū suam speciem. ¶ Et id quidē
 dem omnino videtur rationi magis cōsentaneum.
 Videmus enim in corporibus duris, nonnunq; ex
 paruuli corporis super durum aliquid collisione so-
 num fieri, qui locū aliquē valde inagnū immutat:
 vt si quis in templo magno, lato, & alto silicem par-
 uulum super lapidē pauimentum desuper cadere sis-
 nat, absq; aliqua singulari vehemētia, auditur statim
 sonus vsq; ad extremā partē templi. Nequaquā autem
 videtur sonus realiter per omnes angulos eius diffu-
 di. Cū enim dicāt per aeris motū sonū deferrī, quo
 pacto



paſto id videatur rationi conſonū, vt ex tam paruuli corporis icſtu totus aer qui in tam amplo loco eſt, dicatur localiter moueri? ¶ Item cū leui icſtu in cymbalo fit tinnit⁹, icſtus vtiq; leuiſſimus eſt: nec rationale videtur, vt rā minimo & leuiſſimo icſtu totus dicatur aer qui in templo eſt moueri. Auditur tamen ſonus cymbali vſq; ad extremos angulos. Vnde veriſſime videtur, qđ ſonus lapilli illius aut cymbali in partibus elōgatiōibus non niſi intentionaliter inueniatur, realiter autem tantū in partibus proximis loco colluſionis.

CAPVT VIII.

¶ Non ſemper maiorē ſonum audiri remotius. ¶ Quod ſi quis interroget, quo pacto tā modicus ſonus tam longe poſſit immutare aerē & paruuli corporis tam modicā percūſſio, quo tam late poſſit ſpeciem ſoni ſpargere: cū corpora multo maiora colluſa etiā fortius non tam longe ſpargant neq; tam late diffundāt ſuam ſpecie. Vnde ſi magnū pōdus plumbi de ſuper caderet ſuper pauimentum lapideū, vix tam lōge audiretur q̄ ſonitus paruuli cymbali, aut cadētis de ſuper limpidi lapilli ſuper duro lapideo pauimento. ¶ Huic quaſtioni non admodum difficulter adhibetur reſpoſio, facta analogia ad naturam colorū. Nam vt in coloribus non ſemper ille lōgius immutat viſum qui quantitate maior eſt, ſed qui ex ſeſe clarior & luci ſimilior (quem admodū color albus quantitate modicus, ſonigus immutat viſum q̄ color niger quantitate maior item color rubeus & ceruleus multo lōgius, q̄ viridis aut fuſeus) ſic & de ſonibus dicendū, quod quidam ex ſua natura ſunt magis immutatiui medijs, & ſpeciem ſuam facilius latiusq; diffundētes quam alij: vt ſoni acuti magis ſunt motiui auditus, quam graues. ¶ Atq; hac ratione contingere poſſe, vt corporū ſonantiū, illud longius audiat, quod minorē reddit ſonū, quā ipſum quod lōge efficit realiter maiorem. Et fieri poſſe, vt duorū corporū ſonantiū id quod latius realiter diffundit ſonū nō ita lōge audiat, vt illud quod nō ita lōge realiter ſonū ſūdit poſſe

Poteſt enim vehemens & fortis corporū duorum concuſſio late ſonū ſpargere, quomodo & late mouet aerem per circuitū: ipſe tamen ſonus editus nō erit de ſui natura ſpeciei late diffuſiuus, alter cū ſonus modicus, acutus, clarus, & limpidus, ex colluſione leui generatus, late ſuam diſpergat ſpecie: & per diſtans admodum mediū poſſit eam ad auditū tranſmittere. ¶ Nouiſſime de ſono in generali & illud aduertendum eſt, quod recipi poſſit non ſolum in aere verum etiā in aqua: tamen ſi in aqua minus percipi poſſit, ſitq; ſubobſcurior, eo quod propter eius craſſitiam velut hebeſcat & ſupprimatur. Poteſt quoq; etiā homo in aqua audire (tamen ſi obſcurius) quā diu per tortuoſum & curuum iter in aurem prohibentur aqua ingredi. Vbi vero locū hunc occupauerint aqua, qui eſt intra aurem, & ad pelliculam qua aer cōnaturalis regitur peruenerint, indiſponit organum ne amplius percipiat ſonos.

CAPVT. IX.

¶ De voce, quomodo fiat, & quibus conueniat. ¶ Si autem quādam particularis ſpecies ſoni eſt Vocie ueniens ſolis animantibus, licet non omnis definitio, quā vocem appellamus, diffinitur ab Aristotele hoc modo.

Vox eſt icſtus aeris reſpiratione attracti, qui quidem ab anima fit ea quæ in partibus collocatur, ad eam partem quæ gurgulio appellatur.

Quæ definitio hunc in modum eſt intelligēda, vox eſt ſonus cauſatus ab icſtu aeris ab anima reſpiratione attracti, & percūſſi ad vocalem arteriam, cū alicuius ſignificationis imaginatione. In qua definitione ſonus pro genere ponitur. Cetera vero ad excluſionem aliorum ſonorum quæ voces non ſunt, adduntur.

¶ Cum enim dicitur vox eſt ſonus aeris reſpirati ab anima, manifeſte oſtenditur, V 2 vocē



DE SENSIBVS EXTERI

voce[m] n[on] nisi rebus animatis competere; neq[ue] illis quidem omnibus, sed ijs tantum quibus conuenit respiratio. Aer enim respiratus dicitur, qui est per respirationem attractus, qui postq[ue] impetu fuerit concussus ad vocalem arteria[m], siue gurgulionem; hac concussionem sonu[m] efficit. Manifestu[m] enim est; quod aer per respiratione[m] attractus inquantu[m] huiusmodi non efficiat vocem. Alioqui perpetuo homo voce[m] adereret, cu[m] perpetuo respiret. Sed neq[ue] solu[m] aeris pri[us] attracti emissionem. Nam & silens homo emittit attractum aerem. Veru[m] cum intus contentus aer cum impetu cocutitur ad latera gutturis, ad vocalem arteria[m], ita demum vox efficitur. Ex quo primu[m] euidentis est ratio, quare pisces in aqua vocem non forment. Sola enim respiratio possunt vocem adere, piscibus autem non est respiratio. Item neq[ue] vocalis habet arteriam aut gurgulionem, Quidam tamen pisces sonitu[m] alique[m] faciunt attritu brachiaru[m], qui vox non est dicendus, quemadmodu[m] neq[ue] sonus quem faciunt apes & musce co[n]fricatione siue impulsu alaru[m]. Imo neq[ue] quilibet sonus ex partibus humani corporis factus vox dicitur, quemadmodu[m] manu[m] coplosio, aut pedum concussio non dicitur vox, eo quod non sit ex collisione aeris respirati ad vocalem arteriam. Patet etiam quod sonus ille que[m] faciunt dormientes dum stertunt non mereatur vocis appellationem: tamen si fiat ex aere per respiratione[m] attracto. Non enim sic hic sonus per concussione[m] aeris ad vocalem arteriam. Quod autem additur in definitione, cu[m] imaginatio neq[ue] id est, intentione aliquid significandi, ideo additur, quia hac est natura vocis, & ad hoc vox ordinatur a natura tam in hominibus q[uam] in brutis, vt per eam aliquid significetur. In hominibus quidem, vt inuicem sibi possint indicare mentis conceptu[m] & animi cogitatum, inuicemq[ue] sibi secreta animi patefacere & commu[n]icare, non necessitatis solu[m] sed etiam amicitie gratia. In brutis autem, vt affectus sensuales possint aperire: verbi gratia, concupiscentia[m] cibi aut potus, iram, metum, gaudiu[m]. Que[m]admodum cu[m] canis latrat, iram indicat aduersus incognitum, vel cibum exposcit a dome

sico;

ORIBVS LIBER IX.

stico, quasi patefacies cibi defectu[m], & sui postulas fieri memoriam. Nonnunq[ue] vero ad gaudiu[m] ostendendu[m] & applausu[m], exclamant latratq[ue] bladius, virtutiq[ue] bruta in singulis affectibus exprimedis accomodatius vocibus, ijsq[ue] diuersis, iuxta q[uod] prudens speciei vnicuiq[ue] natura indidit. Vnde canes nuc[un]c latrates, nuc[un]c gementes, nuc[un]c eiulantes, nuc[un]c velut, secundum multiplicatu[m] sonantes, ad diuersoru[m] affectu[m] demonstratione[m] percipimus. Ponit quoq[ue] Aristoteles aliam breuiorem vocis definitionem, hanc videlicet.

Vox est sonus quidam animantis.

Qua ex precedenti supplenda & intelligenda est.

CAPVT X.

Quomodo respiratio item & lingua ad plura con-

ducit, & de vocali arteria. Ad exactius vero perspicie[n]du[m] natura[m] ipsius usq[ue] natura[m] authoris beneficiu[m], attende[n]do nosim plex esse respirationis officiu[m]. Nam primum concludit respiratio ad precordioru[m] calorem temperatum. Nam a corde calor nimius egreditur ad precordia, qui nisi continua aeris attractione refrigeraretur, impossibile foret animal in vita perdurare, faciliq[ue] caloris excessu absumeretur. Propter quod De[n]s natura pulmonem circu[m] precordia velut felle[m] posuit per circuitu[m], qui aerem sese aperies ac dilatatas continuo attrahat, iterumq[ue] se comprimens eiciat, vt attrahat alium; sicq[ue] perpetuo donec animal viuat, hanc seruat vicissitudine[m], hac autem respiratione non egent animalia exanguia, neq[ue] illa etia[m] que licet modicum sanguine habeant non tamen tantu[m] vt precordiorum ab eo inflammatio huiusmodi exposcat respirationem: cuiusmodi sunt pisces in aquis habentes m[en]tionem, vbi non potest fieri respiratio. Et quantum ad huc vsu[m], est respiratio necessitatis, propter scilicet animalis vitam conseruanda[m]. Alterum vero ad quod ordinat respiratio non necessitatis simpliciter est, sed tantu[m] boni gratia, & ad vtilitatem siue commodum animalis, hoc est, ad vocem formadam, per quam animi aut sensus exprimat affectus

V 3 atq[ue]



DE SENSIBVS EXTRI

atq; cogitatus. **C**Atq; ita etiam de lingua cosydes ramus, quod ad duo a natura deseruiat: quoru prius est, ad vitæ animalis quandâ necessitatem, ad gustû dum videlicet & discernendû inter sapes quod in animali est propter nutritione, ad cibi convenientis acceptatione vel disconuenientis abiectio. **A**ltex vero est solû boni & commoditatis gratia, videlicet loqui & verba formare: quod simpliciter non est necessarium humanæ vitæ, quandoquidē & muti absq; hoc officio vitæ seruant. Propter quod etiã primû officium in õnibus hominibus cernitur habere lingua, donec viuunt: secundû verò quibusdã deficit. **D**e vocali autē arteria ad quã superius dictû est fieri debere collisione aeris ad formandã vocem, notandum est, quod distinguitur a via cibi. Est enim alius meatus per quẽ cibû trãsit ad stomachû, & ali⁹ per quem aer per respiratiõne attrahitur, voxq; format. Nam via cibi ad stomachû tendit, via autē aeris siue vocalis arteria ad pulmonẽ, cui adfert aerẽ pro cordis refrigerio: estq; via aeris multo arctior & angustior, quã sit via cibi. Et quia nõ longe a via cibi vocalis arteria distat, iccirco prouidissim⁹ naturæ author operimentû ei desuper posuit, quod dũ animal cibû sumit viam vocis claudit, ne aliquid alimentû a suo tramite deuians, inq; ipsam incidẽs, animal adferat vitæ periculû, ipsum suffocando aut strangulando, quẽadmodû nonnunq; accidere videmus ijs qui inter æpulas profusius solent cachinnare: quod vbi contingit, non cessat pulmo tussim concitare & aërem versus partẽ superiorem fortiter pellere, vt vel impetu eiciatur (si fieri potest) quod aeris tramitem impedit, & nisi pellatur, animal strangulat.

CAPVT XI.

De vocibus articulatis & inarticulatis.

Quid articulatavox.

Quadã autē voces sunt, quæ certis articulis possunt distingui, & secundum particulas aptam distinctionem ita percipi, vt etiã respondentibus literarum figuris describi possint, quemadmodum experientia monstrat, illas nos certis characteribus depingere, quæ ab hominibus vo-

ORIBVS LIBER IX

Fo. 156.

nibus vocibus articulatis proferuntur. Est em̄ inter articulos vocis & characteres huiusmodi mirabilis quãdam correspondẽtia, per quam sit vt vnũ horũ alteri respondeat, possitq; alterũ alterius fungi officio. Quicquid enim per vocem præsentis facimus, id per scripturam correspondẽtem absentes quoq; agimus: suntq; literæ ipsæ quãdam vicariæ absentium voces.

Illa autem vox quæ nullis certis distinguitur articulis, vt possit correspondẽtib; characteribus figurari, sed prorsus indistinãta est & membris nõ distinguitur, dicitur vox inarticulata. Cuiusmodi sunt voces brutoru animalium, vt bouis mugitus, ouis balatus, canum latratus, equoru hinnitus, iteq; auis garritus: q̄q; per artem & humanã industriam harũ quãdam videmus pauculas aliquot articulas voces formare, quod ab illis famis inedia, & importus nõ præceptu potissime extorquetur. Id quod de Psittaco ac coruis Satyricus Persius testatur his versib⁹

Quis docuit Psitticum suũ chære? Coruus quis docuit verba nostra sonare? Magister artis ingenij glangitor, venter. Voces item puerorum clamatum, & ebriorum atq; furiosorum vociferatum hisq; confimiles, articulatæ nõ sunt, cum nullis figuris respondentibus possint depingi. Quis enim bouis mugitû quis canis latratum aut titulatû depingat vllis characteribus? Sic & muti vocem quidẽ dant, quia tamen eam non debite articulatęq; distinguunt, vocẽ non proferunt articulatam.

Vbi attendendum est, quod longe aliud est loqui, aliud vocẽ formare. Neq; enim quicunq; vocem formãt loquitur. Loqui enim dicuntur illi tantum qui verba formant. Non omnis autem qui vocem edit verba format. Non format enim verba, nisi qui articulatam profert vocem. Nam voces inarticulatæ verba non dicuntur. **P**rocedit autē hæc articulata eloquutio ex mētis conceptione neq; inuenitur nisi in humana specie. Ex ratione enim & mēte oritur articulata eloquutio: quẽdũ id q; ordinatẽ cõcipit & apud se cogitat, suæ naturæ consorti, id est, conuiuentibus

V A hominibus

DE SENSIBVS EXTRIN

hominibus cupit significare, vocem talem ædit secū
dum suos articulos & membra apte distinctam, quæ
id quod in mēte est, possit debite & ordinate (iuxta
quod in ea est) representare. ¶ Verū quia vox nō
potuit nisi ad præsentēs fieri, neq; sonare potest ad
nimium distātes, frequenter autē vsuuenit, vt quis
longe absentibus proditum velut animi sui concep-
tum, hinc & scripturam adinuenit humana ratio ar-
ticulatam, quæ vocis defectum suppleant. Nam literæ
apud absentes vocis vice funguntur. Est autē &
scriptura quedā inarticulata, nō min⁹ q̄ vox: qualis
videlicet est quam pueruli anteq̄ characterū formā
effingere sint edocti, incerto calami tractu depin-
gunt. ¶ Aduerte tamen non esse solum voces ar-
ticulatas eas, quæ in idiomate aliquo determinatam
habent significationem. Nam cum interdum homi-
nes ad iocum animi gratia, linguā peregrinam aut
barbarā se loqui fingunt (veluti si fingens peregrini-
um me idioma loqui, pleno ore dicam bukkambar-
bucachū, vel alia huiusmodi) voces utiq; sūt articu-
latæ, non tamen in yllo idiomate (quod equidē iei-
am) quicquā significat. At tamen potest omnis vox
articulata ad significandum imponi, & vox ad placi-
tum instituentū fieri significatiua: quemadmodum
voces nouas quotidie videmus recipi ad significa-
tionem, quæ ante hæc in nullo idiomate fuerūt sig-
nificatiuæ. ¶ Sciendum est etiam, quod solæ vo-
ces articulatæ ad placitum instituentium significāt.
Omnia enim idiomata quantumcūq; barbara, vo-
cibus vtuntur articulatīs ad sui animi conceptus ex-
primendos. Neq; vllum est idioma aut esse potest,
quod in articulatīs vtatur vocibus. Plerq; tamen
voces inarticulatæ sunt significatiuæ naturaliter, ut
mirum omnes illæ quas ex naturæ instinctu vides
in animalia bruta ad aliquam sensus passionē in-
dicandam formare. Neq; solum in brutis, verametiam
in hominibus, vt ploratus infātum, gemitus in-
firmi, suspirium dolentium. In animalibus etiā
bruis, iarratus canum, mugitus bouum, balatus ouiu-
um. ¶ Ad huiusmodi autem articulatæ vocis for-
matio

Vox
uatura,
liter si
gnifica-
tiua

ORIBVS LIBER IX.

mationem, nō sufficit pulmo & vocalis arteria, sed Fo. 157
alia insuper instrumenta sunt necessaria, quæ voci
dant articulationem. Nam præter illa duo (quæ ad
simplicem vocem formandam sufficiunt) requirun-
tur etiam lingua, palatum, dētes, vt minimum qua-
tuor, ad quos fiat velut limatio atq; collatio, & duo
labia, per quæ fiat expressio. Et in quibus hæc instru-
menta deficiunt, aut fuerint impedita vocem hi effi-
ciunt inarticulatam. Vnde vetulas dentibus defici-
entes videmus vix articulatam vixq; distinguibile
sermonem posse edere, item & eos qui linguam nō
habent integram, vel non liberam & ligatam.

¶ Sed hæc de voce articulata & inarticulata dicta
sufficiant: quæ ob hoc prolixius aliquanto deduxi-
mus, quod ab alijs plerūq; videremus omissa, cum
sint tamen valde digna cōsideratione physica. Vox
enim huiusmodi articulata est, quæ homo manifes-
to & speciali Dei beneficio cætera animalia præcel-
lit: propter quod solus etiam peculiariter ad eam ha-
bet instrumenta quæ illa non habent.

CAPVT. XII.

De sono qui appellatur Echo.

Vandiq; autem auditur sonus quasi redi- Echo
ens illuc vnde fuit emissus, & velut sonus
soni vestigium subsequens. Quod fieri acci-
piendum est per reflexionem soni repercus-
si ab obiecto corpore, sicq; reuertentis ad aurē: qui
sonus, cū longinquior adueniat ad aurem (vtpote
reflexus & repercussus, ad modum pilæ resiliens a
loco ad quem directē fuerat proiecta) merito poste-
rior tempore auditur. Fit autē hæc reflexio & reper-
cussio maxime circa mōtes aut sylvas & aquas, aut
in corporibus concavis vt in templis habētibus re-
flectentes testudines. Et illic tardius subsequitur
Echo primum sonū, vbi latior est reuerberatio, dis-
tātq; longius id vnde fit repercussio. In templis ve-
ro breui & apta testudine coaptatis, vix Echo au-
ditur subsequi: sed simul cum prima voce se adun-
gens, quasi sonū duplicat, & mirum cantantibus est
subsidiū, si pauci sint: quæadmodū cōtra onus graue
V s. si nimis

si nimis, eo q̄ subsequens fortis reflexio prioris emis-
si soni, grauet & velut opprimere labore sonū dire-
ctum, emissum posterius. ¶ Vbi notandū, quod
(iuxta Aristotelis sententiā) semper fit soni reper-
cussio & reflexio, quamuis non semper percipiatur.
Interdum enim ita debilis est reflexio, vt non va-
leat percipi: quemadmodū lumen quidem semper
refleſcitur & reuerberatur, sed plerunq; tam infirma
est reuerberatio, vt lumen non iudicetur, quē admo-
dum in vmbra candelæ per noctem contingit, vbi
in vmbra est quædam luminis reflexio, sed non iu-
dicatur a sensu propter debilitatē. Nam si non esset
reflexio luminis, loqueretur per diem loca omnia
plena esse tenebris ad quæ non pertingeret directus
Solis radius, atq; ita loca plurima destituta essent
lumine. Sed quia lumen solis admodum potens
est, ideo etiam reflexum ipsius luminis facile cer-
nimus, ita ergo dicunt in omni sono fieri reflexio-
nem, sed non semper auditu percipi. ¶ Et quan-
cōmuniter Echo non nisi in terminatione soni au-
ditur, fit tamen priorum partium soni atq; reflexio
sed nō aduertitur, propter partem soni subsequentiē
que fortius immutat auditum (cum sit sonus dire-
ctus) quam Echo, cum sit sonus reflexus. Verba au-
tem Aristo. sunt hæc.

**Fit Echo cum aer factus vnus ob iuas vel
locum quæ terminauit ipsum atq; dislo-
ui prohibuit, inde resilit veluti pila re-
pulsus,**

Quorum sensus ex præcedentibus claret.

CAPVT. XIII.

¶ Quod visus nobilior est auditu, & quomodo vi-
sus auditum anticipat.

Quoniam vero visus mouetur a suo obie-
cto, absq; motu locali, & absq; reali sui obie-
cti in medium effusione, tātum speciem ob-
iecti absq; omni corporali immutatioe, per
medium

medium deferens suscipiendo. Auditus vero nō ni-
si per exteriorem motum corporalem, & realē ob-
iecti proprii in medium effusionem: ideo visus
spiritualior & nobilior iudicatur, q̄ auditus, ac per
consequens ceteris etiam sensibus auditu minus spi-
ritualibus. Visus enim omnium sensuum spiritalis
lissimus est, & per consequens maxime sui obiecti
facillime perceptiuus. ¶ Atq; hinc etiam est quod
dici solet, visum anticipare, siue anteuertere auditū
Prius enim ad organū visus peruenit obiectū ipsius
secundū suā speciem, q̄ ad auditū perueniat ipsius ob-
iectū. Quia enim sonus diffunditur per motum lo-
calem, qui successiue fieri debet & tempus postulat
(cum sit motus corporalis) color autem absq; motu
corporali suam speciem diffundit in oculo, ad eū mo-
dū quo lux suam diffundit lumen (id est, in momen-
to absq; successione) ideo non mirū videri debet
si visus citius percipiat colorem aut lucē q̄ auditus
sonū. Hoc autē est, visum anticipare vel anteuertere
auditū. ¶ Quod experientia quidem nobis ad o-
culū in nonnullis manifestat. Qui enim a longe spe-
ctant cedentes ligna in syluis, prius vident securim
ferientem truncum, q̄ sonum ex percussione sequen-
tem aduertant. Imo prius in altum eleuasse eos secu-
rim ad iterum feriedum cernunt, q̄ prioris ictus son-
itus ad aurem fuerit delatus. Idem vident qui a lō-
ge mulierculas super aquas linearum immundicia-
as eleuato ligno excutientes spectant. Id ipsum quo-
q; & in choruscatione contingit, dum prius fulmi-
nis splendorem oculus cernit, q̄ ad aurem tonitru-
i sonus pertigerit, cum tamen secundum veritatem
tonitru concussio præcedat.

CAPVT. XIII.

¶ Quomodo in homine visus & auditus ad singu-
larem finem ordinantur.

Illud autē in consyderatione operū Dei & natu-
ræ valde admirabile est, quod in humana specie
non solū plura voluit ponere organa, & nobilita-
ta q̄ sint in speciebus inferioribus brutorū animalū
vtrūctiam eadem illa que cōmuniter dedit homini
& alijs

Visus
anticipi-
at audi-
tum.



& alijs animalibus, in humana specie ad vsus quosdam peculiare & secundū singularem aliquam excellentiā constituit. Visum enim & auditum cōmuniem fecit etiam alijs animalibus, eatenus videlicet quatenus suæ conueniret naturæ, vt scilicet a lōge possent alimentum & sibi conuenientia videre ac prosequi, aut disconueniens & inimicū fugere, itēq; per sonum vel incitari ad id quod cōueniens est vel absterri ab eo quod disconueniens. Peculiariter etiam propter hominis vtilitatem: (cui a naturā cætera sunt subiecta) vt per humanæ vocis sonitū possent dirigi & gubernari, quemadmodū animalia domestica videmus ad vocē hominū vel accedere, sumendi pabuli gratia, vel effugere & a tentato desistere, propter vocis terrorē, aut etiā moueri & gradū sistere, secundū directoris imperiū.

Arist. in
li. de sensu
& sensu
lib. 1. cap.

Cum homine autē peculiariter hi sensus altioris boni (vt Aristoteles ait) id est, disciplinæ & prudentiæ gratia sunt. Ostendunt enim (vt ipse ait) plurimas rerum differentias, ex quibus consurgit contēplatio, & eic ea agibilia humanaq; actiones discretio. Hinc sensus plerūq; prudentiores sunt, vt pote plures habentes diuersarū rerū experientias, quæ ex particularibus rebus sepius visis vel auditis gignuntur in homine, per cōparationem intellectus. **E**st tamen differentia quædam inter visū & auditū, quod visus ad plura per se dinoscenda secundum se melior promptiorq; habetur, & quantū ad ea quæ corpori sunt necessaria magis homini deseruit, quoniā vbiq; sese offerunt visibilia, non item audibilia: nec sic ad animalis bonū & vitam intertinendā est necessaria sonorū, vt colorū perceptio atq; discretio. Oia enim corpora occurrentia colorē habēt, insuper etiā sensibilia cōmunia magis visus discernit q̄ auditus. Soni vero in paucis inueniuntur, & non ita passim occurrunt. Vox autem in paucioribus reperitur. **P**er accidens tamen auditus melior est, & quantū ad animam vere vtilior, quoniā disciplinæ plurimū cōfert: propterea quod ad disciplinā capiendā hic sensus optime subserviat. **S**ermo sūquo dōcens.

uens vtitur, non nisi per auditū capitur, atq; ita rerū vtilissimarū & dignissimarū cognitio, auditus ministerio in nobis cōparatur. Vnde fit vt qui a natiuitate cæci fuerūt, nullū habeant impedimentū quin euadant doctissimi atq; sapientissimi. Nati autē surdi nō admodum possunt esse sapiētes, tamen ex visis possunt habere magnā in particularibus experientia ad ea. **H**æc tamen vtilitas de qua loquimur, ipsi si auditui per accidens cōuenit; Sermones enim illi pleni disciplina, quātū ad ipsū corporis auditū nihil amplius efficiunt in homine q̄ si aliā quālibet edas vocē: quō in brutis animalibus videmus q; nihil amplius accipiant ex sermonibus plenis prudentiæ si in aures eorū insonēt, q̄ ex vocibus nihil significātib. Sed intellectus est, qui per auditus ministeriū ratiō homini cōfert sublimitatē. Visus ergo per se ad plura eaq; animali secundū vitā corporis magis necessaria est melior, auditus vero per accidens ab ea quæ mētē oblectāt, & intellectui cōducūt vtilior habetur. Qua de re forsitā in libro de intellectu & voluntate latior fiet determinatio.

CAPVT. XV.

De olfactu & eius obiecto.

Post visū atq; auditū, tertio loco ponitur olfactus, qui perceptiuus est atq; discretiuus odorū. Est autē hæc potētia sita in duabus carūculis, quæ sūt intra nares similes capitibus māmillarū q̄ sūt organū olfactus. Estq; hoc organū secū dū aliquā participationē naturę igneę & igneū aliquod, quæ admodū organū visū supra dixim⁹ esse de natura aque & auditū de natura aeris. Ad quod organū cū odor a corpore odorifero diffusus pertingit fit odoratio.

De modo autē quo odor a corpore odorifero pertingit ad olfactū, notādū sicut de sono dictū est, ad eius diffusionē requiri motū localem, ita ad odoris diffusionē sumalē quandā euaporationē siue exhalationē. Corpora em̄ odorifera dicūtur euaporationes quidā & (vt dicā) effumationes aliquas efficere, per genus vaporis ab eis resolutionē. Cuius signum est, quod teporis successu minui videntur, id quod per euapo

Olfact⁹
instrumē
tū & ob
iectum

Mediū
olfact⁹
est aer
& aqua



DE SENSIBVS EXTEI.

euaporationem satis probabiliter videtur contingere. Vnde per diem (quādo calor viger) flores expectimur magis odorem diffundere q̄ per noctē. Cuius nō alia videtur causa, nisi quod calor diei educit fumositates aut vapores a corpore odorifero, friguit aut noctis, quodammodo cōdensat atq; constringit, odorabilia, ne tunc ita fumositates effundant.

Manifestissime vero ad oculū cernim⁹ cū odorifera (vt thus & ligna boni odoris) cremā per multā fumositatū exhalationē copiosissimū effundi odorē. Vnde licet hanc euaporationē oculus aperte nō semper percipiat, est tamen omnino rationi id percipibile ex his quæ cernim⁹, a rebus odoriferis virtute caloris cuiusdam qui in odorifero est aliquam fieri euaporationē, per quā odor diffunditur ad organū olfactus: a quibusdam quidē grossiōtē, a quibusdam vero subtiliorem iuxta naturam & dispositionē corporis odorē fundentis. Ex quibus ratio claret, ob quā corpora quædā nullum de se fundunt odorē, quia scilicet nullam de se fundunt euaporationē, neq; effumabilia sunt; quæ etiā tēporis successu non videntur minui. Imo nec in igne posita minuitur, quemadmodū aurū quōd dicunt esse minime odorabile, quoniā ex eo nihil resoluitur, propter quod & igne nihil deperdit. Aduertendū tamen, quod multa corpora aliquem de se odorē fundunt, & aliquā euaporationem, quæ tamē nō facile homo percipit, eo quod homo sit imperfecti odoratus, neq; possit nisi excellentiores odores percipere. Vnde dicit Aristoteles, ferrū habere odorē, & magis æs, aurū autē nequaq; Nobis tamē vulgo vt nō aurū, ita nec ferrū neq; argentū videtur odorē diffundere. Quod autē homo imperfectū habeat hunc sensum odoratus, experientia satis monstrat, quoniā quidem animalia quædā acutius exactiusq; olfactiunt, vt canes & vultures. Vnde hunc sensum præ omnibus dicūt in homine esse imperfectissimū causam assignantes, eo quod iuxta cerebrū eius organū sit positū. Homines autē in cerebri magnitudine & frigiditate, cætera animalia excedere, cōpetum est

ORIBVS LIBER IX.

Fo. 136

eam est. Vnde oportet organū olfactus (quod igne naturæ est, calidoq; & sicco perficitur) impedimentū aliquod accipere ex vicinitate cerebri in qualitatibus cōtrarijs ex cellentis, vt nō ita exacte possit sinagula percipere quomodo in alijs animalibus in quibus non est tanta cerebri frigiditas aut magnitudo, aut in quibus non est tanta vicinitas huius organi ad cerebrum.

CAPVT. XVI.

Quomodo odoratus in hominibus secundū aliquid perfectior est, secundū aliquid imperfectior.

Videtur tamen quod hic dicitur de imperfectione odoratus in homine, secundū debitā moderationē sane intelligendū nō quidem vt simpliciter sit peior olfactus in homine, sed quātum ad aliquid. Simpliciter enim dicendū potius, quod præcellat hominis odoratus. Pro curus in **Duplex** odor, intelligentia aduertendū est, quosdam esse odores, qui grati sunt aut ingrati olfactui, ipsiq; vel delectationē vel tristitiā adferunt per accidens tantū & propter alterū, nempe propter sapore & alimentū, quem admodum odor carnis igne cōcoctæ & ad esū aptæ ipsi olfactui gratus est & propter sapore & propter cibū, vt scilicet ex odore tali grato attrahatur ad appetendū & quærendū huiusmodi cibū. Nā sicut sapores cibariorū sunt delectabiles & grati esurienti ita & odores. Odores tamen ad sapores ordinantur Vnde saturatis & expletis posteaq; sapor sit ingratus nō ampli⁹ gratus est odor ille, qui propter sapore expectitur, sed incipimus fastidire quod ante appetebatur. Vnde etiā fit, vt odor idem qui vni animali est ingratus & execrabilis, alteri sit placens & delectabilis, propter sapore ad quē ordinatur. Quemadmodū (exempli gratia) canis est odor cadaueris gratus, eo quod & sapore oblectetur. Homini vero, quem admodum sapor, ita & odor detestabilis. Sic allij odor, ipsi qui sapore & esum amant, nō est ingratus: cōtra vero, illis est abominabilis odor, quibus sapor displicet. Hi ergo odores qui sic propter sapore appetuntur, sunt per accidens appetibiles. Alij vero sunt odores qui per se adferunt delectationē, & nō propter

DE SENSIBVS EXTEI.

Odores propter alterū: cuiusmodi est odor florū, itē & aromatum odoriferorū, quæ nō nisi ad olfactū pertinet. Hæc enim nō propter gustū expetuntur, neq; gratia alimenti, sed propter ipsam odoris in sese gratiam. Inter hos autē duplices odores ponit Aristoteles talem differentiā, quod primos cōmuniter & homines & bruta percipiāt, quoniā æque scilicet vtriq; alimentū accipiūt, quod per odorē cognoscūt esse naturæ cōueniens vel discōueniēs. Secūdos autē odores solū dicit hominē odoratu percipere. Nō em̄ videmus canes (quæ acuti admodū olfactus) vllō modo moueri ad florū odorē: & si canis in gramine locum sibi quarat cubādi, nō videtur magis ad locū vbi flores sunt odoriferi, caput reclinare, q̄ ad locū aliū vbi similes nō fuerint. Si tamē florū odorē perciperet, videtur quod magis ad locū boni odoris naturaliter olfactus organo ferretur. Cū ergo homo nō solū odores illos qui propter alimentū expetuntur aut fugiuntur olfactu percipiat, verum etiā illos qui per se & nullius alterius gratia olfactū oblectant, manifestū apparet quod simpliciter in homine q̄ in alijs animalibus olfactiua potentia nobilior sit atq; sublimior. Quāto enim potētia quælibet latius se extendit tāto videt nobilior. Et præcipua ratio ob quā homo præter animalia cetera etiā odores se appetibiles percipiat, videtur esse nobilitas & præcellentia ipsius potētiae in homine supra potētiam similem in brutis alijs: quæ admodū in homine auditus nobilior est & sublimior, q̄ in alijs animalibus, eo quod nō solū sonos discernere, sed articulatas voces distinguere possit. Quod autem superius diximus imperfectū esse hominis olfactū, propter cerebri magnitudinē, frigiditatē, & propinquitatē, ita accipiens dum est, quia si fiat cōparatio olfactus humani, & olfactus canini ad vnum aliquē odorē qui vtriq; perceptibilis, id est, ad odorē comestibilis, talis odor citius & longius mouebit canis olfactū q̄ hominis. Et huiusmodi odorem aliquē contingit canē percipere suo odoratu, quem minime percipiet hominis odoratus Leporis nāq; q̄ per viā transit, odorē percipit

ORIBVS LIBER IX.

capit suo acutu odoratu, quem nequaquā sentit hominis olfactus. Ac iuxta hunc modū & de alijs sensibus intelligendū venit, si quid aliquādo simile dicitur, videlicet aliquē ex eis meliorē aut perfectiorem inueniri in bruto quolibet quam in homine.

CAPVT. XVII.

Non oportere odorem realiter ad organum vsq; diffundi.

De euaporatione autē illa & effumatione per quam diximus odoriferum immutare olfactum, an debeat fieri vsq; ad organū olfactus quæstio est similis illi, quæ prius de sono & motu locali aeris facta est, an debeat vsq; ad organum sonus per motū deferri. Quare proportionabiliter de hac fumali exhalatione dicendū videtur, quem admodū illic de soni per motum localem aeris diffusionem: videlicet nō esse necessariū, vsq; ad organū olfactus realiter diffundi odorē per euaporationem, sed sufficere, quod per locū propinquū odorabili realiter per euaporationē diffundatur odor, qui deinde in medio suā speciem fundit, sicq; per suā speciem ad organū vsq; pertingit. Videtur autē hoc manifestare experientia, quoniā animalia quædā ad maximā distantiam dicuntur odorari ita vt rationi consentaneū nō videatur, a corporibus ipsis odorabilibus in tam longū spaciū fieri euaporationē. Quod autē in loco propinquo odorabili fiat realis euaporatio, similiter probat experientia: quoniā si quis transeat per agrū valde odoriferum: quādo maxime odor viget, sentiet se realiter quasi impleri per euaporationē fumo sitatum, quas intra se suscipit. Iuxta quē modū illi qui iuxta cibos proximi versantur coqui & culinarii, ciborum odore pleni dicuntur. Vt plerunq; etiam de delicatissimis ferculis vel nihil vel parum admodum valeant māducare; quod ideo fieri videtur quoniam intus existens prohibet extraneum. Quod autem pleni sunt, nisi fumo sitatibus eiusmodi ciborum, quas per olfactum & per respirationem intra se suscipiunt, propter crassam euaporationem, quæ fit decoquente igne, ac resolvente abundanter vapores

Culinarij quas re parū edant.



DE SENSIBVS EXTERI;

porēs, atq; exhalationes a cibo qui coquitur. Ad eundem modum qui in penu plenū odorifero vino ingrediuntur, mox se quasi impleri sentiunt, adeo vt nonnunquam velut ebris appareāt egredientes. Qui vero a longe tantum cibi vel potus odorem percipiunt, eos non sic impleri experimur neq; vllum ex longo odoratu accipere fastidium, imo accenduntur magis & anhelant, vt diu odore perceptum commodum cibum, tādē accipiant. Vnde argumentum sumitur, quod nullam in se substantiam odoriferam per euaporationem susceperint, sed specie tantum sint odoris allecti,

CAPVT. XVIII.

De diuersitate olfactus, & organi eius varia dispositione.

Duplex odorandi modus.

Notandum vero, quod non idem est in omnibus odorandi modus. Quædam enim sunt quæ per respirationē odorant, alia vero absq; respiratione. Homo enim & cætera animalia in quibuscunq; est respiratio, non odorant nisi per respirationem videlicet per attractionem aeris Cuius causā assignat ex parte organi olfactus, quod in animalibus respiratione vtētib; cooperulo in modum ostij est munitum, vt nihil possit ad catunculas illas in quibus situs est olfactus pertingere, nisi operculum illud leuetur & quasi ostiolum aperiat. quod fit per attractionem aeris, non vtiq; per os, sed per nares. Monstrat enim hoc experientia, si tibi flos quantumlibet odoriferus ante nares tenetur, nunquam eius odorem percipies ab organo donec aerem contines absq; respiratione, aut donec tantum per os respiras; nisi videlicet per nares aerē frahas ad apertionem operculi, sicq; simul cum aere attracto odorem ipsum vel odoris speciem ad organum olfactus adducas. Sūt autem alia animalia quę olfactū habēt, & tamē nequaquā respirant, vt pisces, apes, mulcæ, & formicæ. De his enim experientia certissima mōstrat, quod odoratum habeāt. Nā mulcæ de longe ad escam veniūt odore allectæ. Apes vero flores an ad mel exugendū cōuenientes sint, an mīnus, odo

ORIBVS LIBER IX.

rātū discernunt. Nō enim videtur, quo sensu alio id faciant. Et formicas manifestissime ex hortis videmus ad apothecas rerum dulciū cōscendere in multo numero, sola allectas odoris dulcedine. Hæc tamen omnia non respirant. Necessē est ergo aliū esse modū in his animalibus olfaciendi, q̄ sit in respirantibus. Pro cuius noticia aduertendū est quod sicut animalia non omnia eundem habent modum videndi, sic nec omnia eundem habent modum odorandi. Quædā enim animalia oculos habent molles, Et hæc palpebras habēt, quibus molles oculi obvoluūt & operiuntur, vt claudi possint neq; semper pateant. Si enim operculum non haberent, molles eorū oculi facile susciperēt læsionē; Molle enim facile suscipit læsionem, nisi aliquo munimēto defendatur. Quædam vero animalia duros habent oculos, in modum cornu aut solidi vitri. Et his operimentū palpebrarū natura nō contulit, neq; aliquid quo claudi possint, sed patentes semper esse permittit. Nam propter duriciem, nō est eis periculum læsionis. Illis autem mollibus oculis nō semper presentibus sunt neq; expositi colores, neq; percipi possūt ab eis nisi reuelato operculo, nisi palpebris distūctis. Qui autem nullum habent operculū, semper sibi expositos habent colores, neq; vllius egent operculi ablatione vt videant. Cetera sane & in odoratu dicendum animalia illa quæ respiratione vtuntur olfactum habere à natura reconditū & operculo clausum; quare non nisi huius ianuar apertione recipiūt odores. Fit autē hoc aeris per nares attractione. Cætera vero animalia nullum habent huiusmodi operculum; propter quod semper presentes sibi habent semperq; expositos odores, neq; operculi reuelatione indigent. Possunt ergo absq; respiratione odorare quod nō possunt priora animalia respirantia. Ex quo consequitur, animalia respirantia in aqua non posse odorare; cum illic nequeat fieri respiratio. Pisces tamen in aqua id possunt, eo quod respiratione non habeant opus.

Quorū dā animalium oculi palpebris nō operiuntur.

CAPVT. XIX.

De gustu & eius organo. X 2 Gustus

DE SENSIBVS EXTERI'

Gustus
instru-
mens
tū &
mediū
& obiectum.

Saliva
quorsū
cōferat
animali

Gustus inter exteriores sensus quartum locū obtinens, sapes discernit, in lingua habens suum organum. Non tamē linguā totam, sed neruū qui in lingua latet absconditus. Ceterum, caro ipsa porosa linguæ, quæ neruum operit & abscondit, mediū est per quod fit gustatio. Habent enim gustus & tactus hoc sibi peculiare, quod mediū habeāt coniunctum, quā videlicet organū ipsū & mediū, simul sūt in vnū corp⁹ & in vnū mēbrū cōposita, Sensus autē alij de quibus iā ante determinauimus, mediū habēt extrinsecum, aerem scilicet vel aquam, per quam species obiecti ad sensum defertur. Ad hoc ergo vt fiat gustatio, non sufficit, quod prope adferatur obiectū, id est, sapor, vel sapidū aliquid: sed nec esse est quod tangat carnem linguæ, atq; in eam suā imprimat speciē, quemadmodū non potest fieri visio coloris, nisi immutato aere & impressa in eū sua specie. Quemadmodū enim se habet aer ad colorem in ordine ad visum, ita sapor ad carnē linguæ, in ordine ad gustū. Quomodo autem color vt in mediū aerē suam imprimat speciē, requirit illuminationem, sonus vero aeris motum, & odor euaporationem: ita sapor vt linguam immutet suamq; speciē in eam imprimat, requirit humoris saluaris coniunctionē. Oportet enimapidū cōiungi & cōmisceri saluari humori, qui a natura seorsum per est circa linguam, vt immutetur gustus. Vnde quando in febricitatibus nimia siccitate humor iste deficit, & grossos ipsos nullo videmus oblectari sapore. Sunt enim eis omnia quasi insipida, propter ariditatem linguæ & humoris defectū: nisi forte aqua aut fructus aliqui, qui secum humiditatē adferunt, aliqua ex parte supplemētum saluaris humoris officium. Cum vero saluam aliqua amaritudine contingit esse infectā, male iudicat lingua, dulce reputat amarum, propter infectionē saluaris. Est autē salua ab omni sapore denudata, vt commode posset omnem saporem discernere. Nō est autē saluaris iste humor proprie mediū gustus, quemadmodum neq; lumē mediū est visus, neq; euaporatio mediū est odoratus.

ORIBVS LIBER IX. Fo. 162

ratus. Sed est condicio quædam obiecti, requisita vt cōuenienter sensum immutet, & tale quiddam, sine quo obiectum nequit immutare suum organum.

CCAPVT. XX

Quomodo gustus est quidam tactus, & nihilominus secundum veritatem diuersa potentia.

Hinc autem sensum gustus, dicit Aristoteles admodum certum esse in hominibus, quod sit quidam tactus. Tactus autem certissimus & optimus est in hominibus, quemadmodū posterius declarabitur. Verum de huius dicti intelligentia dubitare solent, an senserit Aristoteles, secundū rem vere eūdem esse sensum tactus, & gustus, neq; realem esse ponendam diuersitatem, an secundū similitudinē potius id debeat intelligi. Est autem secūdum hoc probabilius, vt tantū secundū assimilatiōnem quandā dictum intelligatur, quomodo statua hominis interdū appellatur quidam homo. Vnde non simpliciter ait, gustum esse tactum, sed quendā tactum, tali nimirum adiecta diminuentē particula quomodo statua hominis quidā homo dicitur, non simpliciter homo. Consistit autē similitudo hæc in eo quod supra tetigim⁹, quod sicut gustus habet mediū coniunctum cum organo, sic & tactus. Itē quia vtriusq; organum ponitur neruus. Secundum veritatem tamen probabilius est ponere duas distinctas potentias, quarum vna per se percipiat saporum distinctionē, altera qualitates tangibiles caliditatem, frigiditatem, & c. Cuius est argumentum quod in lingua dicunt, Medici posse lædi gustum absq; hoc quod lædatur tactus. Et cum defectu saluaris humoris lingua non percipit sapes, tangit nihilominus, & qualitates tangibiles nihilo peius percipit. Videntur ergo secundum rem distinctæ esse potentia, quarū vna læditur vel impeditur absq; altera. Sunt autem saporū multæ species, quæ admodū & colorum. Est enim sapor dulcis & amarus, qui sunt sapes contrarij. Sunt præterea sapes res alij, pinguis, salus, austerus, acerbus, acridus &

Gustus
est qui
dā tact⁹

Varij
saporē,



DE SENSIBVS EXTERI.

das & alij quida, quos Aristoteles in lib. de sensu & sensato secundum analogiam & comparatione, ad colores extremos atq; medios accipit.

CCAPVT. XXI.

De tactu & eius organo.

Inter omnes sensus exteriores nouissimus est tactus, vt omnium materialissimus atq; crassissimus De cuius organo dixerunt aliqui, quod sit iuxta cor proportionem habens qualitatum tangibilium Sed experientia docet, sensum tactus per totum corpus esse expansum, ac proinde etiam eius organum Vbiuncq; enim & in quacumq; parte inuenitur operatio alicuius sensus, illic & potentiam talem adesse consequitur & vbi potentia adest, oportet ibidem esse & organum eius: quemadmodum si visionem experiremur in pede, oporteret & illic potentiam visiuam constituere, simul & oculum, aut aliam visui organum praeter oculum assignare. Quia ergo tactione fieri experimur per omnia corporis membra, ideo & potentiam tactiuam & organum ipsius consequens est per totum corpus fateri expansum. Est autem eius organum, non caro, vt quidam existimauerunt. Nam tangibile immediate applicatum carni immutat tactum: quod non faceret, si tactus organum esset caro Est enim maxima seu propositio ab omnibus vera concessa.

Sensibile positum supra sensum nequit efficere sensationem.

Neruum tactiuum organum mediu caro qua vestitur. Obiectum tactus.

Vnde si caro esset organum tactus, non posset tangibile apprehendere absq; medio sibi applicatu. Nervi ergo qui carne vestitur, ipse est tactus organum, qui per omnia membra expansus, animali dat in omnibus partibus tangendi potentiam. Caro autem neruo huic pro medio est, neq; requirit aliud, Tangibile enim carnem contingens, per eam qualitatis tangibilis specimen transmittit ad neruum tactiuum, ibiq; fit tactio Obiectum autem tactus est qualitas tangibilis, hoc est caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, graue & leue asperum

ORIBVS LIBER IX.

asperum & leue, durum & molle, viscosum & frangibile grossum & subtile. Omnia enim haec sensu tactus percipimus, principaliter tamen quatuor primas qualitates, sub quibus aliae comprehenduntur.


CCAPVT. XXII.

De tactu omni animali donec viuat esse necessarium.

Inuenitur autem in hoc sensu tactus multa singularia, quae non ita sunt in alijs iam determinatis sensibus. Primum enim, tactus solus omni animali inest & semper quandiu viuat esse necesse est, neq; potest esse animal sine tactu, neq; potest aliquid habere tactum quod non sit animal, Vnde solus tactus adesse animalis requiritur. Ceteri vero sensus ad bene esse, vt declarat Arist. vltimo cap. 3. li. de anima Visus enim (inquit) additus est animali, quo vitam in aere aut aqua aut aliquo perspicuo sibi vendiceret. Auditus quo ei aliquid indicetur. Oloratus quo odore a longe percepto ad alimentum se conuertat. Gustus quo iucundum sit ei alimentum & triste refugiat. Haec autem omnia ad esse animalis non faciunt, sed tantum ad bene esse. Et verisimile est, quaedam esse imperfecta animalia in quibus nec gustus quidem reperitur, vt pote terrae affixa aut in alimento suo perpetuo nata. Nam cum speciali nullo egeant cibo sufficiatq; eis id in quo perpetuo natant, aut cui affixa sunt, non eis gustus est opus, quo alimentum secundum saporem discernant, sed tactus eis sufficit quo alimentum percipiant, Gustus enim illis conuenit animalibus quae cibum habent disquirere, atq; eligere per saporis disjudicationem, & alium quidem occurrentem vt noxium relinquere atq; respicere, alium vero vt salubrem & conuenientem admittere atq; deglutire, aut non occurrentem diligenter vitari. Quod si in aliquot locis Aristoteles videatur contrarium dicere, esse videlicet tactum & gustum omni animali necessarios, gustus improprie accipi debet, secundum quod tactus ipse vt alimentum percipit, gustus quidam in eiusmodi imperfectis animalibus appellatur. Ratio autem quare sensus tactus sit omni animali quam diu est simpliciter necessarius cessat

Arist. 3. li. de anima

Tactus omni animali simpliciter necessarius





DE SENSIBVS EXTRIN

necessarius, hæc est, quia tactus sequitur proportio-
nem & harmoniam qualitatum primarum animali
omnino necessariam: quam harmoniam statim ubi
dissolui aut destrui contigerit, ipsum quoque animal
mox interire necesse est, simul cum sensu tactus pro-
portionem illam consequente. Et quod diu manet in ho-
mine harmonia illa quatuor primarum qualitatum
sufficiens ad vitam conseruandam, tam diu neque tactus
destruitur. Pariter ergo & vita & tactus in animali
ex eadem causa deficiunt. Aliorum autem sensuum nul-
lus, proportionem illam primarum qualitatum necessa-
riam animalis subsistentie consequitur. Nam quam-
uis omnes sensus in quodam temperamento, &
in quadam proportione recte dicatur consistere, ita
ut illa dissoluta harmonia, dissipata sit potentia illa
sensitiva quæ ex ea consequeretur (quemadmodum
visus destruitur temperamento illo quod in o-
culo est dissipato) potest tamen manere illa præcipua
& prima harmonia primarum qualitatum, quæ ad ani-
malis vitam conseruandam requiritur, dissolutis
alijs temperamentis. Itaque fit, ut absque ceteris om-
nibus sensibus possit tactus solus in animali persistere.

CAPVT. XXIII.

Quare tactum naturæ author per totum corpus
voluit expandere præ omnibus alijs sensibus.

EX hoc vero simul ostenditur, debere necessa-
rio per totum corpus expandi sensum tactus.
Quomodo enim proportio illa & harmonia
qualitatum primarum vitæ animalis necessaria, nulli
membro debuit abesse, ita neque tactus potuit vllum
membrum desitui. Quemadmodum si per totum
corpus idem esset illud temperamentum quod est in
oculo, ad quod consequitur visus, indubie conse-
quens esset, per singula membra diffusum esse sensum
visus. Est autem singularis etiam necessi-
tas, ob quam debuit tactus non in vna aliqua parte
tantum (ut ceteri sensus) specialem habitationem
accipere, sed per omnia corporis membra diffundi.
Videlicet quia excellentiæ qualitatum tangibilium
id est

Quare
natura
tactum
per
corpus
totum
expandit

ORIBVS LIBER IX.

Fo. 164

id est, ipsæ tangibiles qualitates, ubi in excellentia fuerint, per se naturæ sunt corrumpere ipsam animalis vitam
Cæterorum autem sensuum obiecta quantumcumque excellen-
tia, non sunt per se corruptiua animalis, quæ ipsum
suum sensum valeat corrumpere, ut (verbi gratia) excel-
lens lumen cadens super oculum, non potest animal in-
terficere, quæ possit visum indisponere, imperficere,
aut penitus auferre. Item sonus quantumuis vehemens
non potest animal interirere per sese quæ auditum
possit obruere, perturbare, aut perimere. Nam quod
nonnulli graui sonitu tonitruum inueniuntur subito de-
ficere, non ex sono est, sed ex vehemēti percussione,
vel ex fulminis aduenientis virtute, aut cõsimili mo-
do. Neque odor, neque sapor in quantacumque sit excellen-
tia, per sese corrumpit animalis vitam. At vero excel-
lens caliditas aut frigiditas, facillime animalis vitam
aufert propria sua actione. Clam vero, si in vna tan-
tum parte fuisset repositus sensus tactus, non esset a
natura sufficienter prouisum animalis vitæ: cum passi-
m occurrat & in omnia membra corporis offerat ses-
se tangibiles qualitates, quæ per suam excellentiam a
partibus illis, ubi tactus non esset, facillime animal
iduceret corruptione. Quæ admodum (exempli gratia)
si lumen excellens imaginemur per sese corruptiuum
esse vitæ animalis, non habeat autem homo nisi oculum
potentem percipere lumen: hoc posito, si oculus tantum
in vna parte corporis habeat locum, contingit animal
ipsum facillime interire cum videlicet a tergo vel a
pedibus lumen tale excellens (non aduertente oculo) ani-
mal corripuerit: eritque iam absumptum animal, priusquam
percipiat oculus corruptentis qualitatis excellentiam.
Recte ergo ad animalis vitam conseruandam naturæ
author sensum tactus per membra omnia extendit, ut
nulli quicquam posset corruptiuum occurrere, quod non
statim depræhenderetur, depræhensumque pro virili ca-
ueretur, aut fugeretur. Cæterorum autem sensuum nullum
obiectum per se actiuum est, nisi in partem illam in qua
sensus talis positus est, ut color & lumen quatenus
visibile non agit nisi in oculum, & sonus non nisi in au-
rem, & ita in cæteris: propter quod sufficit pro totius
corporis

X S



DE SENSIBVS EXTERI

corporis cōmoditate, vnicū esse membrū in quo tales sensus habeāt suā sedē, & ad quod obiecta omnia dijudicanda perferātur. Qualitates autē tāgibiles, in omnem partē corporis eque sunt actiuæ, neq; determinatam aliquod mēbrū spectāt. Ideoq; prouisum oportuit animali ex omni parte, & vndiq; vigilē ad hiberi custodiā, ne alicūde subito ab excellenti qualitate arreptū, ante tempus occideret.

CAPVT XXIII.

¶ Tactum nō penitus esse denudatū a primis qualitatibus, sed tantū ab earum excellentijs.

¶ Illud quoq; in tactu peculiare est, nec vlli aliorū sensuum cōueniens, quod ipsius solius organū a qualitatibus illis quas habet sensus, pro obiectis non est denudatū. Ceterorū enim sensuū organa (vt supra ostendimus) nihil eorū quæ ipsi percipiūt, actū habent: vt oculus ab omni est colore & lumine proprio liber; aer naturalis organum auditus ab omni proprio sono; organū olfactus ab omni proprio odore organum quoq; gustus ab omni proprio sapore.

Huius autē tactus organū nō videtur esse a primis qualitatibus denudatū, quoniā (vt iam dictū est) primarum qualitatū contēperamentū & harmoniā cōsequitur. Oportet ergo qualitates aliquo modo in ipso organo tactus inueniri, videlicet secundū contēperamentum, & mediocritatē quandā. ¶ Ab excellentijs tamē qualitatū tangibilū ipsum denudatum esse oportet. Ad hoc em̄ tactus datus est animali, vt per eū percipiat excellentias qualitatū tāgibilū: quas non posset percipere, si ab eis nō haberet suū organum denudatū. Atq; in hoc nō omnino ab alijs sensibus dissonat. Est enim eius organū sic denudatum a suo obiecto, quomodo ipsum perceptibile est a sensu. Nam tactus qualitatū primarum secundū suas excellentias est perceptiuus. Eas autē secundū hunc modum (id est, secundum excellentias) organum ipsius non habet, sed tantū secundum mediocritatem & contēperationem.

CAPVT XXV.

ORIBVS LIBER IX

Fo. 165,

¶ Qui fiat vt molles carne, tactus sint melioris atq; etiam melioris ingenij: contrario autem in duris.

¶ EX hoc autem quod tactus dicitur consurgere ex proportionē primarū qualitatū, cōsequitur quanto in homine fuerit tactus melior, tanto meliorem debere esse illius hominis complexionē. Accursus, quia iuxta corporis bonam complexionem est qualitas ingenij, fit, vt ex bonitate & præcellentiā tactus, recte etiā argui possit bonitas vel præcellentiā ingenij. ¶ Propter quod Aristoteles libro secūdo de anima, in capitulo de odore, ex præcellentiā tactus arguit hominē esse animalū prudētissimum. Quoniā enim homo (vt ipse ait, & veritas confirmat) certissimū habet tactū, atq; in hoc vno superat atq; euincit cætera animalia, cū in alijs sensibus ab animalibus quibusdā superetur, hinc fit, vt homo animalū prudentissimū cognoscatur. Sic quidem ex tactu, mētis aptitudo vel ineptitudo, id est, ingenij bonitas aut prauitas,prehēditur. Duros enim carne, mēte hebetes & ineptos: molles vero, bene aptos esse dicimus.

¶ Quæ quidem Aristotelis dicta ita possunt intelligi. Ingenij enim aptitudo consequitur bonitatē complexionis & bonum contēperamentū humani corporis, eo quod corpus humanum sit animæ in suis operationibus instrumentum. Vnumquodq; autem operans (cæteris paribus) melius agit secundū dispositionem instrumenti quo vtitur: quemadmodum scriptor calamo apto melius pingit, quā inepto & prauo. Vnde cū anima quātū ex se in oibus reque sit potēs operari & apprehēdere, oportet ex diuersitate corporis, vt instrumenti, prouenire diuersitatem ingenij. Itaq; bonā corporis dispositionem & proportionem sequitur bonitas ingenij. Eandem quoq; bonitatem complexionis in homine consequitur bonitas tactus. Melioris autē tactus experimur esse illos qui carne molles sunt, q̄ eos qui sunt duræ carne. Vnde illos qui sunt molles carne, experimur facillime affigi i cōtactu vel leuis excellētē alicuius tangibile.

Molles carne apti mēte,

¶ Qui



DE SENSIBVS EXTERI;

tangibilis qualitatibus, quā alius carne durior vix perciperet, si nō in maiori excellētia ipsius organo ad moueretur. ¶ Manifestū ergo est ex eadē radice proficisci hec tria, nempe bonitatē tactus, bonitatem ingenij, & carnis mollicie, ex aduerso autē prauitatem tactus, ineptitudinē ingenij & carnis duriciem. Propter quod, recte ex eo quod oculis & sensui patētissimū est, videlicet ex carnis mollicie, arguuntur possumus quod occultū est, nempe ingenij bonitatē: nō quidē vt ex causa effectū, sed quemadmodum duorū effectū ex eadē causa prodeuntū is qui manifestior est, arguit eum qui est occultior. Sic de carnis duritie ad prauitatem cōplexionis & ingenij. ¶ Hoc tamē aduertendū est, quod interdū contingit inueniri in quibusdā carnis aliqua molliciem ex nimia humiditate & nimia abūdantia flegmatis, quales videmus homines qui in locis frigidioribus atq; humidioribus generantur multū carnes succosq; plenos, propter quod molles carne iudicantur. Verum hęc mollicies bonitatē nō arguit ingenij, quoniā ex mala cōplexione & nō bona cōtēperatione procedit, neq; proprie & vere eiusmodi carnē molles dicēdi sunt, sed potius succosi, aut alia quouis appellatione nominādi. Neq; de hac mollicie volebat sua dicti intelligi Aristoteles. ¶ Ceterū, ex carnis mollicie & cōplexionis bona dispositione, aut ingenij bonitate, arguētari nō recte possumus aliorum sensuū bonā dispositionē, neq; ecōtrario ex aliorū sensuū bona dispositione arguētābimur in ingenij bonitatē, aut carnis mollicie. Cōtingit enim in geniosos esse carne molles & bonę cōplexionis, in quibus nō sit visus bonus, aut integer auditus, siue odoratus. Viceissimq; cōtingit optimū habētes visum siue auditū, siue olfactū, parū esse ingeniosos; nimium quia stat in homine bonā esse cōplexionē secundum qualitātū proportionē animalis vitę necessariam, vbi tamen illa quę in organis prædictorū sensuum exigitur, nō fuerit admodum bonā.

Duplex mollicies.

CAPVT XXVI.

¶ Quod Christo domino pro suę cōplexionis nobilitate,

ORIBVS LIBER IX.

bilitate, passiones omnes fuerint maxime afflictuę. ¶ X prædictis manifeste cōsequitur, admodum recte ac pie sanctos patres id tradidisse de amarissima Christi filij Dei passione, quod ipsius personę fuerit summe afflictua, multo amplius, q̄ si hominum ceterorū vlli, earūdem penalitātū fuisset inflictę passiones. Decens enim & rationale erat, vt homo ille qui simul erat verus Deus, & homo verus, corpus haberet iuxta dignitatē dispositū in cōplexione optima, & nobilissima harmonia primarū qualitarum, videlicet vt corpus illud quod sibi mirabili & ineffabili vnione voluit vnire Diuinitas verbi, & in vnitate assumere suppositi, cōplexionem haberet maxime nobilē: quo sic animę nobilissimę omnibusq; gratijs & donis summe plenę, corp⁹ responderet iuxta tuū modū absolutissimū atq; perfectissimum. ¶ Quod amplius etiā fiet credibile, si ipsum corpus huius attēdamus nouū opificē. Nō enim ceterorū more corporū virilis feminis efficacia corpus istud cōtemperauit, neq; cōposuit, sed virtus illa ex alto descēdens, de qua Gabriel paranympus virginē matrē alloquens Mariā, ait. Spirit⁹ sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi. Et ad Ioseph in somnis angelus. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. ¶ Hic ergo potentissimus, sapiētissimus, optimusq; est artifex, qui corpus illud de quo loquimur, atq; tēporis mora ī momento perfecit, quicq; animam corpori ac pariter vtrumq; verbo in vnitate suppositi mirabiliter cōpulauit. Quis autē absq; artificis huius iniuria possit asserere, opus illud, in quo ita singulari ac præcellenti modo sese præsentē exhibuit, imperfectū fuisse & mala proportione distēperatū? Quomodo non magis perfectissimū corpus iuxta suā rationē fuisse illud credimus, quod tali animę omnīū præcellentissimę iungi debebat, & nō animę tantū creatę in tempore, sed verbo genito ante sæcula? Habebat ergo Christus dominus corporis dispositionē vtiq; optimam & præcellentissimā, qualem nec vnq; habuit quisquam, nec post est habiturus, ¶ Quod si ita piū est cre-

Passio Christi, summe afflictua.

Luce. 1. Mat. 1.



DE SENSIBVS EXTERI.

est credere, statim sit cōsequens (vt iā ostēsum est) Jēu carne fuisse tā molli, tā tenera, tactu tā bono, tā viuaci plus, q̄ vllus fuerit hominū ceterorū. Afflictio nes ergo omnes quas in corpote sustinebat ab ini cicio suæ natiuitatis, ad exitū vsq; suæ felicitis cōsum mationis (præter quod plurimæ extiterūt) fuerūt illi si singulari modo sūme afflictioe. ¶ Qua propter ni mium vane iudicāt qui passionibus his filij Dei vel omnino nihil vel parū admodū cōmouētur, ea cau sa, quod putēt ex Diuinitatis vnitæ cōmercio pena litatem & afflictionē omnē illi fuisse leuiorē. Facile (inquiunt, stolidi quidā) erat illi hæc siue illa perpet ti. Deus enim erat, nō (vt nos) homo purus. Imo ve ro hac ex parte, superdignissimæ Diuinitatis socie tas secundū accidēs modo quodā fecit cūcta grauiora & magis afflictioe reddidit quæcūq; in corpore perculit: dū propter dignitatē verbi æterni corpus il li vniendū in proportione nobilissima cōponi de buit, ad quā infallibili cōsequio in carne tenerrima & viuacissimo sensu maxima cōsequitur passibili tas. ¶ Ad cuius veritatis cōfirmationē plurimū fa cit, si cōsideremus filiū Dei nō ad hoc nostrā sibi as sumpsisse naturā vt sæculi huius frueretur delicijs, ac dura euaderet. Verū ad hoc potius de loco pleni gaudij in hanc descēdisse lachrymarū vallē, vt iux ta verbū Propheta de torrēte in via biberet nimirū vt pro generis humani persoluēdo debito, amarissi mas amaritudines ad probrosissimā vsq; mortē gustā ret: atq; adeo ab ipsa hora sui partus semper quæ du riora fuerūt elegit, paupertatē, egestatē, nuditatē, esu riem, fatigationē, & quæcūq; sunt humilimodi. Nōne (ait idē ipse post mortē loquens discipulis) opottuit Mat. 20. Christum pati & ita intrare in gloriā suam. Et alibi: Filius hominis (inquit) ministrari nō venit, sed mi nistrare, & dare animā tuā in redēptionem pro mul tis. Neq; ignorabat Propheta Esaias, quid loqueretur, cum in spiritu venturū illū præuidēs, virum do lorum appellaret & scientē infirmitates. ¶ Est ergo prædicta pia patrum assertio rationabilis omnino & pietati cōsona, ac præter hoc ratione etiā & auctori

Psal. 109

Luc. 2. 4
Mat. 20.

Esa. 53.

& auctoritate haud minimum corroborata. Neq; nos huius rei tractatum nacti locum tam commo dum, silencio præterire potuimus, quin suauissimi ac planissime mellei nostri Jesu amaritudines plusq; felles reduceremus tibi, o lector Philochriste, in me moriam. Tu vero quæ paucis indicata sunt, quæso latius apud te ruminā, ac mentis pariter & affectus in ima reconde.

CAPVT XXVII.

De conuenientia quinq; sensuum adinuicem. Abent autem sensus isti quinq; iam secundū particularem determinationē expediti, quædam in quibus conueniāt, habent & quædam in quibus differant.

Sensu recipit speciem absq; materia.

Primum quidem omnibus hoc est commune, formas siue species rerum absq; materia suscipere.

Id est, sensibiliū species & similitudines, absq; reali immutatione, aut vllius partis sensibilis, reali intra sese susceptione. Cōparatur enim sensus hac in parte ceræ, quæ cū a sigillo impressam sibi recipiat simili tudinem, nullā tamē ferri vel auri vel alterius vllius materiae vnde facta est partē in se accipit, sed absq; materia tantū impressam formā siue effigiē. ¶ Pa tet autē hoc experiētia in singulis sensibus. Cū enim per visum oculus videt parietē, neq; ipse paties neq; parietis vlla pars in oculū recipitur, imo neq; ipse color neq; coloris vlla pars, sed tantū species vel similitudo ipsius, quæ per mediū intra oculū diffūditur, quæ species eius similitudo est, oculo ipsū illud representas a quo est ipressa, nēpe parietis colorē. Sic & in aurē (cū cāpanā audit sonatē) neq; cāpanæ sonā tis, neq; aeris sonū habētis, neq; etiā ipsius soni pars aliqua ingredit, sed tantū species soni quæ sonū ipsū representat auditui, & cāpanā facit audiri, a qua dif funditur sonus. Itidē & in alijs sensibus dicēdū. ¶ Ex hoc autē ratio patet, quare plantæ tamen animam quandam habeant nēpe vegetatiuā, nō tamē sentiūt quoniam



DE SENSIBVS EXTEI.

quoniam videlicet nullā rem sensibile valent absq; materia suscipere. Potest enim plāta in se recipere, & continuo recipit dū nutritur & augetur, qualitates tangibiles, calidū, humidū, frigidū, & siccū. Ex his em̄ quomodo ois generatio, ita & omnis nutritio est. Sed ista nō recipit absq; materia, sed simul cū ea suscipit; ac proinde plātavt nimis terrea & nimis crassa, nō potēs absq; materia rerū species suscipere, sensitiua iudicat̄ carere potētia. ¶ CAPVT. XXVIII. ¶ Sensum corrumpi ab excellenti sensibili.

maximā **E**st etiam omni sensui comune, quod ab excellētia sui sensibilis corrūpitur

Vt excellens lumen corrūpuit visum, & sonus excellens audium, excellens qualitas tangibilis dissoluit tactū, Est enim sensus velut harmonia quēdā atq; in mediocritate disposita cōpositio, Vnde quē admodum harmoniā contentus dissoluit, qui fides vehemētius pulsauerit, & concētus melodiā perturbata excellēs sensibile sensus proportionē natum est destruere atq; dissipare. Quēadmodū autē concētus saluatur melodia, donec mediocriter pulsantur fides, ita saluus cōsistit sensus, donec temperatum & mediocre contēperatur sensibile.

¶ Dicimus autem in proposito sensibile excellēs, quod excedit exuperatq; sensus proportionē: vt homini nimia lux aut lumen magis excessiuū q̄ ferat hominis oculus cuiusmodi est humano oculo lumē illud, quod dicitur in Solis rotā inspicienti offunditur. Et contingere potest, vt quod huic sit excellēs sensibile, alteri nō sit excellens: quēadmodū lumen splendētis Solis, hominum & animantiū ceterorū plurimorum oculis non est excellens: nocturā autē oculis est excellens: qua propter ipsum vt sui visus corruptiuū fugit, te nebrarū quarēs latibula, donec Sol agit super terrā luna autē procedēte vel stellis, audet & ipsa procedere, agnoscens sibi temperatū lumen. ¶ Quēadmodum autē sensibile excellēs sensum corrūpit, ita sensibile ex altera parte nimium deficiens, & nimis parua

ORIBVS LIBER IX.

parua quantitatis, vel intensionis, nō est natū sensū conuenienter immutare. Sensibile em̄ minimē quantitatis, nō bene potest a suo sensu discerni.

Insuper commune est omnibus sensibus habere suum determinatum obiectum a quo patiantur: suum determinatum organum, in quo operentur: ac medium, per quod ipsorū organa ab obiectis immutētur.

Itavt nunq̄ sensus nisi determinatum suū obiectū percipiat, neq; nisi in suo organo operetur: sensatio nem, neq; nisi per mediū. Quēadmodū videlicet visus nō nisi colorē aut lumē apprehēdit, nunq̄ nisi in oculo visionē efficit, & semper per mediū interueniens aeris vel aqua. Quod autem vniuscuiusq; sit organum, quod obiectum, & quod medium, supra iam determinauimus.

Item nullus sensus potest propriū obiecti alterius speciem, in se suscipere, neq; alienum obiectum percipere.

Vt visus nō potest sonū videre, neq; caliditatē neq; odorem, neq; saporem: neq; olfactus colorem potest odorare, & ita in ceteris, ¶ CAPVT XXIX. ¶ De alijs quibusdam sensuū cōuenientijs.

Praterea & hoc sensibus commune est, quod congruam requirunt distātiā sensibilis ad sensum, vt neq; nimium distet sensibile a sensu, neq; ex altera parte nimium sit propinquum.



Oculus
quareno
videat
palpe-
bram.

DE SENSIBVS EXTERI.

Nam sensibile positū supra sensum (iuxta Aristotē-
lis dictū) non efficit sensationē; quē admodum vide-
mus de colore proxime oculis admorē, quē absq;
medio nequaquā videre sufficimus. Et si qualitas alia
qua tāgibilis immediate super neruū tactus ponere-
tur, non perciperetur a tactu. Atq; hinc est, quod vi-
sus (qui in humore cristallino situs est) neq; oculi pal-
pebram neq; corneā tuniculā quæ est circa oculos R-
cipit; neq; tactus carnē sentit. qua vestitur ipsius ner-
uus. Si vero plus iusto elōgetur sensibile, vt iuxta
proportionē sensus ad ipsum nō possit in organum
suam speciē imprimere, vel nō sufficenter, tunc vel
non fit, vel male & imperfecte fit sensatio. Cōpor-
tet ergo esse medioctrem distantia, iuxta p̄portio-
nem sensus & sēnsibilis. Nā in hac re determinata mē-
sura non potest cōstitui. Quod enim meo visui ni-
mium est distans sensibile, alterius visui est propor-
tionatum. Ita fit, vt quod ego vel nō video, vel ad-
modum imperfecte, id alius perfectissime cernat: cū
tamen secundū rem in æquali cōsistamus ab obie-
cto distātia. Ita eūdem sonū, qui melioris est auditus
facile percipit, quem alius in eadē positus ab obiecto
distantia nequit percipere. Et manifestū est, quosdā
talīs esse visus, vt de ijs quæ admodū longe distāt
rectius iudicent, q̄ de ijs quæ minus distāt. Cōtra ve-
ro, sunt qui parū distantia exactissime percipiūt, ma-
gis autem distantia minime.

Tenebrę
quomo-
do vidē-
tur.

Est etiam omnis sensus sui obiecti & pri-
uationis oppositæ perceptiuus.

Vt visus lucē percipit & tenebras. Quomodo enim
visus de luce iudicat, ita & de tenebris. Sunt em̄ tes-
nebræ luminis priuatio. Verū nō sic priuatio visum
mouet, vt habitus. Non enim tenebræ vidētur per
aliquam speciē diffusionē. (Quā enim speciē de
se funderet pura priuatio?) sed tantum per absentia
lucis. Tenebræ enim sunt priuatio lucis, in corpore
perpicuo, apto nato suscipere lumen. Sic iudicatur
aliquid absōnum, vel insonū, id est, sine sono, item
inodorum

ORIBVS LIBER IX.

Inodorum & insaporū, hoc est absq; odore & saporē
re per eosdē sensus per quos odorabile & sonorum.
Cādūrtendū quoq; est, quod in singulis sensib⁹
terminus significās priuationē dicitur tribus modis
Quemadmodum (exempli gratia) inuisibile dicitur
tripliciter. Primo, quod omnino videri non potest,
vt Deus, Angelus, sonus, caliditas, & huiusmodi.
Secundo, quod difficulter videri potest, vt lumen
admodum debile, quemadmodū est lumē in vmbra
per reflexionem, & color admodū paruus & obscur⁹
Tertio, quod visui nocet & aduersatur, vt excellens
lumen & improporionatū, quod non absq; damno
cernitur. Sic inaudibile dicitur, quod vel non potest
audiri, vt color; vel difficulter, vt sonus nimium tes-
tuis; vel quod prauū habet sonū. Ita inodorabile, &
ingustabile, quod omnino odorari vel gustari nequit
aut quod difficulter potest, aut quod prauū habet
odorem, siue saporē. Sic & de intangibili dicendum
Cæterum, ipsæ sensuū differentia ex p̄missis & sin-
gularum particularibus determinationib⁹ sunt ma-
nifestata. Et hæc quidē de sensibus exteriorib⁹ &
eorū sensibilibus ita declarata sufficiant. Nūc ve-
ro ordinato progressu, exterioribus percursis, ad in-
teriorēs transeamus; vt quomodo mirabilem in ex-
ternis vtcunq; ostendimus naturæ authorē, sic & in
internis nō minus magnū, neq; minus admirabilē
(quantum dabitur) cōmonstrēmus: vt sic tam in ijs
quæ intra sunt, quam in ijs quæ extra apparent, glori-
ficetur sapiētia cōditoris nostri: qui & intima &
extima nostrā; eadem sapiētia cuncta formauit, qui
in trinitate & vnitāte viuit semper benedictus in sce-
cula, Amen.

Inuisibi-
le dicit
trib⁹ mo-
dis vt re-
liqui ter-
mini pri-
uatiue.

¶ Finit considerationis Physicæ liber
Nonus.

¶ PRO CONSIDERATIONE PARV-
li in membris oculi, ad gloriam magni ar-
tificis qui eum admirabilem cō-
didit Psalmus.

X 2 Venitē



PSALMVS

Venite qui queritis miranda, & videte quod monstrum vobis digito istio: pomulum istud parvulum attendite, quod me demonstrante, conspiciatis oculis vestris.

Consistite ex adverso mihi, & lumen oculorum vestrorum (utique si libet amborum) defigite in pomulum istud: ecce claudio oculum alterum, ut unum hunc considerare valeatis attentius.

Est ne ex vobis aliquis, qui pomuli huius sufficiat, miranda comprehendere: qui explicare ad plenum possit nobis rationem compositionis eius?

Si tu iactabundus asseris posse te omnem eius explicare rationem: age, virum te praebe, & compone nobis aliud simile.

Calidum, frigidum, humidum, siccum, ecce appono tibi in abundantia: si potes pomulo huic quod tibi demonstrat in meo vertice meus digitus, fac (inquam) si potes, pomum huic simile.

Quid enim si rationem omnem pernosci compositionis eius, & omne comprehendis artificium: praebita tibi copiosa materia, quid obstabit quo minus condas nobis opus simile?

Ecce enim calidum, frigidum, humidum, & siccum apposita sunt tibi: ex his autem est omnis membrorum compositio.

Quod si labori operis non te putas sufficere, elige tibi artifices industrios & operarios fortes: experire in omni adiutorio, num opus simile poteris efficere? Ergo si fateris supra omnem artis virtutem eminere operis, da gloriam auctori omnium: & facere minimum esse quod nosci, agnosce minimum esse quicquid tibi videris de opere eius cognoscere.

Opomum parvulum. O membrum pusillum, oculus qui consistis duplicatus in excavata domo tua, in specu mirabili, in medio faciei, loco honestissimo: quam nobilem habes in te virtutem, & quam admirabile servas potentiam.

Immenso intervallo super me elevatur Luna in orbem tuo: superat enim universam aeris regionem, & ignis globum transcendit per maximum.

PSALMVS

Sol vero longe scandit altius: ac super hunc incredibili spacio elevatae stellae quae sunt in firmamento, consistunt immobiles.

Attamen super haec omnia tu conscendis altius, & superas omnia: neque tam est (quod est omnium mirabilissimum) locum deseris, in quo te posuit altissimus conditor tuus.

In specu vultus excavata, quasi in rupe tua munita manes, & non egredieris: transcendis tamen elementa omnia, Lunam, Solem, atque cuncta sidera.

Vere magnus, qui te fecit ita mirabilem: qui talem in te posuit virtutem, si non est ille magnus artifex, mirabor ubi inveniemus quem iuste appellabimus artificem.

Qui talem in te novit compositionem efficere humidum, siccum, calidum, & frigidum, ut tali praermineris virtute: si non est in illo sapientia, clamo ego quod nusquam inveniatur sapientia.

O magnae Deus, qui es magnus in omnibus operibus tuis: & in hisce minimis qui gloriose te ipsum monstras maximum.

O qui debes esse in teipso lucidissimus, qui hanc operam creaturulam tuam tali donasti nativo lumine: ut tanto distantia intervallo, ita nullo negotio possit percipere.

Potentiam, sapientiam, & omnem perfectionem lux beatissima, ego asseribo tibi absque mensura: agnoscat hoc ipsum omnis homo, in quo posuisti dona tua.

Non pergo ego longius, digitum impono ori meo: stupore me obtundis in praecellentia magnitudinis tuae.

Hoc tantum abscedens loquor ad gloriam tibi, multos ego vidi celebres hominibus artifices: haec tamen autem non contingit videre tui similem.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in saecula saeculorum, Amen.

¶ Finit Psalmus.

X 3 Libera

LIBER DECIMVS CONSYDERATIONIS PHYSCAE DE POTENTijs SENSITIVIS, INTERIORIBVS.

Praefatio.



Amet si magnum videatur stupendumque miraculū in organis exteriorū sensuū, de quibus iam in precedenti libro tractatū est, multo tamē iudicaret homo magis admirādas vires illas, quae sub osseo capitis tegmine interiorē delectant, in abscondita substantia cerebri, si eas posset oculis contemplari, si ipsam cerebri substantiā eiusque nobilissimam cōplexionē & admirabilē virtutis dignitatem cellularūque pulcherrimā distinctionē, & officiorum in diuersis partibus varietatē, oculari posset cognitione deprehēdere: quae tamē vix ulli digna admiratione suspiciūt, propterea quod abscondita sint ab oculis hominū, & paucissimis vel tenuiter cognita. Post exactam ergo praecedēti libro exteriorū determinationem, volumus suo nūc ordine ad omnipotentis omnium exteriorū pariter atque interiorū cōditotis gloriā, de his quoque interioribus sentiendū viribus nonnulla dicere; quātum tenuitas nostri ingenij vel ab alijs tradita capere, vel diligētī cōsideratione examinata potuerit peruestigare: Postremo loco quaedā de somno, & vigilia pro loci oportunitate annexuri, cum somnum a natura in sententiis omnibus ad virium sensitiuarum reparatiōnē, a Deo cernamus institutum. Nihil autem est operum domini, quod non omni sit cōsideratione dignissimum.

CAPVT I.

De sensu comuni, & eius loco atque officijs,
Sunt autem sensus interiores sensus communis

communis, imaginatiua, phantasia, & sensitua, memoria, & reminiscētia.

Inter quas potentias primo loco constituitur potentia quaedam locū habens in anteriori parte cerebri, ad quam ex omnibus sensibus, exterioribus species transmittuntur, omnium illorū quaecumque per sensus externos fuerint apprehensa. Quā ob causam, notissimo nomine sensus communis tā apud Philosophos quā apud Medicos appellatur; nimirū quod omnibus exterioribus sensibus aequae sit communis, quod aequaliter species omnium exteriorū sensuū suscipiat. Propter quod ab Aristotele cōparatur centro circuli, ad quod tendunt omnes lineae a superficie circuli protractae. Sic enim omnes sensus exteriores a sensu communi interiori tanquam a centro egrediuntur, & sensuū suorum simulacra singuli ad eundem reducant, per nervos qui a singulis eorū ad ipsam profiscuntur. Ab oculo enim nervus dirigitur ad anteriorem partem cerebri, itemque ab aure, a lingua, ab organo olfactus, & a nervo tactivo: qui omnes in parte cerebri anteriori (vbi hic sensus situs est) quasi ad centrum vnum cōueniunt. Estque sensus communis iste velut fons, a quo occulto miraculo sensus exteriores profluunt atque procedunt, recipientes videlicet ab eo spiritus sensitivos, per quos suas exercent in suis organis operationes. Ac rursus, quasi finis est eorūdem sensuum exteriorum; vtpote ad quem velut ad commune consistoriū sua quisque sensata infallibiliter statim deferunt atque transmittunt. Ad hunc sensum spectat, primū quidem sensibilia prius diuisim exterioribus sensibus percepta, pariter velut vnite apprehendere, sicque diuersorū sensuū obiecta adinuicē cōparare, vel cōponēdo, vel diuidēdo: vtpote iudicādo, hoc esse colorē, istud sonū, illud odorē; vel hoc esse coloratū, vel albū, vel nigrū, illud odoriferū, istud calidū. &c. Itē de eadē re potest hic sensus iudicare quod sit alba, dulcis, calida, humida, odorifera & sapida. Cū etiam in lacte visus inuenit albedinē, gustus dulcedinem.

Sens9c6
munis.



Sensus
comu-
nis offi-
cia.

Sensu
comu-
nis
necessi-
tas,

DE SENSIBVS INTER

dulcedinem, tactus caliditate, odoratus boni odore
sensus communis acceptis singulorum sensuum parti-
cularibus iudicijs, istisq; in vno simul copertis & ad-
inuicem collatis, iudicat lac istud esse asbū, calidum
dulce, & odoriferum. **¶** Deinde per eundē hūc
sensem iudicat homo se videre, audire, gustare, tan-
gere, odorare & sic de omnibus actibus omniū sen-
suum exteriorū. Hæc em̄ sunt duo sensus huius cō-
munis officia, videlicet sensibilia exteriora sensib?
exteriorib? diuisim percepta, vna apprehensione cog-
noscere, & de actibus sensuū ipsorum iudicare.

CAPVT II.

¶ Necessitas ponendi sensum communem distictū
a sensibus exterioribus.

NEntrum autem prædictorum officiorū per-
vllum sensuum exteriorū potest fieri, impos-
sibile namq; est, vt sensus aliquis exterior se
sibilia diuersorū sensuum diiudicet comparado ad-
inuicem. Non enim potest sensus aliquis diiudicare
distinguerē, & cōparare aliqua ad inuicē nisi vtrūq;
cognoscat; quemadmodū nō possum inter res duas
discernere, nisi vtrāq; cognoscā. Cum ergo sit impos-
sibile, sensum aliquē exteriorem diuersorū sensuum
obiecta apprehendere (Nam quisq; suum tantum ob-
iectum apprehendit) consequitur, fieri nequaquam
posse vt sensuum exteriorum aliquis inter obiecta
diuersorum sensuum discernat. Et tamē id anima-
li erat necessariū, posse inter sensibilia diuersa discer-
nere; Oportebat ergo talem aliquē cōmunem sen-
sum poni, qui sensibus exterioribus excellentior; de-
eorum sensatis ferret iudicium. Alioqui quid opus
fuisset diuersis sensibus ad distincte percipiendū sen-
sibilia, si non esset qui potuisset inter ea discernere?
Quod si quis dicat, pluribus sensibus posse hanc fie-
ri sensibilibus distinctionem, vno sensu vnum obie-
ctum, altero alterum cognoscente. An non id vi-
debitur ad distinctionē posse sufficere? Minime. Quē-
admodū em̄ impossibile est duos homines ferre de re
abus diuersis iudiciū, nisi vtriq; tota sit causa cognita
nisi ad

nisi adinuicem cōmunicantes in cōmune cōferant
vterq; suam cognitionem, neq; sufficit quod hic il-
lius, iste alterius causā probissime norit ad recte dis-
cernendum atq; diiudicandū: ita nequaq; sufficere po-
test sensuum diuersitas, ad sensibilibus diiudicatio-
nem, nisi vnus sit superior iudex, ad cuius consilio-
riū & cognitionem pariter omnes sua sensata addu-
cant. **¶** Alterū officii illud iudicandi de operatio-
ne sensus, vt cū hō apprehēdit se videre audire, &c.
nequaq; sensui exteriori potest competere. Non em̄
potest visus cognoscere se videre, neq; auditus cog-
noscit se audire. Cum enim obiectum visus sit color
vel lux, consequitur nihil posse videri aut visu per-
cipi, nisi quod color est vel coloratum, aut lux vel
lucidum. At vero visio (quæ est operatio visus) neq;
color est neq; colorata neq; lux est, neq; lucida. Quo
pacto ergo sensu visus percipitur? quomodo fiet vt
possit videri? Ita & de alijs sensuum operationibus
in analogia ad suos sensus, proportionabiliter est di-
cendum.

Vnde communis est regula, quod nul-
lus exteriorum sensuum super suum actū
reflectitur.

Regula
commu-
nis de
sensibus

Reflecteretur autem super suum proprium actum, si
visus possit percipere se videre, vel auditus se audi-
re, &c. Sensus ergo cōmunis ponendus est, qui de o-
perationibus singulorū exteriorum sensuum possit
iudicare. Percipimus enim per sensū cōmunem nos
videre, dum ab oculo simulacrum rei visæ ad ipsū
transit. **¶** Pōnitur autem hæc virtus in anteriori
parte cerebri, cellulā habens satis amplam, in loco
vbi concurrunt nervi sensitiui quinq; exteriorū sen-
suum, qui locus admodum medullosus & humidus
est. Nam humido perficitur, eo quod humidum faci-
le sit perceptiuum. Hoc est autē potentia huius offi-
cium, omnium sensibilibus formas, mox vt exteriori-
bus sensibus fuerit sensata, suscipere. Quāobrem ius
X s. Iuxta hu



Frons
cornu
ta quale
signum

Imagi
natiua

Imagis
natiua
cellariū
sensus
cōis.

DE SENSIBVS INTER-

xta huius partis bonā dispositionē, iudicamus homi
nes esse facilis capacitatis & bonæ apprehensionis,
boniq; iudicij. Vnde phisyonomi tradunt, & mon
strat experientia, facile apprehensiuos esse, qui fronte
habent cornutam: quod nō dubiū est ratione bonæ
dispositionis cerebri in hac anteriori parte proueni
re. Cōtra vero qui fronte sunt obtusa & nimīū rotū
da, malè iudicantur apprehensionis, quod cerebrum
in hac cellula non habeant sufficienter dispositum.
Deniq; in vulgato prouerbio receptū est, vt homi
nes rudes & iudicio carentes dicamus carere sensu
communi.

CAPVT. III.

De virtute imaginatiua, eiusq; officio & loco.

Post hunc sensum cōmunem proxima est alia
quædā potentia, ordinata ad conseruandas spe
cies in sensu cōmuni a sensibus exterioribus
receptas. Sensus enim cōmunis in præsentia obiecti
exterioris sēati, speciē illius recipit, simul vt exte
rius sēlu percipitur. Sed nō est eius officij, species istas
abcedente obiecto, & exteriori sensu a sua operatio
ne desistente, in sese conseruare: sed ad alterā spectat
potentiā sibi proximā, quā imaginatiuā appellamus.
Est enim hæc imaginatiua velut cellariū, speciē rōna
a sensu cōmuni præsentē obiecto susceptarū conten
tium atq; conseruatiuū: propter quod, vulgo thes
saurū formatū eum appellant. Quæadmodum
aut sēsus cōmunis (cuius est recipere) perficitur humi
do ita hæc potētia perficitur siccitate quādā & duricie
ad bene conseruandum. Nam sicut humidū bene re
cipit, ita siccū bene conseruat. Et vbi cum humidi
tate moderata fuerit siccitas, non omnino male reci
piet, neq; male seruabit. Consistit autē hæc virtus si
mul quidem cū sensu cōmuni, in anteriori parte ce
rebri, ac velut in prora capitis: estq; loc⁹ ille cerebri
in quo consistit imaginatiua minus medullosus, mi
nusq; humidus, & aliquatenus magis siccus, quā sit
pars illa cuius sedes est sensus communis. Nō enim
talis intelligi debet hæc siccitas, quasi in parte ista ce
rebri omnino debeat dominari. Est enim id contra
ratio

NIS LIBER X.

Fo. 173,

rationem cerebri, quod de se frigidum & humidum
est: sed hoc tantum volumus partem illam esse mi
nus humidam & medullosam, atq; ita aliquo modo
magis siccam & magis duram quam sit altera pars
anterior. Ex prædictis ergo patet differentia in
ter sensum cōmunem & inter hanc imaginatiuā po
tentiam, Sensus enim cōmunis, præsentē exterioris
obiecto, suscipit suam speciē ab exterioribus sensib⁹
ad se transmissam: sed nō conseruat in obiecti absen
tia. Vnde in hoc cum exterioribus sensibus aliqua
ex parte communicat, quod egeat præsentia obiecti
Imaginatiua autē, species & simulacrā rerū sensata
rū retinet & conseruat. Vnde cum in absentia rem
ipsam statim apprehendimus, non sensus cōmunis
quisitio
nis, sed huius imaginatiuæ est operatio. Quæ
ratio tamen moueri solet, an sensus cōmunis ad nul
lam moram possit species susceptas in absentia obie
cti in se retinere: quibusdā dicentibus, quod omnis
nō non possit nec ad tempus modicum, quemadmo
dū neq; sensus exterior. Alijs contrariū sentientib⁹
quod ad tempus aliquantum possit speciem suscep
tam retinere, & circa ipsam operari, per eam de re sē
ta etiā absente iudicando: maxime donec alia non
adueniat, quæ ipsam expellat sibiq; cedere cogat,

CAPVT. IIII.

De potentia æstimatiua.

Post imaginatiuā istā (de qua iā dictū est) ponit
Estima
tūa.
tur virtus alia, cuius est officium ex speciebus
in imaginatiua seruatis elicere intentiones nō
sensatas, id est nullo sensu alio perceptas, vide
licet neq; exterioribus sensibus, neq; sensu commu
ni. Quemadmodum (exempli gratia) ouis per sensu
sum exteriorē visus apprehensa forma lupi, eaq;
ad sensum cōmunem transmissa, & ad imaginati
uā deducta, nō ibi sistit, sed ex specie formæ lupi in
tra imaginatiuam suscepta elicit intētionem & ex
istimationē inimicitie, propter quod etiā mouet ad
fugiendū a cōspectu eius. Hæc autē intētio siue existi
matio inimicitie a sensu alio percepta nō fuit, Nam
visus non videt amicitiam, aut inimicitiam, neq; etiā
sensus



DE SENSIBVS INTER

sensus communis: cum sensus comunis non nisi ea quae per sensus exteriores sunt sensata comprehendat. Imaginatiua vero noui nihil fabricat, neque nouas elicit intentiones: sed ea tantum quae sibi a communi sensu transmittuntur seruanda custodit. Oportet ergo, praeter haec enumeratas potentias, aliam esse posteriorem praedicta imaginatiua, quae ex speciebus in ea seruatis non sensatas intentiones (iuxta specierum naturam & condicionem) possit elicere. ¶ Per eandem hanc potentiam ouis audiens vocem nati sui miserabiliter balantis, ex specie uocis intra imaginatiuam suscepta, elicit intentionem & existimationem defectus pabuli: atque ita mouetur ad praebendum uera: qui quidem pabuli defectus, nullo sensu fuit ab oue perceptus. Sic pulli gallinae audientes matris uocem, eliciunt intentionem congregationis sub alas, ad quas proinde confugiunt. Ita canis uidens praebentem sibi alimenta aut blande coludentem, elicit intentionem amicitiae, & cauda applaudit. Videns autem subsannantem aut sentiens percutientem, elicit intentionem inimicitiae: contractusque naribus hostiliter aduersus illum latrat, aut etiam si potens est ferociter insurgit. Ita odore percipiens cibum bonum, ex ipsa odoris specie elicit intentionem conuenientiae, aut disconuenientiae: iudicans scilicet hunc cibum sibi esse conuenientem aut disconuenientem. Harum autem intentionum aut existimationum nulla, sensu est perceptibilis. ¶ Est autem haec potentia, secundum quam animalia bruta ad conuenientes sibi actiones mouentur, mouendo uidelicet se secundum locum, aut alia quaelibet operando, secundum suae naturae condicionem. Per hanc enim prosequuntur quae sibi conuenientia sunt & ad ea secundum locum se mouent: detestantur uero & fugiunt ea quae sibi sunt disconuenientia: agunt quoque ea quae per hanc potentiam ex speciebus perceptis eliciunt agenda. Quae admodum in exemplis suprapositis, ouis lupum (quae inimicum iudicat) fugit nato uero (quae dilectum & indigentem indicat) uera praebet, ad cibum (quem conuenientem visu uel olfactu percipit) sese mouet canis.

Quo
aestimatiua
in intentiones
elicit non sensatas.

Aestimatiua
in animalibus
primincipium
motus.

NIS LIBER X.

canis amico applaudit, uerba minantem fugit, domino suo & benefacienti applaudit cauda, & amice sequitur, alienum uero, & quem inimicum reputat iracundo latratu, hostiliter insequitur: atque ita in ceteris. Quapropter haec uirtus aestimatiua non solum apprehensiuu est, sed etiam motiua.

¶ CAPVT. V.

¶ Duplex est modus aestimatiuae potentiae in operando uel mouendo.

¶ Vnt autem quaedam animalium operationes, in quibus secundum istam potentiam mouentur quidem, sed aliter quam praedicto modo. In exemplis enim suprapositis, per intentiones elicatas a rebus sensatis diximus animalia moueri ad tales uel tales operationes siue motiones. In quibusdam uero tantum secundum naturae instinctum, & impressionem naturalem aestimatiuae inditam operantur atque mouentur: quemadmodum aues secundum naturalem impressionem certo anni tempore ad generationem a natura statuto nidus sibi construunt, formice congregant per aestatem quod per hyemem comedant, apes mellificant & struunt mirabiles extruunt, aranea texit telam, animalia perfectiora certis temporibus coeunt generationis gratia, atque ita in alijs huiusmodi. Haec autem non uidentur ex ullis sensatis per aestimatiuam in animalibus elicita.

Per aestimatiuam aues nificiant

¶ Quod enim auis ista aestimat siue indicat, nunc esse adificandum nidum, & ex tali materia talique forma & ordine, id ex nullius rei sensatae specie elicit. Neque enim dici potest, ita hoc eam agere aut iudicare ex eo quod alias uidit suae speciei aues similia si militer agere. Manifestum namque est, quod ex naturae instinctu id faceret auis, etiam si nunquam id ab alijs suae speciei ante conspexisset. Et manifestum est non tam disciplinabilia esse uolantia, ut tam artificiosam struuntur ad unum conspectum possint ad discere, quam nec artifex industrius multa conyde tatione posset assequi. Nequaquam ergo ex rei propria sensatae specie istas eliciunt intentiones.

¶ Attamen per aestimatiuam hanc potentiam in hifce



DE SENSIBVS INTER

hisce agendis mouentur, sed alio modo; Est enim in eis naturalis impressio, quæ æstimationem naturaliter mouet ad ea sic certo tēpore, certo modo; & ex certa materia peragēda. Propter quod videmus omnia animalia eiusdem speciei consimiliter operari, eodem tempore, eodem modo; & ex eadem materia. Natura enim in omnibus vna est; In ijs vero in quibus mouentur secundū proprias intentiones, iuxta primum suprapositum modum elicitas, nō vno eodemq; modo, neq; omni tempore similiter agunt. Videmus enim canem qui dum esurit ad alimentū odore tractus accurrit, postq̄ saturatus fuerit; nihil cibi odore amplius permoueri, nec vltra accurrere; nimirum quia id quod prius iudicabat conueniens & prosequendum, iam non vltra tale æstimat.

Ob hunc autē supradictum duplicē modum mouēdi secundū æstimationē potentiā, quidā eam diuidunt in æstimationem naturalem; & animalem.

Differētia inter æstimationem & imaginatiuam.

Ex prædictis patet manifesta differentia inter æstimationem & imaginatiuam. Ad imaginatiuā enim solam non sequitur prosequutio, aut fuga: licet possit sequi delectatio vel tristitia; vt cum homo tantū imaginatur aliquid, videlicet magnificas epulas; amplios honores, multas diuitias, potest in eorum sola imaginatione delectari, quæadmodum e contrario ex sola imaginatione terribilium rerum, vt mortis, suspensionis, combustionis; potest contristari. Nunquā autem ex sola imaginatione oritur in animali prosequutio, aut fuga, nisi accedat æstimationis potentię iudicium. Sic enim est imaginatio nuda, quō modo inspectio alicuius picturæ; quæ quidem si fuerit pulchra; & delectabilis rei representatio, poterit efficere delectationem; si autē horribilis fuerit; poterit efficere horrorem. Nemo vero ex hoc mouetur. Veluti si picta in lance poma aspiciam, nō oritur prosequutio; neq; mitto manum ad ea accipiendā. Et si conspiciam inferni caminum magno hiati flammam emittentem depictum in tabula, nō fugio neq; manum retraho. Non est enim illic æstimationis conuenientis, neq; hic discōuenientis; propter quod prosequutio non oritur nec fuga. Pueros vero cernimus subinde paruulas manus ad poma in lance depicta extendere, quod secundum æstimationem iudicant, poma esse manducabilia, quæ admodum prosequuntur. Secundū eundem modū, meticulosi homines cum in tenebris existentes de rebus horribilibus cogitant, frequenter aut exclamant; aut fugiunt quod quasi præsens aliquid terribile sibi existiment, vtpote speciem defuncti alicuius, aut cadamōnē.

prosequutio non oritur nec fuga. Pueros vero cernimus subinde paruulas manus ad poma in lance depicta extendere, quod secundum æstimationem iudicant, poma esse manducabilia, quæ admodum prosequuntur. Secundū eundem modū, meticulosi homines cum in tenebris existentes de rebus horribilibus cogitant, frequenter aut exclamant; aut fugiunt quod quasi præsens aliquid terribile sibi existiment, vtpote speciem defuncti alicuius, aut cadamōnē.

CAPVT. VI.

De virtute phantastica, componente & diuidente species.

Est autem huius æstimationis potentiæ, nō solū elicere intentiones nō sensatas, verum etiam species in imaginatiua seruatas ad inuicē componere & diuidere; vt cum ex cōpositione specierū montis & auri aliquādo per se & diuisim sensorū fingimus nobis mōtes aureos; & ex specie Indię vel Arabiæ, de qua aliquando loquētes audiuius; simul cum prædictis cōposita, fingimus montes aureos in India vel Arabia. Ita agit in sensu exteriori spiritus, cū exterius in tabula quā pingit, humano capiti (iuxta illud Horatianū) ceruicē iungit equinā, & varias rerum tētat cōiungere formas. Ita phantasia mur hominē sine capite, domū sine recto, equū sine ventre, & huiusmodi. Et in prædictis quidem cōparat species diuersas ad inuicē. Cōponit etiā hæc virtutes sensatas vel species earum, cū intentionibus elicitis & nō sensatis. Vt cū ovis iudicat lupū esse inimicū, Lupi enim habet speciem quē vidit, inimicitiam autē elicit ex figura. Interdū vero intentiones cum intentionibus coniungit, vt cum iudicat inimicum hunc fugiendū, cum iudicat hunc beneficium sibi proficere esse sequendum, alienū vero nō sequendum sed fugiendum. Quidam autē hoc officium diuisiuidendi & componendi attribuunt alteri potentiæ, quam ab æstimatione putant esse distinctam; appellantes eam peculiari nomine phantasiā. Nobis tamē in proposito magis placet, vt phantasiā cū æstimatione eandem potentiā reputemus, quam nihil refert æstima

Phantasia



DE SENSIBVS INTER.

æstimatiuam an phantasiã appellemus. Neq; enim ratio sufficiens videtur, ob quã necessario ponenda sit harum virtutũ distinctio. Nihil enim prohibet vnari esse eandẽq; potẽtiã, quã & nõ sensatas intentiones ex speciebus rerũ sensatarũ eliciat, & species vel intentiones ad inuicẽ cõponat atq; diuidat. Imo admodũ cõuenienter hæc videtur vni cõuenire potentia. Ouis enim cõponendo intentionẽ amicitiaẽ cũ forma lupi, sic iudicat luppũ esse inimicũ & fugiendũ. ¶ Et sciendũ, quod hæc interiores potentiaẽ admodũ diuersis appellationibus a diuersis nũcupãtur. Quisdam enim, secundã potẽtiã supraposita vocãt phantasiã, & hæc virtutẽ terciã cõponentẽ & diuidentem appellãt imaginatiuã. Vnde vulgo dicere solẽt Medici, quod imaginatio faciat casum; qđ de phantasia intelligunt. Alij vero malũt secundã illã vocare imaginatiuã, & meo sane iudicio rectius ab imaginibus videlicet & simulacris quã conseruat, hoc est, a speciebus rerũ sensatarũ. Hanc autem terciã, rectius vocant æstimatiuã, ab æstimãdo siue iudicãdo. Per hanc enim iudicãt animalia & æstimãt, quid fugiendũ, quid prosequendũ, ad quid accedendũ, a quo recedendũ, quid amicũ, quidue inimicũ, vt p huius iudiciũ omnino se regũt atq; gubernãt animalia. Aristoteles vero plerũq; imaginatiuã & phantasiã pro eodẽ videtur computare, & nunc quidem secundam potẽtiã intelligere, interdũ terciã. Ait enim, animalia per phantasiã vel imaginationẽ moueri. Manifestũ est autem, ad æstimatiuã hoc pertinere. Alibi autem, dicit, æstimatiuã ab imaginatione differre. Et quoniam tam diuersa in his appellatio est vt facile possit confusionem gignere, certius possũt hæc vires a suis officijs denominari, & secundum officiorum expressionem distingui, qđ secundum alias appellationes.

¶ CAPVT VII.

¶ Quod æstimatiua est in hoie aliquãto nobilior.
C Onsyderandum est autẽ, quod quantũ ad formas atq; species sensibiles, nõ est differẽtia inter hominem & alia animalia, cũ similiter ab exterioris

NIS LIBER .X.

Fo. 176

exterioribus sensibilibus immutentur, primũ videlicet in sensum exteriorẽ impressa specie, ac deinde ad sensum cõmunem transmissa, & imaginatiua seruata. Sed quantum ad intentiones prædictas, inter hominẽ & cætera animalia est differentia: quod animalia cætera percipiant huiusmodi intentiones ex quodã naturali instinctu, quẽadmodũ ouis ex specie lupi naturaliter fugã elicit, iudicatq; sibi fugiendũ tali forma apprehẽsa. Homo vero tales intentiones elicit per quandam collationem, Et ideo illa quã in alijs animalibus dicitur æstimatiua solũ, in hominibus aliquãto altiori denominatione cogitatuã etẽ appellatur, quod per collationẽ quãdam huiusmodi intentiones adinueniat. Vnde etiã interdum ratio particularis appellatur. Est enim collatiua intentio humi indiuidualiũ, sicut ratio intellectiua vniuersaliũ. Vnde homo ex apprehensione formã lupi, nõ naturaliter mouetur ad fugam: Nam si videat eum ligatum catena forti, aut alio modo constructum, vt non timeat nocementũ, non solum nõ fugiet ab eo sed etiam accedet ad videndũ & contemplandũ propius, tanqđ dignum curiosa inspectione spectaculum. Verum (per quãdam collationem) dum videt eũ ad se hostiliter accurrere, & conspicit fortẽ impetuosẽ accurrentẽ, apprehenditq; vt se fortiorem & a quo timet superari, ita fugam eligit aut resistentiã iuxta quod (facta collatione) magis videtur eligendum. ¶ Subseruit quoq; hæc potẽtia rationi, cũ illi seruãt cõiuncta, vt in hominibus, Per eã etiã ratio & intellectus dirigit hominẽ in omnibus actionibus particularib; quẽ ad corpus spectãt. Quõ etiã in intellectu ad intelligendum subseruit, dicitur posterioris suo loco.

¶ CAPVT VIII.

¶ De loco & dispositione huius æstimatiuã.
H Abet autem potẽtia ista phantastica & æstimatiua locũ in medio ventriculo cerebri sitã quãta in medio, inter memoratiuã a parte posteriore posita & imaginatiuã ex parte anteriori, tanqđ indifferẽs in mensurerer ad vtrũq; sese potens cõuertere. Nã circa species diuersas quã in imaginatiua seruantur manifestũ est eã bri.
Z operari



DE SENSIBVS INTER

operari, dū ex eis (vt iam diximus) elicit intentiones nō sensatas, dū (species illas cōponendo & diuidendo) format sibi quas vult imagines, & intentiones. Ad memoriā vero se cōuertit, quādo in ea (vt posterius dicemus) suas intentiones reponit, & quādo vult rursus eas inde accipit, vt circa eas phantasticatur. **C**Medius autē cerebri vētriculus in quo hāc potentiam sitā dicimus, locus est admodū calidus, ad quem multi spiritus cōtinuo ascēdūt; propter quod in continuo motu est, plusq̄ alia vites prēdictā. Atq; hinc experimur mirabilē huius potētiae in phātasando cōponendo & disjudicādo celeritatem & instabilitatē, & facillē de vna ad aliam trāsītū. Maxime vero febricitantes id experitur, propter spirituum inflammatorū cōtinuam sursum agitationem qui in phātasia operantur mirabiles cōpositiones & diuisiones. De virtute autē huius potētiae, miranda tradunt Medici, quod frequens in humanis corporibus ex ea fit realis immutatio, quemadmodum etiam quotidiana nos docet experientia. **C**Illi vero qui hanc potētiam (quam vt vnā tractauimus) in duas malunt diuidere, priorē vocant phantasia, quae componit & diuidit species in imaginatiua seruatis posteriorē vero dicūt aestimatiuam, quae (vt dictū est) intentiones elicit ex speciebus in imaginatiua seruatis. **C**CAP IX. **C**De memoria sensitiua.

Phantasia & estimatiuae officium,

Quomodo autem sensum cōmūne diximus habere proximū sibi repositoriū suarum specierū a sensibus exterioribus susceptarū ita & hāc vis estimatiua proximū sibi habet a posteriori parte cellariū, atq; repositoriū suarū intentionū a speciebus imaginatiuae per cōpositionē & diuisionem elicitarū. Quemadmodū em̄ necesse fuit sensū cōmūne habere tale repositoriū, eo qd̄ ipse species in absentia diu seruare nō posset, propter continuo noua occurrētia sensibilia, atq; etiā propter cōplexionem organi sui, quod ad suscipiendū nō ad cōseruandū est a natura dispositū: ita virtuti estimatiuae necessarium fuit habere cellariū in quo suas intentiones reconderet, eo quod nō posset in le eas diu cōseruare, propter cōtinuā aliarū aduentū susceptiōnem atq;

NIS LIBER IX.

atq; efformationē; propter quod aduētū debuit habere tale cellariū, in quo iā elicitas intentiones absconderet, ac velut in thesaurario reponeret, ad q̄ oportuno tēpore posset recurrere, quoties sibi placitum esset huiusmodi intentiones resumere. **C**Hāc autem virtus, intentionū eiusmodi sic cōseruatiua, appellatur memoria siue vis memoratiua, quae ob causam prēdictā recte thesaurus intentionū potest appellari, sicut imaginatiuā nūcupare solent thesaurum formatū. Quēadmodū enim imaginatiuā cōseruat species rerū, sic memoria cōseruat intentiones specierū. **L**icet autē vtrūq; hoc cellariū (imaginatiuā scilicet & memoriā) deseruiat aestimatiuā siue phantasia, memoriā tamē praecipuus ipsius est thesaurus. **C**Et (vt manifesta id cōparatione ex sensibilibus declaramus) imaginatiuā cōparata ad aestimatiuā velut focinea est, vnde effodit homo argentū vel aurū, & tāq; ager in quo metitur frumentū, memoria vero est tāq; arca in q̄ effossum inferitur atq; reconditur aurū vel argentū, & tanq; horreū in quod cōgregatur frumentū ab agro: Quomodo em̄ ex terrā venis effoditur aurū, sic ex speciebus in imaginatiua seruatis estimatiua elicit intentiones. Et quomodo aurū effossum inferit homo in arca, sic erutas elicitasq; intentiones recondit in memoriā. **C**CAPVT X.

Memo- ria.

Cōparatio pulchra.

CVirtutis memoratiuae locus quis, & quō dispositus accipitur aut nomē memoria tripliciter. **P**rimū, pro ipso actu memorandi, cū videlicet ad intentionē seruata in memoria phantasia excitata, actu rei praeterite recordat. **S**ecundo, per habituali memoria, quomodo re illā dicimur vulgo habere in memoria, cuius intentionē sic seruata apud nos habemus, vt eū voluerim, possumus actualiter de ea meditari, vel phantasiari, etiā si actu nihil de illā cogitemus. **T**ertio (vt i presenti locoprincipaliter oportet accipi) per ipsa virtute & potētia, quae intentiones ab aestimatiua accipit & retinet. **C**Quae quidē virtus locū habet in posteriori parte cerebri, & est nouissima potentiarum interiorū. **V**nde ex occipite, physionomi recte conijciunt memoriā. **Q**ui enim bonū occiput habent, & quasi tumorem quendam magnū in occipite,

Triplex memoriae acceptio.



DE SENSIBVS IMTER

hi plerumq; bonā habent vim memoratiuā, quē ad modum experientia ad oculū mōstrabit animū aduer tenti. ¶ Et quoniā siccū est bene conseruare, oportet hāc partē cerebri magis siccā esse, & aliquantulū durā, minusq; humidā, & mollē q̄ sint partes alia cerebri priores. Neq; sufficit siccitas talis & duricies qualis est in parte imaginatiuā, sed est subiectū memoratiuā maioris siccitatis q̄ imaginatiuē. Nā imaginatiuā nō incumbit tam diu seruare susceptas a sensu, cōmuni species, q̄ retinere debet memoratiua suas ab æstimatione vel phāstasia acceptas intentiones. Imaginatiua enim maxime propter phantasiā suę æstimationem est, vt tā diu teneat species rerū, donec conueniēter phāstasia intētionē elieuerit, & velut negociata operataq; fuerit circa eas. Non autem propter sensum cōmunem, vt ipse rursum inde accipiat in rei absentia sensationē. Memoratiua vero ordinatur ad firmā retentionē intentionū susceptarū, quas in ea recōdidit æstimatione, vt post lōgum etiā tempus (cum oportunū fuerit) possit hęc ad illā habere recursum, & velut dispositū reposcere, cū iterū vti placuerit. Vnde hęc virtus memoratiua, dicitur bet præcipua virtus conseruatiua.

CAPVT XI.

De memoratiuę virtutis diuersitate ex organi dispositione.

Celeris] **E**X prædictis de perfectione memorię in siccitate, patet ratio, quare ij qui excellēter sunt bonę apprehensionis plerūq; non admodū valeāt memoria; quoniā videlicet in eorum cerebro nimia est humiditas, a qua bonā illam & celerem habēt apprehensionem. Illi vero qui mediocri & vtrūq; tardæ sunt apprehensionis, plerūq; magis pollēt memoria. Nam tarditas illa apprehensionis, argumentū est maioris siccitatis: quę tarditatē illam efficit in apprehendēdo, in cōseruando autē apprehensa, cōfert. Illi vero qui omnino sunt nō dico tardę sed malę apprehensionis, vt sunt nimii hebetes quibus vix quicq; potest imprimi, nequeūt esse bonę memorię, propter nimiam duricię, quę difficillime recipit impressionem.

NIS LIBER X.

nem. ¶ Possimus autē memorię differentias, secundum diuersitatē sigillaris impressionis distinguere, hoc modo. Sigillū enim si imprimatur in materiam valde mollē, suscipiet quidē facile impressionē & figuram accipiet a sigillo impressam, sed nimium leuiter ab ea deperibit, neq; est impressio stabilis. Ita sunt quidā quibus ob nimiam humiditatē substātia cerebri est nimium mollis. Et hi facile quidem recipiūt impressionem, intentionēq; trāsmittam a phantasia cito suscipiūt (quemadmodū facise est in luto imprimere vestigiū) sed nō diu retinēt quod impressum est, moxq; eius obliuiscūtur, & euanescit quod fuerat memorię cōmēdatum. ¶ Si vero materia sigillanda sit nimium dura (vt pote cornea) adeo vt vix possit qualēcunq; suscipere impressionē, ne sic quidē bona erit cōseruatio, eo quod sufficienter nō pogetur imprimi (imago). Atq; huiusmodi sunt, quibus est cerebrum nimis durū, vt vix suscipiat a phantasia impressionem, aut nimis tenuiter suscipiat. Quę impressio quoniā nimium superficialis est, facile obruit: quemadmodum in tenaci & cōpacta terra modice impressum vestigiū, quamq; magna violētia impressum, facile tamē oppletur puluere, nec perdurat ad vllum tempus. ¶ Si vero in materiā satis mollem non tamē nimis mollem sed vtrūq; durā, fiat impressio, apta ac bona erit sigillatio. Efficiet enim mediocri mollicies (quę ex tēperata est humiditate) vt ad suscipiendum sit materia idonea. Mediocri autē duricies (quę ex mediocri est siccitate) hoc præstabit, vt firmū permaneat quod est impressum, huiusmodi sunt, quibus subiectū memoratiuā bene temperatum est, vt neq; nimis durū sit neq; nimis molle. Hi enim nō difficulter recipiūt impressionem, & difficulter deleri auferriq; permittūt quod fuerit impressum. ¶ Quorū dā vero memoria, secundum aliquid bona & secundum aliquid mala dicitur. Qui enim ita durum habent cerebrū vt difficulter satis impressionem accipiat, nō tamē ita durā quin forti impressio ne (id est, magno labore, & lōga frequentiq; meditatio ne) bene possint & perfecte eadē imprimere, nō min⁹

Cōparatione sigill. multiplex ostēditur memoria.



DE SENSIBVS INTER.

etiam quā alij qui videntur facile receptiui, hi secū- dum aliquid mala dicuntur esse memoria quatenus nimia exigitur difficultas in imprimēdo. Nō tamē omnino mala, sed secundū aliquid bona, quatenus videlicet id quod ita magno labore & diligētia (bene tamen & perfecte) acquisierūt, felicissime retinēt vt per omnē vitam vix possint obliuisci. **CA**terū huiusmodi videmus nōnullos, ea quæ ante multos annos improbo valde labore memorię inculperunt, potius q̄ impresserūt, in longā aetate ea ipsa optime tenere: adeo vt iam senes possint grammatīcorū rudimentorū canones quasi ex recenti de promere memoria. Est autē hoc signum magni laboris, quē i huiusmodi ediscendis impenderūt adolescentētes. Nam quæ paruo negotio ediscuntur, memorięq; imprimuntur labore modico, hæc vt plurimū facile excidunt: iuxta quod vulgo dici solet, cito deperire, quod cito acquiritur: contra vero, fixius hætere quæ cum difficultate acquisierimus.

CAPVT XII.

Senes & pueri quare non bene memorentur.

EX his patet ratio, ob quā senes plerūq; videtur esse obliquosus, ac malæ memoriæ. Facit enim in eis cōtinuus defectus humiditatis, & nimia exiccatio cerebri, pariter & frigiditas calore naturali deficiente nimium excrecēs, vt cerebrū plus iusto exiccatur & induratur nō bene possit impressio- nes suscipere. Propter quod (vix tenui relicto vestigio intentionis impressæ) facile ipsū obliteratur, quē admodū supra dixim⁹, de ijs qui sunt supra modum hebetes. **I**ntelligimus autē hanc malā memoriā in multū senibus, quātū ad ea quæ in senectutis tēpore cōmendat memoriæ, Nā ea quæ in adolescentia siue in iuuetute atateq; virili (cū adhuc valerēt vigore corporis) memorię impressa vltq; in senectute seruaerūt, ea tenacissime retinēt, neq; obliuiscuntur facile. Quod em̄ cerebro (donec molle esset ac bene dispositū) bene perfecteq; semel fuit impressum, in senectute q̄ durascit atq; exiccetur, nihil per hoc impressioni nocetur, imo magis ipsa videtur hoc ratione firmari.

De memoria se-
nū nota
tu digna

NIS LIBER X.

Fo. 179.

Quæ admodū (exēpli gratia) si in cerā iam mollē imprimatur sigillū, apteq; ac plene ipsa suscipiat imaginē, impressa autē conueniēter imaginē singamus cerā illam in modū cornu indurescere, manifestum est, per hoc susceptæ figuræ nullū fieri detrimentū. Imo vero fit tāto ipsa firmior atq; solidior, q̄to magis induruerit materia. Cæterū, quod ad nouas impressiones attinet suscipiendas, nihil dubium est duriciē istā superuenientē magnū præstare impedimentū. Atq; ita profecto se habet senū memoria.

Pueri vero, propter rationē contrariā, memoriā in principio nullā habent, vel admodū modicā propter nimium humiditatis excessum, quæ in eis maxie abundat in annis priorib⁹. Impedit em̄ ista ne impressionē possint retinere, quoniā humidū male retinet. Imo vero cū nimia fuerit, impedit etiā susceptionē. Quemadmodū videlicet si in aquā aut lutū nimia cōmixtum aqua sigillū imprimas, nulla relinquitur impressio. Tamen si erā verū sit hūidū esse bene susceptiū, id tamē intelligi debet de mediocriter hūido. Oportet em̄ tantā esse siccitatē, vt sufficiat ad suscipiendum. **A**risto. vero in libro de memoria & reminiscētia, aliā assignat in senibus & infantib⁹ causam vtriusq; cōmunem, videlicet quod i cōtinuo sint motu: illi quidē, propter decrementū, hi vero, propter augmentū. Videbitur tamē diligent⁹ rei veritatem cōtemplanti, causa alia superius assignata esse potior magisq; præcipua.

CAPVT XIII.

Quare quædam memoriæ diutius inheerant, quædam citius abeunt.

Non solū autē inter homines diuersos secundum organi diuersam dispositionē consideramus memoriæ diuersitatē, verū etiā in eadem memoriā quædam attendimus fixius hærentia, quædam citius evanescentia. Nā id vnumquęq; in sese docet experientia, quædam eorum quæ cogitauimus, aut cognouim⁹ hætere diutius, alia ocyus effugere. Huius autē potissima causa esse videtur bona & fortis in memoriā impressio. Quāto em̄ fortius aliquid in memoriā impresseris, tāto min⁹ potest effugere.

¶ ¶ ¶ Con-



DE SENSIBVS INTER.

Contingit autem id dupliciter. Primū quidē vnī
 ea vehementi impressione, cū intentio ipsa multo,
 vehementiq; spiritu a phātasia in memoriā defertur
 illicq; a phātasia seu aſſumatiua diligētissime commē
 datur, & velut in profundo collocatur, fortiterq; ex
 phantasia vehementi ad ipsam cōuersione memo
 ria inſigitur. Ac tūc quidē ita se habet phātasia, tāta
 diligentia & vehemētia memoriā hāc rem sic com
 mēdans, quōmodo solēt homines rem quā nequa
 perditam vellēt custodibus magna attēcione & mul
 ta vehemētia fideliter commēdare. Et quōmodo ea
 quā bene seruata volumus, & nequaquā perdi
 sustineamus, in profūdo & in trinis penetralibus reponim⁹
 (Quā enim in propatulo aut in ipso statim vestibū
 li ingressu exposita sunt facile auferūtur) ita ea quā
 nolumus nobis excidere, & de quibus alias aliquan
 do phantasiari volumus atq; cogitare, quasi in pro
 fundo reponimus memoriā. Huiusmodi autem
 sunt vel ea quā nos vehemētē offendūt, & de quib⁹
 vltionē oportuno tēpore intēdimus meditari,
 quemadmodū de Iunone apud Virgilium dicitur,
 Virgili⁹ Manet alta mēte repositū iudiciū Paridis. Sic & ca
 nes eorū a quibus grauitē affecti sunt plagis, agni
 tionē profūdiſſima retinēt memoria. Item beneficia
 singularia solēt grati in profūdo collocare memo
 ria, si quādo oportunam possent referre gratiā. Cui⁹
 egregiū etiā in bruto animali exemplū describit Au
 Aulus Gellius. In libro Noctū Atticarū, de leone quo
 dam, dānatū ad bestias seruū, propter veteris amicit
 iā beneficiū, memori sua gratitudine a morte prae
 seruante. Secūdo modo inſigitur aliquid memoriē
 non quidē propter vnā aliquā vehemētē impressio
 nē, sed per frequentē ipsi⁹ quod in memoria repositū
 volumus reuolutionē, & sepius iteratā talis rei cog
 gitationē; quōmodo facere solem⁹ i. disciplinis, vbi
 aliquid didicim⁹ qd seruātū volum⁹. Frequētē em̄
 illius cogitationē reuoluim⁹, vt singulis cogitatio
 nibus aliquo in memoriā relicto phantasiati vestigio
 tandē firma solidaq; quasi p. habitū relinquatur ipse
 fio. Et hic mod⁹ est disciplinē maxime accōmodus.
 Non.

NIS LIBER X.

Non enim potest memoria melius feliciusq; stabiliri
 in re apprehensa semel & cogitata, q̄ per frequentem
 eia meditationem & imaginis crebram reuolutio
 nē. Nam prima illa per vehementiam fortis im
 pressio maxime ex rebus insolitis fit, accedente ali
 qua perturbatione insolita in homine: vt cū homo
 ex nimia sibi facta iniuria vehemētissime irascitur
 aut ex magno accepto beneficio plurimum lætatur
 potissimū cum præter opinionem & spem ista eue
 nerint, vt cum ab eo quis accipit iniuriam, a quo mi
 nime credebat, aut ab eo beneficium a quo minime
 sperabat. Item cum de præſenti malo aliquo graui
 grauitē tristatur, aut cum ex re aliqua admodum
 insolita magna confurgit in homine admiratio
 In huiusmodi enim absq; frequentē meditatione
 facile fit impressio tantum per vnā rei cognitionē
 In ijs autem quā ad disciplinam spectant, præter
 nō ita euenit, sed frequentē meditatione est opus.
 Neq; difficile fuerit ista incorporabilis per analo
 giam declarari. Potest enim tam fortis fieri vnica si
 gilli impressio in materiam, vt alterā adſcere nō sit
 opus. Quod si vnica impressione nō sit perfecte ex
 pressa imago, frequens expressio, repetita perficit,
 quod fortitudini prioris impressionis decrat. Atq;
 hoc est quod in libro de memoria & reminiscencia
 ait Aristoteles, meditationes (id est, crebras imaginū
 repetitiones) tueri memoriam atq; confirmare.

Arist. li de memoria & reminiscencia

CAPVT. XIII.

De memoria angusta, & ampla, & prouida Dei
 dispensatione.
 Inueniuntur autem quidam memoriā quidē ha
 bentes bonam, sed angustā & modicam, neq; nisi
 paucorū susceptiuam. Alij vero amplam habent
 & plurimorum cōseruatiuā. Primi præterea ex hoc
 cognoscuntur, quod tumorem in occipitio habeant
 nō magnum, sed tamē apte dispositum. Atq; huius
 modi frequētē sunt, qui magno pollent ingenio &
 frontem habent cornuatam, magnūq; sinciput. Poste
 riores vero magnum habent tumorem, & in altum
 vt cumq; ascendentem, vel a posteriori parte protēn

Z s sum. Et

sum, Et hi plerūq; nō ita magno sunt ingenio. Non debet autē vtriusq; horū eadē esse ratio studij, neq; idē in memoriæ cōmendādo conatus. Nō enim omnibus omnia cōueniūt, sed vnicuiq; iuxta sui ingenij qualitātē, suāq; cōplexionis dispositionē sunt instituenta sua studia. ¶ Primis expedit, pauca eaq; optima in memoria reponere maximeq; necessaria: & cauendū illis est ne in angustū hospitio nīmia multa velint per vim intrudere atq; simul coagitare, amplius q̄ possit angustia ferre memorialis horrei. Non em̄ hoc illis cedit prospere, si tentauerint. Eligant proinde optima, & scitu dignissima, maximeq; necessaria, quæ in memoria recōdant, maxime autē generales veritates & vniuersales noticiās, ex quibus alia possint plurima elicere. Qui vero aliterius sunt conditionis, his magis licitū est per multa vagari, & plura sibi in memoriā recōdere. Habēt enim horrea ampliora, & in quæ plura possint inferre, id tamē prouideāt, vt hæc multa secūdū cōgruū disponāt ordinē, alioqui paruū ex multis possessionibus fructū relaturi, quod huiusmodi hominibus sæpe numero solet accidere. Vbi enim nō est ordo, adest mox cōfusio. ¶ Attēde autē, q̄ prouide, q̄ sapiēter, sua dona honorū omnīū largitor distribuit, vnicuiq; prout opus habēt ad mensurā dispensans, nullē vero Deus omnia dedit. Illi enim qui bono sunt ingenio, quibus bona est apprehēssio, bona imaginatio, bona æstimatiua siue phātasia, hī plerūq; memoriā cernūtū habere angustā. Qui autē in priorib; vtrūq; deficiūt, in posteriori frequēter supplementū accipiūt. Nimirū, quia bene ingeniati (id est, bene apprehēdētēs & æstimātēs) nō ita multis egent in memoria cōseruādis. Ex pauculis enim quæ in sua angustia memoria tenēt, absq; magno negotio possunt plurima per suū ingenij & inuentionē efficere. Nō est autē opus multorū iam perfectōrū cōseruatione, si absq; negotio prompte possis ea ex tēpore prout necessarium fuerit fabricare. Neq; necesse est multa secū de ferat preparata anteq; egeat, qui omnia quibus eget, mox vbi indigerit, ex sese poterit adinuenire.

¶ Atq;

¶ Atq; ita qui magno sunt ingenio, & æstimatiua præcellunt, cum ex seipsis plurima possint adinuenire, atq; vt fuerit oportū de nouo fabricare, nihil opus habēt vt multa secum iam fabricata iam adinuenta semper circūferāt. Illi vero qui ingenio sunt tardiores, qui per sese ad inueniendum vel fabricandum non multū sunt idonei, his opus est, vt ea quæ operata sunt diligenter custodiant, & quæ adinuenirent (vel per seipsos, vel per alios) diligenter conseruent. ¶ Quæ admodum (verbi gratia) si quis artē habeat, vbilibet locorum fuerit, ex terra aut lapidibus passim obuijs facili labore (modici pulueris, quæ ipse nouit, admixtione) fabricandi aurum, huic quorsum opus erit, si peregrinari velit, multo se auro onerare, quod per omnem viam secum circumferat? Nonne huic sufficit, quod secum ferat puluere aut substantiam illam modicam, per quam possit vbilibet locorum ex materia obuia facere sibi aurū, quantum indigerit? Illi vero qui hanc artem nesciunt, necesse habent pro totius itineris necessitate copiam auri secum deferre. Ita sane prudens omnium bonorum largitor Deus mirabili sapientia cuncta distribuit, vt in omnibus ipse laudetur & glorificetur benedictus in sæcula, Amen.

CAPVT XV.

¶ Quomodo reminiscētia differat a memoria.

Non est autem idem reminiscētia & memoria, neq; reminisci & memorari, cum hoc est Quos, Reminiscimur enim alicuius rei, quādo ipsā reminiscimur, prius cognitā sed obliuioni datam & elapsam e memoria, per a seipso in memoria conseruatam iterum reducimus ad memoriā. Hoc est, cum rei alicuius habuimus noticiam, quam tēnē nō possumus memorari cū volumus, atq; ita ex aliquo quo adhuc in memoria nobis remanet, procedimus ad illius rei obliuē cognitionem. Si enim (exēpli gratia) hesternodie librū aliquo in loco reposui, cuius loci hodie negotio memorari, & quātumcūq; de hoc cogitē, nō mihi occurrit locus, exciditq; memoriā, ita vt nō possim illius



Vide p
uidā Dei
dispensa
tionem.

Illius pro meo placito memorati, si deinde (ad rem illam obliuioni datam reuocandam in memoriam) reuoluam apud me ipsum loca omnia in quibus pridie fui, & eos cum quibus habui colloquium, & negotiorum quae in vnoquoque locorum egerim, sicque ex memoria alicuius horum deuenio in cognitionem loci illius vbi librum reposui, iam dicor huius loci reminisci, cuius tamen simpliciter non potui memorari.

Ex quo patet, quod ad reminiscendum plura requiruntur, quam ad memorandum. Nam ad memorandum sufficit, quod de re prius cognita iterum cogitemus, ut praeterita est & ante cognita. Id enim adisci oportet quoniam non dicitur simpliciter memorari, quisquis de re ante cognita iterum cogitat. Nam si quis rem aliquam ante cognitam penitus obliuiscatur, eandemque post annos vel dies aliquot denuo addiscat, ita qualem nunquam ante cognouisset, neque aliquando se cognouisse in praeterito attedit, hic non memorari rem illam dicitur, sed de nouo addiscere. Qui enim memoratur is ex specie conservata apud se mouetur ad cognitionem rei ante cognitae. Qui autem non ex conservatione speciei apud se mouetur ad cognitionem, saltem secundum partem aliquam, is non memorari dicendus est. Aliquando vero haec commixta sunt, ut rem aliquam partim memoratur, partim de nouo addiscamus. Veluti cum mihi alicuius hominis noticia pene exciderat memoria, nondum tamen penitus. Seruatur enim adhuc aliquo modo in memoria eius species, sed tam debilis, ut per se solam vix sufficeret ad talis rei cognitionem reduendam, nisi simul aliquid extrinsecum accederet, quod secundum partem aliquam denuo docendo memoriam adiuuaret. Ad memorandum ergo requiritur & sufficit rem ante cognitam ut tale iterum cogitare. Reminiscencia autem plura exigit. Requiritur enim praecedens obliuio, & velut discontinuata, siue interrupta memoria. Quorum enim non praecedit obliuio, eorum non reminiscimur sed memoramur. Non tamen quolibet rei obliuio resumpta cognitio, reminiscencia dicitur (alio qui iterum discere esset reminisci (sed cum sit illa noticia resumptio ex aliquo memorato & non obliuio, ex quo

quo procedimus ad vltiorem noticiam eius, cuius memoria exciderat. Negi satis est quod aliquantum tempus intercesserit quo illius rei non habuimus actualem memoriam, sed necesse est ita fuisse rem extra memoriam, ut volentes ipsius memorari non potuerimus per propriam speciem. Vnde quod ante diximus (iuxta Aristotelis sententiam) reminiscenciam esse memoriam discontinuata & velut interrupta, id non est intelligendum secundum actum, sed secundum habitum. Tunc autem dicitur secundum habitum memoria discontinuata, quando etiam volentes memorari non possumus. Patet insuper, posse nos reminisci eius rei cuius species adhuc seruatur in memoria. Frequenter enim id contingit ut species in memoria seruata tunc non occurrat, neque se offerat phantasia, quando maxime queritur. Nam id sepe numero nobis accidit, cum rem aliquam maxime cogitare volumus, tunc eam velut effugere, & quantumuis requiramus non occurrere, ita ut sepius hac ex causa in nobis ipsi grauiter impatientia conturbemur. In tali ergo statu positi, si propter rem illam curus propria species non occurrat, & quae vltro sese non offert iterum cognoscendam, ad aliud aliquid quod actu mentis occurrit conuersi, ex tali aliquo redeamus ad cognitionem rei quam querimus, vtiq; reminiscimur rei illius, eo quod ex altero memorato non per speciem propriam, illius noticiam in nobis recuperamus; mansit tamen vere in nobis species talis rei, licet non tum occurreret cum quaereretur. Id enim frequenter nobis vsu venit, ut quod hac hora volenti memorari nequaquam occurrit, hora sequenti etiam vltro non requisitum sese offerat: quod vtiq; non fieret, si penitus species ipsa emigrasset. Quomodo enim in ampla suppellectili contingit interdum, ut illud quod pene ante oculos est non inueniamus, etiam tunc cum maxime quaerimus, quod posmodum vbi quaerere desinimus, vltro sese offert conspectui, ita & in speciebus, intentionibusque seruatis in memoria cellario (sunt enim illae suppellex memoriae) contingit sepe numero, tunc minime occurrere ipsa etiam quae

Interdum res dum maxime quaeritur minime inuenitur





Aristo.
in libro
de me.
& remi.

Memoria
& remi-
niscen-
tia actus
diuersi

DE SENSIBVS INTER,

que vere secundū specie suā presentia sunt, quādo di-
ligētissime, sollicitissimeq; queruntur, quā postmo-
dum abeunte sollicitudine sese nō requisita produ-
cunt.

CAPVT XVI.

Quare bruta non possint reminisci, & quid
sit virtus reminiscendi.

Colligimus ex prædictis, verū esse quod ait A-
ristoteles, memoriā quidem & in irrationali-
bus animantibus inueniri, reminiscentiā non
item, Experientia enim certa discimus, anima
lia memorari quæadmodū canis vidēs eū a quo alis
quādo casus est, recordatur verberū & inimicitia;
propter quod latrans in fugam se coniscit. Reminis-
ci autē non possunt, Qui enim reminiscitur, rem il-
lam de qua vult cogitare nō offerentem seipsam co-
gitationi, proponit per aliud velle inuestigare, & ad
hoc faciendū mediū quærit ordinatū per quod pos-
sit in illius deuenire noticiā. Tanta autē facultas nō
est irrationabilibus animantibus, vt ita ordinate a
proposito possint ab vno procedere ad aliud. Quā-
quā enim ex vno possint venire in aliud, per sensus
cognitionem & æstimationem, non tamē nisi quanti-
tum naturaliter vnū ex altero consequitur, quæad-
modum ex apprehensa forma lupi, ouis ad inimicitia
æstimationem transit, & ex voce prolis apprehē-
sā trāsit ad amicitia æstimationē. Verū id nō nisi ex
naturæ est ordine, quoniā videlicet secundū naturalē
inclinatiōē ex vno illorū, in eis alterius cōsequitur
æstimatio. Non possunt autem bruta id quod vltro
non sese offert proponere sibi inquirendum atq; in-
uestigandum, atq; propter hoc medium quætere, es-
ligereque, ad illud rememorandum quod quæritur
oportunum. Hoc autem, ad reminiscentiā requiritur

Quantū ergo ad actus reminiscendi atq; me-
morandi, videtur manifestum quod non vnum me-
morie & reminiscētiæ actus diuersi sint, Quod si de
ipsis potētis interrogetur, qualis sit ipsa reminiscen-
di virtus, an sit ipsa potētia memoratiua in homine
nobilior q̄ in alijs animalibus, vnde hoc habeat vt
sic possit discurre, an alia aliqua sit potētia distin-
cta

ta: verisimilior videbitur respōsio, quod nō vna ali-
qua potētia singularis debeat poni ab alijs prædis-
ctis distincta, vnde habeat homo vt possit reminisci.
Neq; tamē cum memoria videtur esse eadē potētia.
Memoria em̄ ad hoc nō sufficit, vt ita ordinate pro-
ponat inquirere quod nō occurrit, neq; eius est me-
diū sibi proponere ex quo ordinate procedat alte-
rum. Hæc tamē ad reminiscētiā diximus spectare.
Nō videtur ergo virtus reminiscitiua eadē esse potē-
tia cū memoratiua. **V**irtus autē æstimatiua secū-
dum eā nobilitatē quā in homine obtinet (vti supra
diximus) sufficere videtur ad reminiscendi actum.
Potest enim in homine discurre in particularibus
eag; ad inuicē conferendo ex vno ad aliud ordinate
procedere, atq; ex alio aliud peruestigare, quæadmo-
dum ratio in vniuersalibus. Neq; solū in seipsa pos-
test ex vna intentione elicere aliā, verū etiā in me-
moria (quod ipsius est cellariū) ex vna offerente se
specie, ducatū accipere potest perueniendi ad alterā
latere volentē.

CAPVT XVII.

Qui bene reminiscantur, & quomodo de-
beat fieri bona reminiscētia.

Et quoniam reminiscētia non ad memoriā
spectat, fieri potest, vt is qui bonā habeat remi-
niscētiā (id est, qui bene facileq; reminiscitur)
mala sit memoria; is vero qui male reminiscitur, bo-
na sit memoria præditus. Imo plerūq; ingeniosus (in
quibus est bona æstimatiua & bona imaginatio) nō
ita bonæ sunt memoriæ, at tamen bene admodum re-
miniscuntur, quoniā bene & ordinate sciunt proce-
dere ad eius quod querunt inuestigationē. Cōtra ve-
ro cōtingit, admodū bona esse memoria eos qui ma-
læ sunt reminiscētiæ; vt homines male ingeniati me-
moria pollehtes optime memorantur, male tamen
reminisci possunt si quid nō occurrat, eo quod æsti-
mariæ defectu nō possint ordinate procedere, & per
media cōgrua quod intendunt peruestigare. **S**ci-
endū autem est quod ad reminiscendū oportet acci-
pere mediū conueniens secundū aliquē modum ad
id cuius volumus reminisci, Oportet enim id quod
accipi

Bene in-
geniati
bene re-
miniscē-
tur, sed
nō sepe
bene me-
morant.



DE SENSIBVS INTER

accipitur ad inuestigandum aliud, habere cu illo ali qua habitudine, vel similitudinis, vel coexistentia, vel ordinis, vel dissimilitudinis, vel contrarietatis, vel cuiuslibet conuentionis. Solemus enim reru gesta ru quaru nos cepit obliuio, ex ijs qua simul te po te gesta sunt recordari. Et cum quid eorum que memoriter tenemus forte nos fugerit, vt no ad vo luntate mox succurrat, ad ea qua antecedunt conuer timus memoria, sicq; ex ijs que precedunt ea que se cundu ordinem subsequuntur reuocamus ad memori am. Item ex vno contrario in recordationem alteri us obliuio contingit deuenire ex si similitudine quoq; reminiscimur similliu, item ex vicinia & ex ordine quolibet vnus ad alteru. Et quia vna eademe res habitudine habet ad plura, suntq; ex vno plura nata consequi secundu diuersu ordinem, hinc est, quod etiã conuenienti assumpto medio ad reminiscendu no sem per coningit reminisci eius quod quaritur. Sepe em medium quod assumitur, ducit nos ad id quod non quarimus, & impeditur qua siti recordatio.

CCAPVT. XVIII.

De somno & vigilia.

Prius autem qua sensitiuaru viriu claudamus de terminatione, superest, vt de somno & vigilia vel pauca dicamus. Sunt enim haec, sensus pas siones (vt ait Aristoteles) & circa sensum ha bent fieri. Neq; enim in vlla specie inueniuntur so nus & vigilia, nisi vbi inuenitur sensus. Na plantas nemo dicit vigilare aliquando aut dormire, quonia sensum no habent. Caetera autem animalia sensum ha bentia, interdum vigilare interdum dormire percipiunt. Quod tamen si no de omnibus copertum sit experi entia, ob quorunda sensu imperfectione, putat ta men Aristoteles rationi consentaneu, omne quod sensum habet vel vnicu (vt pote solu tactu) aliquan do dormire, aliquando vigilare. Sunt autem somnus & vigilia contrariae passionis, ac proinde circa idem habent fieri, adeo vt cuiuscunq; conueniat vigilare, eidem & dormire, atq; e contrario. Contraria enim circa idem habent fieri subiectum, vnde nullu ani mal vel

Arist. li de sono & vigi lia

NIS LIBER .X.

mal vel semper dormire potest vel semper vigilare, sed aliquando quide dormire, aliquando vigilare de ber. Est autem vigilia, sensu libertas atq; solutio, somnus & vigi lia. Cuius animalis liberi sunt ad operandu suas ope rationes, obiecto oblato, & impedimento secluso. Somnus vero, sensu vinculu est, atq; ligame, quo ligatur sensus, no possint suas exercere operationes etiã si obiectu offeratur, & impedimentu omne ex trinsicu remoueatur. Na id manifeste in dormientibus cernimus, nullo sensu eos donec somni passione premuntur quicqua percipere. Neq; enim videt corã astates, neq; audiunt, neq; tactu aliquid percipiunt, do nec expergiscatur. Non sufficit autem vnu aliq; ser sum animalis ligatu esse, caeteris solutis: sed necesse est omnes sensus quos animal ipsum habet esse pari ter ligatos. Cno qualibet tamẽ sensu ligatio, som nus dicendus est. Sunt enim morbi quida priuantes ho minem sensu atq; motu, & dicunt esse venas quasda in collo quas si quis apprehendat atq; cõstringat, ipsum animal mox sensu ac motu priuatu collabitur. Ma nifestu quoq; id est in morbo appoplexiã, qua peni tus hominem motu & sensu priuat. No appellatur tas me huiusmodi sensu ligatio, somnus. Somnus enim, quies est sensu a natura illis deputata, ad recupera tionem virium. In morbis autem huiusmodi nulla est sensu quies aut reparatio, sed potius destructio atq; debilitatio. CCAPVT. XIX.

Duplex somni utilitas in animalibus.

Vt autem cognoscatur, q non temere neq; frustra Deus naturae in animatibus somnu pos suerit, advertendu est, duplicem ipsius somni in animalibus esse utilitate, imo necessitate. Pri mum enim, ad animaliu viriu facit reparationem. Omnis enim virtus naturalis que no absq; fatigatio ne perpetuo potest exerceri aliquando indiget quietis sum, De intermissione, vt possit instaurari quiete, qua nimia us som no fatigatione deficeret. Id manifeste videmus in motu nium in progressiuo animalium. Quia enim in perpetua co didit ani tinuitate ambulare non valent, necesse est subinde malibus quiescant, ac demu resumptis viribus progrediatur.

Quora sum, De us som nium in didit ani malibus

DE SENSIBVS INTER

Ita & organa sensuū, quoniā nimia vigilia fatigātur, indigent intermissione quietis, vt resumptis reparatisq; viribus, iterū ad suorū officiorum possint aptam functionē redire. Sunt autem vires istæ, tã exteriores sēsūs q̄ interiores, maxime tamē videtur propter interiores sensus somnus esse necessarius.

Secundo est somnus vtilis atq; etiā necessarius, propter virtutes vegetatiuas. In animalibus enim, virtutes vegetatiuæ (nutritiua scilicet, augmentatiua & generatiua) impediuntur per exercitiū virtutū animalīū. Quanto enim vires animalis, id est sensitiuæ & motiuæ, magis intenduntur, tãto naturales, id est vegetatiuæ, magis remittuntur. Propter quod in hominibus studiosis & in re qualibet multum sensu occupatis, peior fit nutritio atq; augmentatio. In hominibus autem ighaui, quiq; animalib; virtus minus vtiūtur, melior fit nutritio, atq; augmentatio maior. Et multum vigilantes inacrescere videmus atq; pallefcere, sōniculosos autē vehementer impinguari. Quoniā ergo virtutes naturales per exercitiū virtutū animalīū impediuntur, ideo propter salutē animalis ipsiusq; valetudinē firmandā pro uide naturæ author tempus somni instituit: vt animalibus viribus ligatis, naturales virtutes (sine quarum operatione non diu potest animal subsistere) tū possint liberius pleniusq; suis actib; vacare, atq; ea quæ ad animalis vitā intertenendā sunt necessaria, conuenientius operari. Atq; hinc est, quod vultgo dici solet, somnū non minus q̄ cibum ad bonam valetudinē conducere, somnoq; moderato nō min; q̄ cibo hominē nutriri: ecōtrario autem, nimia vigilia nō minus q̄ immoderato ieiunio corpus exiccari atq; tabefieri. Nō quidē ob hoc quod ipse somnus sit hominis nutrimentū, sed quia efficit, vt naturales potētia suas conuenienter operationes exerçant, & quia eius defectus impedit alimenti debitā conuersionē in substantiā rei, propter impedimentū virtutum naturalīū, per immoderatū & nimis diuturnū animalīū virtū exercitiū. Hinc apte per Sapientem dicitur, Vigilia honestatis, tabefaciet carnes.

Secūda
vtilitas
somnia.

Nota at
tente.

Eccl. 31

NIS LIBER .X.

Fo. 185

nes, Et prudenter viri sancti, quibus cura est edomā dæ carnis, eiusq; molestijs & afflictionibus debilitari dæ, ne supercrescat spiritui, vigilijs atq; atq; ieiunij se insistent scientes, carnis vigorem nō minus somni q̄ cibi subtractione infringi atq; imminui. Hoc em̄ est quod quærun, carnem videlicet atterere & velut suppressere, ac (iuxta Apostolum) castigare & in seruitutem redigere, vt dominetur spiritus.

1. Cor. 9

CAPVT. XX.

Quomodo somno vtiliter iuxta Dei institutionē vtendum,

Quoniā ergo ad duo hæc somnus ab auctore naturæ Deo est institutus, videlicet ad sensum reparationē & vegetatiuā viriū adiumentū, nequāq; sapientis hominis fuerit, profus sibi somni velle quietē subtrahere. Non enim min; peccatū habebit huiusmodi, q̄ si alimētū sibi ipsi vclit in totū subtrahere, aduersus sapientissimi Dei ordiē & institutionē. Vnde & benedict; Dei filius cū in mūdo nobiscū eouerfaretur, somni necessitatē nequaq; a se reppulit, sed quomodo ceteras humanæ naturæ infirmitates, ita etiā hanc sensuū a somno ligationē in sese voluit suscipere. Nā & in nauī super ceruical eū dormiuisse legimus, & a discipulis fuisse excitātū. Est autē sapiētis eatiē sōno moderate vtiquaten; ratio dicitur eundē esse conducibilē: quomodo alimēto vir bon; frugaliter vtī debet pro interinēda corporis vita, nō pro eodē enutriendo ad lasciuiā. Et hac in re, necesse est vnusquisq; attendat suæ cōplexionis qualitātē. Quomodo em̄ in alimēto sumēdo nō omnibus vna est mēsurā ponēda, ita nec sōno. Quod enim huic ne satis quidē est, illi est nimium. Quidā enim ad sēsū eorūq; organorū reparationē pauco indigēt somno, etiā post multā vigiliā; moxq; vbi paululū quietierint, exurgūt alacres ad pristina animalīū viriū exercitia. Alij vero longiorē egent somno antequam possint eorū vires recuperare. Videtur autē ista diuersitas ex varia dispositione suæ cōplexione cerebri prouenire. Et sollicite quisq; sibi debet attendere, vt discat quantum sibi sit ad



DE SENSIBVS INTER

viriu reparacione necessariu. Quomodo enim imo deratus somnus cuncta organa viriu animaliu apta reddit, & bene disponit ad sibi congruas operationes, ita cum nimius fuerit, reddit ea pigra, tarda atq; inhabilia ad exercendas conuenienter suas functiones. Vnde homines nimio somno de ditos videmus esse pigros, desides, oscitabundos, graues, & velut immobiles, malz apprehensionis, mali iudicii, tardi motus, imo non ita limpide videtes oculis, neq; etiā (si diligentius quis aduertat) lingua ira exakte gustates: & omnino in omnibus quz ad vires animales spectat operationibus inueniuntur inhabiles. Cū eō ratio qui moderati sunt somni cōspiciantur ad omnia prompti & alacres, viuacitate quoq; sensuum gaudentes.

CAPVT. XXI.

Quomodo generatur in animalibus somnus, Et autē somnus ex euaporatione, cū videlicet a corde eleuantur vapores sursum versus cerebrū qui illic infrigidati a cerebri frigiditate & condensati opplent meatus spirituum sensitiuorum, ne possint a cerebro in organa sensuum diffundi. Cū enim vapores isti sic iterassati meatus illos occupauerint, per quos cerebrum diffundit spiritus sensitiuos ad organa sensuum, itemq; a posteriori parte illos meatus per quos spiritus motiuos diffundit ad organa motus, tunc cōtingit, sensus omnes ligari, sicq; animalia cōtingit & motu & sensu priuari per spirituum sensitiuorum & motiuorum defectū. Nō em potest in oculo fieri visio, nisi mediāte spiritu sensitiuo, qui illi a cerebro per neruos ad hoc a natura dispositos (quēadmodū aperte in anathomia est videre) diffunditur: sic & de omnibus sensibus alijs dicendū. Hoc ergo visionis instrumētō absēte, nequit in oculo visio fieri. Ita nō possunt se mēbra mouere secundū locū, nisi per spiritus motiuos, qui similiter a cerebro transmittuntur ad mēbra. Omnes enim spiritus animales (id est tā sensitiuū q̄ motiuū) in cerebro gignuntur, & a cerebro in cetera organa atq; mēbra derivantur; Sensitiuū tamē, suos meatus habent maxime

Sōnus quomodo fiat.

Motus prius dicitur dormientia.

NIS LIBER X.

in parte anteriori, ortū habētes a cōmuni, a quo nerui oriuntur, ad organa singulorū sensuum. Motiui vero suos habent meatus a parte posteriori, a ventriculo memorię, a quo in nucā subiacentē diffunditur spiritus motiuus: atq; ita per nucam cōsequenter diffunditur ad omnia corporis mēbra. Fit autē somnus fortior, aut debilior, iuxta quod vapores isti plenijs occupant meatus spirituum sensitiuos. Cū enim vapores multū fuerint grossi, & ita multi vt totos meatus sufficiēter oppleant, grauis est somnus, neq; leuis est excitatio: quemadmodum in illis est qui multo potu sunt obruti. Cū vero vapores fuerint subtiles neq; multū ingrossati, aut cum nō ita multi fuerint vt meatus ipsos sufficiant penitus opplere, somnus est debilior, & est facilior excitatio: quēadmodum in illis qui frugaliter sunt relecti. Vnde etia fit, vt ij qui venas habent valde amplas, non admodū fortis sint somni, facillimeq; excitentur: eo quod vapores nō sufficiant meatus spirituum opplere, sed propter latitudinē aliqua ex parte facile trāseunt spiritus, velut cedentibus vaporibus in via latiori. Qui autē angustiores habent spirituum meatus, somno grauiori premuntur, & excitantur difficilius: eo quod obstitens vapor facilius impediāt transitū spirituum: quēadmodum ad oculū videmus, in via angustiori consistentē, facilius prohibere occurrentia cuiuspiam ingressū ac transitū, q̄ in via latiori. In lata em via facile est, transire volentē (si celer agilitq; extiterit) ad partē aliquā sese iniicere, & ocyus transire. Ita sane qui amplos habent meatus, frequenter expergiscuntur etiam vltro, & leuissimo excitantur strepitu. Frequenter enim, propter amplitudinē viarum, spiritus animales sua celeritate illabuntur in organa sensitiuā atq; motiuā, & facilem aliquā sibi parant celerē transitū, sicq; frequēter & facile cōtingit animalia eiusmodi expergisci. Expergiscitur em animal, mox vt spiritus ipsi animales, transitū acquirunt ad sua organa. Tunc enim fit sensuum solutio, in quo cōsistit vigilia. Fit etia sōnus maxime post sumptū cibū, quod tū eleuantur copiosius vapores bñ

Sōnus fortis aut debilis vnde

Post cōsistit somnū

Comnum generantes: & maxime cum talia fuerint
 alimenta (cibi atq; potus) que multas de se fundant
 fumositates, aut admodum crassas, ac pingues. Non
 quilibet tamen vapores causant sonum. Quidam enim
 potius somnium impediunt, vt vapores acuti & fal-
 si. Item cum fuerint cum cholera multa commixti. Tunc
 enim somnus impeditur, quemadmodum docet expe-
 rientia, cum vinum nimium acutum biberimus, aut ni-
 mium calidum, & cum choleram in nobis moueri
 sentimus. Oportet enim vapores somnum inducen-
 tes esse dulces, facile in cerebro ingrossabiles, pin-
 guesq; & velut mulcebres. Alioqui non patiuntur
 se ligari spiritus, qui sunt in cerebro, magis timetes
 destructionis nocumētum quam reparationis profectum

CAPVT XXII.

¶ Somni pars aliqua pro nutritione, aliqua pro ge-
 neratione, aliqua pro sensuum reparatione.

Quamquam autem supra diximus somnum natura-
 liter ad duo ordinari, videlicet ad subsidiū
 auxiliūq; vegetiuarum potentiā, quæ in
 animalibus per virtutū animalium vsū & exercitium
 impediuntur, & ad reparationē virtutū animalium que
 in suis exercitijs fatigantur continuo labore: videtur
 tamē ipsa vegetatio (tanquam animalis subsistētiæ magis
 necessaria) priorē locū secundū tēporis ordinē obti-
 nere, & tēpus etiā amplius quam animalium viriū repara-
 tio sibi vōdicare. Nam quod ad animalium viriū repara-
 tionē attinet, videtur illi modicum tēpus posse suffice-
 re; quemadmodum experiuntur interdū studiosi, cerebro
 vt cunctq; defatigato, facile illi possit subueniri, si vel
 sedentes in sella studij capite aliquantulum reclinato
 in manu paululum cessent ab exercitio, & miram per-
 sentiunt in tancilla requie subleuationem. ¶ Quod
 autē pluriū horarū tempus ad somnū exigatur, mag-
 nis videtur propter vegetatiuas esse potentias. Et
 plane hoc experientia docet, in principio soni maxi-
 me nutritionē adiuuati, minime autē sensuum fieri re-
 parationē. Experimur enim eos qui in principio aut
 paulo post principium somni excitantur ante sonū me-
 diū, animalibus viribus esse multo magis desituros

quam si om-

¶ si omnino non dormiissent: neque id solum momentū
 Veruetiam per multū tempus, immo per totū non
 nunquam subsequētis diei spaciū. Et videtur qui sic post
 somni principium excitantur quasi ebrii, nullo sensu,
 nullo etiā motu recte vtentes, quasi animalibus viri-
 bus omnino perturbatis, neque vlla sentitur repara-
 tio. ¶ Cæterū, ipsa sensuum reformatio maxime vide-
 tur circa finē somni post mediū eius fieri. Prius enim
 sibi natura animalis prospicit de eo quod ad esse ipsi
 sibi est necessarium, quod de eo quod ad bene esse. Nutritio
 enim, ad esse animalis requiritur. Sensuum autē vsus, non
 ad esse ipsius, sed ad bene esse exigitur. Pueros enim
 & moriones videmus absque sensuum bono vsu, vali-
 dos corpore persistere. Si tamē plus iusto sonus extē-
 ditur, rursum deinde cerebrū indisponitur. Propter quod
 multū ingenio cōducit, sumo mane e sua iustrato ex-
 urgere, dulcesq; relinquere plumas, videlicet vt sen-
 sibus reformatis antequam iterū indisponatur, sonus abstru-
 patur. ¶ Maxime vero ipsi qui castitatem mentis atq;
 corporis seruare volūt incōtaminatā, & nec illufio-
 nisbus scedarū imaginū, nec spurcitijs pollui noctur-
 narū immūdicarū, prolixus ille sonus matutinus di-
 ligenter est cauendus. In fine namque soni experientia mon-
 strat, huius rei maximū esse periculū. Quod ideo esse
 videtur, quoniā in principio soni & per tēpus maxi-
 mum ipsius, nutritiua & augmētatiua suas potissimum
 operationes exercēt; perfecta autē sufficiēter nutri-
 tione, circa soni finē, videtur potētia generatiua se-
 cundū ordinē suo officio succedere. Quia enim secun-
 dū ordinē tēporis prior esse debet nutritio & augmē-
 tatio generatione (propter quod in pueris non prius
 generatiuæ potētiae operationē experimur, quam nutri-
 triua & augmētatiua ad iustā perfectionē eos perdu-
 xerint) ideo prius nutritioni insulitur, postmodum
 vero generationi. Quod etiā inde est, quia semper ex
 superfluo est alimētū, atq; ob hoc nutritione perfecta
 in illud quod super fuerit alimētū se cōuertens vege-
 tatrix potentia, agit in ipsum, & efficit vt in seminis
 naturam cōuertatur, & circa seminis dispositionem
 atq; perfectionem tum maxime agit, efficiturq; ad
 genera

Matuti-
 nus. Co-
 nus cas-
 sitati
 pericu-
 losus.





Somn⁹ au-
torē nō
probād⁹

Somnia
quō fiāt.

Sōnian-
tes qua-
re oīa sic
esse pos-
sūt ut sō-
niant.

DE SENSIBVS INTER.

generationem homo paratior atq; pronior nutra-
tione perfecta. Atq; hinc fiunt in phantasia illusio-
nes fœdarū imaginū, generatiua potētia suū actum
quaritante; & nō raro sūt coinquinationes inordi-
nata corporū, quas euadere possunt qui tēpus illud
præueniendo, somnū anteq̃ eo pertingat, abrūp-
unt. Et licet in aurora sit somnus carnalib⁹ maxime sua-
uis, ijs videlicet qui venerem amantē & corporis de-
licias, veris tamen Dei amatoribus, castitatib⁹, &
omnis virtutis zelatoribus somnus ille maxime est
fugiendus.

CAPVT XXIII.

Quomodo in homine cōtingant insōmia.
Contingit autē in somno sensus interiores in-
terdum solui, exterioribus sensibus in suo vin-
culo permanentibus: apparētq; tūc phantasma-
ta & varia imagines in phantasia atq; in astitutiua
quas apparitiones, imaginationesq; & phantasio-
nes, vocat sōnia, vel insōnia (vt videt) a somno quā
videlicet in sōno fiāt. Fiūtq; hæc sōnia maxime post
mediū sōni, cū iā vapores icipiūt minui ac subleuari
& ita primū sens⁹ interni soluūtur, icipiūtq; operari
exterioribus sensibus in suo ligamento nihilominus
permanētibus: eo quod vapores adhuc meatus oc-
cupent, quib⁹ a cerebro ad ipsorū organa trāsmit-
tī debent spiritus animales. Causa autē quare sōnia
tes oīa iudicēt ita se habere vt somniāt, videt esse ex
defectu operationis sens⁹ cōmunis. Quod em̄ dū vi-
gilantes multa phantasiatur, cōponētēs & diuidens
tes, nō ea sic habere putem⁹ quomodo nobis i phā-
sia occurrūt, inde videt esse, quia sens⁹ cōmunis ius-
dicat & cognoscit p sensū exteriorū obiecta, nihil
tale esse presēs. Qd̄ em̄ nec a visu, nec ab auditu, nec
ab aliquo aliorū sensu vt actualiter lesatū percipit, id
ipse iudicat nō adesse. Atq; ita q̄q; vigilantes multa
phantasiatur, nō tamē illa vt presētia iudicant⁹, quō-
niā sens⁹ cōmunis nobis cōtrariū iudicat. In sōniatib⁹
vero quia sens⁹ exteriores ligātur, nec sensus cōmu-
nis nisi quæ ab ipsis recipit, iudicat, ita tū deest, quæ
phantasiæ atq; astitutiue falsas cōpositiones & diuisio-
nes iudiciat.

NIS LIBER X.

nes iudiciatq; refutet, & cōuincat esse falsa mēdacia.
Itaq; sit, vt videatur vere presētia, & sic se vt apparēt
habere, nemine presente q; euincat falsitatē. Causa
hæc est etiā causa, quare in tenebris phantasiantes
terribile aliquid homines terreantur, & exclamāt ac
fugiunt: presente autē lumine, eadē imaginantes, nō
ita terreantur: quoniā videlicet absente lumine nō
potest id quod astitutiue presens est, argui qd̄ non
ita sit. Nā lumine absente, nequit iudicari quid corā
sit. Lumine autē allato manifeste iudicat sensus cō-
muni per visum, non adesse quod habet imagina-
tio phantasiæ. Quemadmodū videlicet cum van⁹
atq; mendax homo mirāda proponit, si nemo adsit
qui falsitatē redarguit, creduntur vera esse quæ nar-
rantur. Si vero adsit qui arguat falsa eiusmodi pro-
ponentem, manifesteq; comprobeat nihil taliū sic
esse vt dicit, nemo atq; talia proponētī, nec se quis
quam propter mendacis hominis confutati verba
loco mouebit, quicquid tandem ille dixerit.

CAPVT XXIII.

De somnijs supernaturalibus, animalibus & natu-
ralibus.

Distinguūtur autē multipliciter somnia. Quæ
dā em̄ desuper a Deo legimus immitti, quæ
admodum in diuersis scripturarū passibus in-
ueniuntur: de somnijs videlicet iacob & ioseph, de sō-
nijs Pharaonis, itēq; pincernæ & principis pistorum
regis Pharaonis, de somnio Nabugodonosor, & ple-
tiliq; alijs. Hæc enim omnia a Deo benedicto vide-
bantur ad futurorū przsignationē immissa. Vnde
Ioseph cum expositurus esse somniū Pharaoni, dice-
bat. Quæ facturus est Deus, ostendit Pharaoni. Et
iterum, Absq; me Deus respondebit prospera Phara-
oni, tacite sic indicans, quod & somniorū illorum
immissio foret a Deo. Idipsū apertissime & Das-
niel coram rege Nabugodonosor. Est Deus (iquit) Dani-
el in celo, reuelans mysteria, qui indicauit tibi rex Na-
bugodonosor quæ ventura sunt nouissimis tempō-
ribus. Ac rursum, Qui reuelat mysteria, ostendit tibi
bi quæ ventura sunt. Sed & in nouo testamēto mul-
ta solet

Sōnio
distinctio

Sōnia su-
pernatu-
ralia.

Gen. 48

Dani. 2.

a s ta solet



DE SENSIBVS INTER

ta solet per somnia immissa sanctis hominibus De
futura demonstrare. Vnde Ioseph legim⁹ ab angelo
Dñi in somnis admonitū, de virgine Maria accipiē
da, de filio in Ægyptum adducendo, & reducendo.
¶ Quir autē Deus ita in somnis velit futura indica
re, causa videt, quia tūc sensus hominis magis sunt
quieti, exteriorib⁹ omnib⁹ ligatis, interiorib⁹ etiam
circa paucissima vel onino circa nulla occupatis ac
proinde diuinæ impressionis & internæ cōmonitio
nis facili⁹ susceptiui. Huiusmodi autē somnia nō pas
sim vulgarib⁹ solent accidere, sed illis qui sunt præ
eminētes, vel sanctitate, vt in quibus magnū & sin
gulare aliquid De⁹ operari disponit, vel dignitate,
aut autoritate, vt in ijs qui sunt in administratione
regnoz. Quod em̄ Abraham, Iacob, Ioseph, Danie
li, Iudæ Machabæo, & huiusmodi somnia fuerint a
Deo immissa, propter ipsoꝝ fuit præcellentiā. Quod
autē Pharaoni & Nabugodonosor, propter ipsoꝝ di
gnitatem, vel certe ad diuini nominis gloriā & amā
corum Dei glorificationē fuit, Quod etiā magistrix
pistorum atq; pincernæ Pharaonis fuit somnium
prælagiū futurorū immissum a Deo, propter Ioseph
exaltationē factū fuisse creditur. Nihilominus Deo
liberum est, cuiuscūq; voluerit etiā pessimis somnia
immittere. ¶ Alia vero sunt somnia, quæ appellan
tur animalia: illa nimirum quæ contingunt ex pri
us in vigilia sensatis, & maxime ex ijs circa quæ fu
imus in vigilia solliciti, siue anxie diligenterq; occu
pati. Hinc fit, vt atarus somniet de pecunijs, de ne
gociationibus, emptionibus, atq; venditionibus.
Gulosus de epulis & conuiujs; luxuriosus de mulie
rum conuictu & colloquijs, alijsq; huiusmodi. Ho
mo autē misericors, somniat, de pauperū necessitatibus,
de miserorū patrocinio. Qui zelat pro iustitia,
somnia in iustitiæ punitionē, oppressorū suspensio
nem, atq; huiusmodi. Nauta de ventorū prosperitate
te, & de nauigādo somniat & literis studēs de suo stu
dio. Et vniuersaliter, circa qualia occupatur homo in
vigilia, circa talia versatur in somnio. Offerunt em̄
sele species illæ dormienti, quæ solent vigilati. ¶ Es
huius

Somnia
anima
lia.

Nota di
ligenter

NIS LIBER X.

huiusmodi autē somnijs potest vtūq; cōiecare ho
mo, quid potissimū ipsius affectui, inhareat, Vt si
quis frequēter de honorib⁹ & laudib⁹ humanis som
niet, merito sibi metuere potest, ne forte sit ipse ho
mo ambicios⁹; itē si de epulis ac lauticijs, ne forte sit
homo delicat⁹ & gulos⁹, atq; ita ī ceteris. ¶ Sūt alia
somnia naturalia, quæ secūdu cōplexionis humanæ
cōditionē causantur in phātasia, ipso videlicet quod
in cōplexione hoīs dominatur immutāte cerebrū,
atq; speciē sibi conformē imprimēte in phantasiam,
aut speciē seruātā in ea mouēte, Sic homines sangui
nei, in quibus dominatur sanguis, de rebus rubeis,
pulehris, & lætis somniāt, & frequenter existimāt se
volare, eo quod sanguis cōueniat eū aere: estq; hæc
cōplexio læta & ærea, propter quod læta & amœna
somnia naturaliter. Illi autē in quibus cholera domi
natur, multū somniāt de igne, cū quo cōuenit chole
ra, item de bellis, iurgijs, & contentionibus, ad quæ
cholera extimulat. Flegmatici (in quib⁹ dominatur
aqua) solent de aqua somniare, vt pote iuxta aquas
se ambulare, aut in aquas se incidisse aut submergi,
hisq; similia, quæ plurimum solent pueris (in qui
bus adhuc humidū dominatur) accidere; somniant
etiā de glacie, niue, & huiusmodi, vt quod per niuē
ambulant, aut super glaciē labant. Melācolici vero
(in quibus dominatur terra) frequenter sōniant se ī
terra defossos, aut terra oppressos, aut de sepulchris
mortuorū, deq; alijs huiusmodi, potissimū quæ ad
oppressionē pertinet; maxime autē de rebus grauib⁹
& tristibus, vt pote de inferno, de morte, de persecu
tione ab alijs illata, alijsq; similib⁹, quoniā maxime
grauis est & tristis illa cōplexio. ¶ Naturaliter etiam
somnia homo de illo quod sibi deest, & quod appe
tit, vt esuriēs somniat de cibo, sitiēs de potu, mictu
riens de pariete aut loco aliquo separato, vbi liceat
secundū honestatē mingere, caturiēs vero de cloaca
Vnde etiā interdū huiusmodi somnijs cōtingit hoīs
dormientium latera humectēt pro pariete. ¶ Ad eū
dem modū cum natura se onerataū senserit alimēti
superfluo

Quo no
turaliter
diuersæ
in homi
nibus cō
plexio
nes dis
uersa fas
ciūt som
nia.

De exo
neratio
ne natu
rali nota
tu digna



DE SENSIBVS INTER-

superfluo, quod ad generationē pertinet, dū se exonerare atq; liberare cupit, per somniū in æstimatiua imagines apparere facit taliū rerū ad quarū præsentiam solet fieri superflui talis eiectione, eo quod nō aliter (nisi forte ex defectu virtutis retentiua) cōtingat eiusmodi emissio. Natura ergo de salute viuētis sollicita, id ita procurat, & æstimatiuam sic mouet: ne si non fiat superflui illius exoneratio, varijs morbis & miserijs misere cōsumat id quod frequenter solet accidere. Atq; ita cōtingit etiā castissimos viros, nō sturnis illusionib; sollicitari atq; vexari, illos maxime in quibus valida est vis generatiua. ¶ Quod si quis interroget, quonā pacto fieri id possit in imaginatiua, vt talis fiat imaginū effectio, cū preuiz non antecesserint cogitationes, ex quibus videatur posse oriri? Dicimus, sicut in animalibus irrationabilibus æstimatiua potentia naturaliter mouetur quantum ad ea quæ sunt naturæ opera, vt ad nidū struendum tali materia, tali forma, tali tempore, ad coeundū cū animante sui generis diuersi sexus &c, ita æstimatiua hominis in hac parte moueri naturaliter, & imprimi in eā quādam impressionē, per quā excitetur ad tales efformandas imagines, ad quarū in æstimatiua præsentia solet tale naturæ opus fieri. Neq; vero mirum, si dicamus naturaliter aliqua ex parte hæc æstimatiua moueri, quandoquidē opus istud quod queritur (nempe superflui corruptiui animalis expulsiō) omnino naturale est, ad viuētis salutem cōseruandum.

¶ CAPVT. XXXV.

¶ Quod boni & studiosi virtutum possent subinde mala perpeti somnia.

EX qua somniorum distinctione, non modica sumi potest consolationis materia aduersus quorundam nimium pavidorum inordinatum & scrupulosum timorē, qui grauiter tristantur, si quando per somnium aliquid eis cōtingit quod virtuti videatur cōtrariū, atq; ita se affligunt, quasi talibus sint vicijs apud Deū cōinquinati: cū tamē secundum rationem viuāt, & pro virili secundū spiritū aduersum tæ

Totum hoc casus putat disingere ex pende.

NIS LIBER X.

sum talia vicia vigiles decertēt, neq; ex eo quod per somniū ita cōrigit, vllam apud Deū habeat culpam. Omnino enim cōtingere potest, & cōtingit nō rarum qui secundū rationē & voluntatē vere castus est, somnijs rerū venerationē illudi, & eū qui secundū rationem vere sobrius est ac temperans, gulositatis sceleria perpeti. Tertiusq; qui secundū rationē mitis, ac placidus est, atq; lōganimis, somnijs iracundiæ & ferocitatis vexari. ¶ Sit enim quis (exempli gratia) naturali cōplexione ad rem venerationē vehemēter inclinatus, propter virtutis generatiua in ipso fortitudo dinem, hic quātūuis secundū firmū castitatis propositum viriliter resistat, & nequaquā cōsentiat, ita vt propositi firmitate & cōtinua resistētia, maxime autem desuper veniente Dei gratia (sine qua iuxta Sapientis sententiā, nemo castus fieri potest) habitū castitatis sit adeptus; cōtinget nihilominus hūc interdū somnijs malæ cōcupiscētiæ illudi. Et qui vigilās præsentē ratione, neq; pro vita, neq; pro morte in mulieris cōsentire appetitū, nec vllū ferret familiare colloquiū aut cōmerciū, dormiens subinde etiā aplexus & oscula acceptat & querit. ¶ Ad eundē modū qui a naturali est cōplexione vehemēter pronus ad iracundiā, plenus flauente cholera, hic quātūuis multo labore & multa Dei gratia sit adeptus mansuetudinis patientiā, adeo vt vigilās, neq; in pilo, neq; in obulo velit nocere quātūuis in ipsam delinquētē, hūc tamen cōtingit per somniū pugnare interficere, dilaniare, discerpere hostē, eius domū ac segetē succedere, & cōcta eius bona diripere. ¶ Ita melancholicum qui Dei gratia multo labore secundū rationē atq; voluntatē pusillanimitatis vicij debellauit, & timorem pepulit inordinatū, cōtingit per somnia graui cōcuti timore. Et qui in vigilia de Dei misericordia optime cōfidit se cōsequaturū æternā gaudia, per somniū pati sibi videtur inferni tormēta: quicq; per vigiliā cōfidit se circumdatū lætantiū angelorū caterua, per somniū interdū sibi videtur in medio terris hiliū dæmonū iacere oppressus. Ita pure sanguinē aliquis, quis vere secundū rationē & voluntatis affectū

Sap. 8.

ex Dei



DE SENSIBVS INTER

ex Dei gratia omnes auerteretur mundi voluptates, subinde tamē per somniū videtur sibi in medio aeli ciarū iucundari. Cūmo vero si diligētius aduertamus, cōperiem⁹ ista ōnia etiā in vigilia ita accidere. Hinc em̄ tētationes sunt quā a carne exurgūt, etiā in bonis & sanctis viris videlicet vel luxūria, vel iracūdia, & ceterorū malorū: quōmodo de seipso narrat beatus Hieronym⁹; quōd cū in vastā heremi solitudine exeso esset corpore, & arctissima seipsum stringeret inedia, Romanis tamē se putabat interesse delicijs. ¶ Qui ergo huiusmodi se sentit sōnijs rerū nō bonarū tangi, aut etiā in vigilia ei⁹ sōni di vexari motib⁹, nō statim deijciat aīo, nō se mox Dei existimet inimicū. Verūtamen examinet seipsum diligēter an nō ex praeuijs in vigilia volūtarijs cogitatus, aut effectib⁹, ista sic exurgāt; an nō exorta fuerint a causa aliqua volūtarie tubministrata, vnde ei⁹ sōni somnia per se nata sūt sequi. Et quidem si post diligēs examen nullus huiusmodi mali sibi est cōsci⁹, nihil est quod metuat, non est quur multum anxietur animo, hoc tamē discat & cōsideret, in sua carne adhuc viuere cōcupiscētiā, discat nō debere se esse securū, discat nōdum perfecit de uicē esse siue subactū domesticum hostiē, discat sibi adhuc standum super custodiam; & humilitatis ac prouidētiā sibi sumat occasionē, ne mox vbi aliquem virtutis habitū aut donū aliquod acceperit, omnia in tuto putet, seq; in portu nauigare securū. Agat quoq; gratias Deo, cuius gratia ita sibi aduersissimum hūc hostem subiugauit, subiectumq; fecit (carne dico & sanguinem) vt non nisi in somno absente ratione, vel in vigilia per surreptionem, velut a tergo aut a longe audeat accedere, & nō in vigilia aperte prodire in aciem. Est enim hoc signum euidentis infirmas tū hostis, cum iam non palam, sed velut per surreptionem tantum ex abdito, audeat aduersarium impetere. ¶ Ceterum, de somnijs quatenus ex eis pronosticari aliquod liceat aut nō, item quomodo ea obseruare & non obseruare, praesentis non est negotij. Ad moralem enim spectat doctrinā, tamen si

non

NIS LIBER X.

Fo. 191.

non minima ex parte ex praecedentiū hāreant cognitione. Nos ergo de plurimis paucula quaedā dixisse contenti (quoniam profecto etiā si velimus multa, non valemus, ob ignorantiā rerū intus latentium) sessum nunc calamū abditarū rerū curiosa inspectione atq; perscrutatione, ad quietē reponimus, quo deinde ad id quod totius cōsiderationis nostrae erit supremū, reparatis viribus alacriores redeamus si tamen prius (iuxta hactenus in libris omnibus seruata consuetudinem) magni Dei gloriam cantico celebrauerimus, cuius sunt omnia haec mirabilia, hisq; infinito maiora, quae nostrae sterilitas calami minime valet explicare; qui in trinitate & vnitate perpetuo beatus viuuit, regnat, & gloriatur in saecula saeculorum Amen.

¶ Finit cōsiderationis Physicæ liber Decimus.

PSALMVVS MAGNO ARTIFICI QVI est fabricator humani cetebrī .

Videbam ergo nuper anatomiam, incisionēq; humani corporis: aderat qui secabat chirurgus, aderat qui demonstrabat omnia medicus.

Ille quidem diuidebat subtilissime, & vsq; ad venustas minimas tenuissimosq; neruulos incidebat omnia; hic vero digitis sollicitissime cuncta mōstrabat, verbisq; declarabat quantum poterat.

Super membris singulis quantumuis paruulis faciebat sermones prolixissimos: & post finita verba ōnia adijciebat nondum se membri naturam explicuisse vel vsq; ad dimidium.

Tantum (inquit) quae magis sunt cognitu vtilia, quae magis exposita proferim⁹: & tamē protahebat dies multos prolixis sermonibus.

Admiratus sum vehemētet in plurimus sagacis naturae operibus: dum ita mirandum, conspicerem in cunctis ordinem, ita stupendam in singulis virtutē, & vsum necessarium,

Nihil



PSALMVS

Nihil erat superfluum, inordinatum nihil, nihil indecorum: nullum erat membrum, a cuius contemplatione post inspecta auditaque omnia cum stupore non abscederem. At vero postea ad verticem peruentum est ad anatomiam cerebri: tibi videlicet quae prius videretur iudicabam nihil esse omnia.

Secabat ille summa sollicitudine; incisionibus subtilissimis: iste de rebus minimis nescio quae declarabat maxima.

Pape, quae studenda, quae admiranda, quae spectatu dignissima illuc erat demonstranda: vix tota oculo intesta acie sufficiebatur intueri, de quibus ille tractabat mirabilia. Ibi cranium & pericranium, ibi pia mater & dura mater, miringa maior & miringa minor: ibi nescio quae nimium mirandae conexiones & immixturae, quibus ista necessebantur adhaerebantque inuicem.

Ibi ventriculorum distinctiones variae, & cellulae distinctae distinctione visibili: ibi rete mirabile, verum mirabile, de cuius inuolutionibus narrabat ille miranda, cum vix pre tenuitate ipsum posset conspiceret acies oculorum meorum.

Ibi nervorum a cerebro exeuntium spectatu dignissima colligatio: ab anteriori parte molliorum duriorum a posterioribus.

Naturae providentiam miris efferebat preconis: singularum ad inuicem providam dispositionem ostendens, ad salutem & commoditatem animalium.

Pergebat ille his demonstratis plura ostendere: ego vero longius non valebam progredi, neque praecursum valebam insequi, quoniam me stupor inuulerat.

Et nunc, artifex maghe, nulli arte secundus, praecellentior omnibus: quid dicam ego, quid loquar de operibus artis tuae?

O utinam cogerent tibi spectatores, artifices periti operis: ab his enim posset tibi dari gloria.

Qui inter homines, magnae artis fabricauerint opera nihil aequae optant ac peritos artis ad spectandum illud. Si magnae artis opus in possessionem venerit hominibus rudibus qui artis sunt ignari: perdit artifex gloriam artis suae quantumvis sit praecellens artificium.

Ita pro

PSALMVS

Fo. 192

Ita profecto nobiscum res habet, quantum ad praestantissima opera tua: fabalibus stipulis grossiores sumus quantumlibet nobis videamur subtilissimi.

Sapientia & artificium operis tui nequaquam contempnari sufficimus neque millesimam partem artis quae ostendisti in capite nostro, vel doctissimus pernouit medicus.

Attamen etiam si nemo miretur, si nemo laudet semper manet in opere ipso gloria artificis: ita & tibi magne,

Deus semper tua manet gloria in cunctis operibus tuis.

Sis benedictus in aeterna maiestate tua: sis benedictus, sis laudatus & gloriosus in saecula, pro inestimabili sapientia & bonitate tua.

Gloria patri, & filio & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in saecula saeculorum, Amen.

¶ Finis Psalmus.

LIBER VNDECIMVS CONSIDERATIONIS PHISICAE, DE INTELLECTU & eius officijs, , , ,

¶ Praefatio.

QUAE haecenus a nobis libris praecedentibus determinata sunt, non homini sunt pecularia, sed vel rebus naturalibus omnibus generaliter conueniunt, cuiusmodi sunt quae in primo libro de principijs diximus, & in 2. de causis in 3. de motu, in 4. de loco & tempore, in quinto de generatione atque corruptione: vel homini sunt cum caeteris viuentibus (ut pote plantis & animalibus brutis) communia, nempe ea quae in prioribus tribus libris de potentijs vegetantibus & sensibus tam exterioribus quam interioribus diximus. Neque haecenus villo librorum praecedentium, de ijs quae homini peculiariter competunt, quicquam egimus.

b Atque



DE INTELLECTV ET

Atuero hominis egregia præcellētia, qua cæteris omnibus præstat naturalibus rebus, & admirabiles illæ virtutes quas in nobis peculiariter aduertimus, merito specialē exigunt tractatū. Si enim cælestia corpora, propter suam quā in hæc habēt inferiora potestatem actionem, specialē meruerūt determinationem si deniq; etiā meteorologicę impressiones (quæ & mixta imperfecta dicimus) propter suam tantū incertam & subitā generationē, singularem nobis extorsērunt tractatum; humanæ naturæ præcellētia, an nō multo iustius id ipsum exposcit ac exigit? Videlicet vt illas speciali opere discutiamus, declaremusq; nobilissima virtutes & operationes, quæ homini se proprie peculiariterq; cōueniunt, vt in nullis rebus naturalibus possint eadem vel similes reperiri? Quæ enim hæc foret inordinatio disciplinæ, post exactā de rebus naturalibus omnibus determinationē, ipsū quod est omnium præcipuum negligere & ad quod cætera omnia tanq; ad finem ordinatur intectū pertransire? Iustum est ergo, semel nobis in manū susceptus calamus tātis per nobis inseruiat, donec pro nostra virili secūdam bonū Dei auxiliū, & hæc vere maxima vel balbutientes explicauerimus.

CAPVT I.

De hominis præcellētia, & quomodo intellectu per sensum cognoscitur.

Hominis super alias res naturales præcellētia, in intellectu atq; voluntate cōsistit, potentius duabus vtiq; nobilissimis; quibus Dei in nobis imaginem & similitudinem gerimus, & secūdam quas Dei formes Deiq; capaces soli homines sumus; secūdam quas immortales sumus, incorruptibiles, & impassibiles (passione quacūq; violenta vel ad corruptionem deducēte) ab vlla re naturaliū quantumuis potētissimæ fuerit actionis; secūdam quas item soli homini cōuenit in suis actionibus libertas, meritum vel demeritum, præmiū atq; pœna, saluatio atq; damnatio æterna, felicitas æterna vel æterna miseria. Nulla enim irrationalis creatura intellectu & voluntate carens immortalis esse

Intellectus & voluntas quanta homini præliet.

DE INTELLECTV ET

esse potest, nulla Dei imaginem in se gerit, nulla Dei formis vel Deicapax dicitur, nulla meretur vel demeretur; nulla præmio æterno remunerabitur, vel æterna pœna punietur. Hæc enim omnia solius scæ hominis; quemadmodū in posteriorib; latius declarabimus. Quoniam vero secūdam rectum ordinem prius est rem intellectu percipere, posterius autem velle vel nosse, Intellectus em̄ est presentare voluntatis acceptare vel resutare, iccirco prius de intellectu q̄ de voluntate est dicēdū. Est autē in discipulis plinis ordo valde cōueniēs, incognita per nota, & minus nota per notiora (quatum fieri potest) declarare: quæ admodum ex principijs per se cognitissimis nititur ad sciētiam cōclusionis, & ex corporalibus exemplis manuducimur ad intelligēda spiritualia. Erat ergo modus cōueniētissimus naturæ intellectu declari per comparationē ad sensum (qui iā ex supra determinatis præsupponitur cognitus) partim quidē secūdam similitudinē, partim ver o secūdam dissimilitudinē. In quibusdā enim cōueniūt, & in quibusdā differūt. Primum itaq; omnium aduertēdum est, quod sicut sensus est potētia quædā apprehēsiua rerum foris existētiū abiq; reali susceptione ipsarū, per solā receptionē specierū; ita & intellectus talis quædam est potētia per quā homo ea etiā quæ extra ipsum sunt intus apprehēdit, nō rē ipsam vel ei9 partē vel vllā corporale eius qualitatē, sed tantū rei quā apprehēdit speciē intra se suscipiēdo. Nō em̄ in animā (vt Aristoteles ait) lapis sed lapidis est species. Est tamē manifesta eius in hoc differētia a sensib; exterioribus, qd̄ singuli solū sui proprii sensibiles suscipiunt speciē, vt visus solā speciē coloris. Intellectus autē indifferētē omnium simul est susceptiuus & omnium apprehensiuus; Trāscendit etiam potētiam primā interiorē, quā supra nominauim; sensū cōmūne; quoniā ille licet cōmuniter species suscipiat ab omnibus exterioribus sensibus, nō tamen potest nisi illas suscipere quæ ei ab exterioribus trāsmittuntur. Nulla enim species est in sensu communi, præter eas quæ a sensibus exterioribus ad ipsum trāsmittuntur.

Arist. 3. li. de ani



DE INTELLECTV ET

Amplius vero etiā a vi æstimatiua siue phāstia differt intellectus (tameñ quibusdā antiquorum ita visum nō fuit) quoniam intellectus est potentia vltior, & multo superior ipsa æstimatiua, sicut phāstia superior est sensu cōmuni aut imaginatiua. Cuius rei habita declaratione, magna ex parte quid intellectus sit, & quomodo homo cæteris præstet hæc in parte animantibus, erit manifestum.

CAPVT. II.

Quomodo intellectus sit potentia superior, q̄ æstimatiua,

Quō potentia vna est altera superior.

Pro cuius intellectu notādum est, quod illa potentia merito superior dicitur, cui altera subteruit & subministrat, & quā illa trāscēdit, ac superat virtute actionis; quēadmodū videlicet sensus cōmunis singulis exterioribus sensibus est superior, eo quod singuli subministrēt illi, trāsmittētes ad ipsum suorū sensibiliū species. Hic autē, operatio nis nobilitate excedit exteriores sensus, quoniam diuerforum sensuū sensibilia simul cōferre potest, atq; inter ea dijudicare, itē & actus sensuū exteriorū percipere, quæ duo nullus potest sensuū exteriorū.

Rursum æstimatiua iccirco superior reputatur & est sensu cōmuni, quoniā hic illi subministrat, species susceptas ab exterioribus mox ad imaginatiua trāsmittens & ibi recōdēs: nō utiq; pro semetipso (quoniam ipse illis speciebus in absentia sensibiliū nō utitur) sed pro æstimatiua, siue phāstia, nimirum vt ex speciebus huiusmodi ipsa eliciat intētionē non sensatas, cōponatq; & diuidat, & excitata his speciebus suū exerceat officiū. Ipsa autē æstimatiua operationes habet excellentiores q̄ sensus cōmunis, vel imaginatio, eo quod species illas possit ad inuicē cōponere & diuidere, atq; ita cogitationē tali cōpositioni, vel diuisioni specierum respōdētē in seipsa efficere, ac talis intētionis speciem nūq; a sensu cōmuni habitam in memoria reponere. Item potest nō sensatas intētionē elicere, easq; similiter reponere, quæ neq; sensus cōmunis neq; imaginatiua possunt. Iccirco iure superior dicitur. Eadem quoq; ratione æstimatiua

EIVS OFFICII LIBER XI.

æstimatiua, etiā memoria superior est, quoniā ipsius vtitur seruicio, quomodo arca & horreum deseruit possessori: & habet æstimatiua multo nobiliores operationes. Ad eūdem sane modum comperimus intellectū in homine ipsa æstimatiua vi, siue phantastica multo superiorē; videlicet quia æstimatiua intellectui deseruit, phāstia (id est, intētionē in phāstia operatas) præsentādo ipsi intellectui ad fabricādum ex eis species rerū solo intellectu perceptibilem & omnem sensum trāscendētium, quæ nullus sensus, neq; interior neq; exterior potest comprehendere. Atq; hæc est operatio illa qua intellectus superat æstimatiua. Sic enim se habet intellectus ad phāstia (id est, ad species vel intētionē quæ sūt in phāstia siue æstimatiua) quomodo se habet æstimatiua ipsa ad species a sensu cōmuni trāsmittas, & in imaginatiua seruatas. Quomodo enim per æstimatiua apprehēdit & percipit animal brutum, quod per sensum communem nō potest videlicet amicitiam, vel inimicitia, voluptatē, & dolorē, cōueniēs hoc discōueniēs secūdum sensum: ita per intellectum homo plurimā intelligit, quæ per æstimatiua solā impossibile fore percipere. Tameñ etiā æstimatiua possit elicere intētionē nō sensatas a speciebus seruatis in imaginatiua, sunt tamē illæ perpaucæ, & huiusmodi, quæ cōducunt ad animalis vitæ cōseruationem atq; directionem, secūdum quod animal est, vtpote amicitia vel inimicitia, cōueniētis vel discōueniētis, secundum sensum: quam æstimatiua operationē in pueris videmus nōdum ratione vtentibus, item & in amentibus atq; morionibus grandioris ætatis, in quibus perparum cernitur differentia ab irrationalibus, nisi quod propter excellentiam æstimatiua in hominibus videantur in quibusdam eminere. At vero intellectus conuertendo sese ad eas quæ in phantasia siue æstimatiua sunt intētionē, plurimarum rerum elicit cognitionem, quas sensitiua potentia nulla siue exterior, siue interior potest percipere. Intellectus enim virtute mirabili intelligit formas separatas, naturas vniuersales, angelicas mētes.

Intellectus æstimatiua nobilior



DE INTELLECTV ET

imo & ipsum Deum: quæ nequaquam ab æstimatiua pos- sunt cognosci. Item & alias habet intellectus opera- tiones mirabiles, affirmãdo & negãdo, tam in vni- uersalibus q̄ in particularibus, tã in abstracto q̄ in cõ- creto, & multipliciter ratiocinãdo, de quibus omni- bus suo loco dicitur posterius. Nũc uero (priusq̄ ex- tra propositũ abducamur) illud tota uirtute qua pos- sumus declaremus, quomodo intellectui in sua ope- ratione æstimatiua subministrat, id est, quomodo ex phãtasmãtibz intellectus rerũ cognitionẽ in se pos- sit acquirere, quæ nõ in æstimatiua præfuerũt. Sic enim & mirabilis ordo potẽtiarũ ad inuicẽ, ita in ho- mine ab optimo Deo pulchre dispositarũ clarescet, & nihilominus (quod quærimus) ipsius intellectus natura fiet manifesta.

CAPVT III.

De Platonis opinione existimantis omniũ intelli- gibilium species esse intellectui concreatas,

Platonis opinio.

AD prædictorum autẽ determinationẽ, ante omnia hic pertractãda uidetur Platonis quõ- dam celebris opinio, qui existimauit rerum omniũ intelligibilium species fuisse intellectui a prin- cipio cõcreatas, & animã rationãlẽ a principio suã cõditionis omniũ rerũ habuisse cognitionẽ, per spe- cies proprias sibi cõcreatas; quã cognitionẽ dicebat per immersionẽ in hoc corpũ anima perdere, species tamẽ manere, quomodo homo multo obrue- potu, aut somno pressũ nihil eorũ actu intelligit, quẽ tamẽ se cõdũ habitũ & species tenet. Atq; ita (iuxta positi- tionis huius cõsequentiã) asserbat, hominis scire uel addiscere, nõ aliud esse q̄ reminisci. Dicebat em̄, cum quis de nouo quippiã uideretur addiscere, specie in animã existẽtem (utpote ipsi cõcreatã) solũ excitari sicq; tãtũ recordationẽ fieri quasi oblitã rei per cras- si corporis immersionem, nõ autẽ speciem ullã de nõ- uo intellectu fieri. Atq; ita nihil dicebat hominẽ tã addiscere, quod nõ prius aliquãdo cognouerit. Lux- ta quã positionem, dicẽdum foret, intellectum non posse uti ministerio æstimatiuẽ ad aliquam speciem de nouo in se acquirẽdã, sed tãtũ ad excitationem (specierum

EIVS OFFICII LIBER XI.

specierum; ita uidelicet ut per phãtasmata excitatũ- tur species, quẽ in intellectu præexistũt, ad efficiẽdã in intellectu rei cuius sunt species cognitionẽ. Ve- rum hæc positio primũ quidẽ Christianã fidei nõ cõ- sonat, quẽ tenet animã hominũ nõ simul fuisse crea- tas, neq; etiam præfuisse ante corporis informationẽ sed vna cũ infusione corporis sigillatim singulas a Deo creari, & eo ipso momẽto quo in corpus infun- duntur simul & creari. Deinde etiã Philosophis me- liora sentientibus, eadẽ positio displicet. Reprobatur enim eã Aristoteles tercio libro quẽ de anima scrip- les a Pla sit pulchre docẽs, intellectũ nullã habere sibi cõna- tone dif- turãlẽ & cognatã specie, sed esse uelut tabulã nudã, sentit. in qua nihil actu sit descriptũ, esse tamẽ intellectum ex sua natura ad species omniũ rerũ in seipso susci- piendas idoneũ, quomodo tabula nuda in qua nihil est descriptũ susceptiua est cuiuslibet scripture, Cuiũ sententiã (ut magis uerã, magisq; fidei, rationi, & ex- periẽtiẽ cõsentaneã) in sequentibus latius uolumus declarare, illa alterã minus probabili omissa.

CAPVT IIII.

De distinctione intellectus agẽtis, & patientis.

AD cognoscẽdũ ergo quomodo intellectu in- tua operatione phãtasiẽ utitur ministerio, nõ- ra, quod (iuxta Aristotelis caterorũq; eius in hac parte sequaciũ traditionẽ) intellectu diuidit i agẽ- tẽ & patientẽ. Intellectũ agẽs dicit, cuiũ est species regẽ- intelligibilium efformare, atq; efficere, quibz mediãti- bus fieri possint rerũ itelleçtiones. Intellectũ autẽ pa- tiẽs uel passibilis dicit, cuiũ est species y- tute itelleçtũ agẽtis efformatas i se suscipere. Quomõ em̄ in rebz naturalibz cõpositionẽ ponimũ ex forma substantiali oim accideñtium atq; dispositionũ effectiua, & materia oim susceptiua, ita intellectu totã substantiã ex duabus hisce potẽtijs uelut partibz duabz dicũt cõstare, qua- rũ altera se habet secũdũ rationẽ materiẽ, uidelicet i- tellectũ passibilis, nullo modo actiũ, sed tũ passiuũ atq; susceptiuũ specie; altera uero habet rationẽ for- me, solũ actiũ & nullo modo passiuũ. Intellectus agens (ut inquit Aristoteles) est in õnia facere, hoc

Intelles- et apes & patiẽs



DE INTELLECTU ET

est, omnium intelligibilium species potest in intellectu passibili efformare, comparaturque luminis in ordine ad colores: quoniam sicut lumē cadens super colorē facit ipsum suam speciē organo visus imprimere, sicque ipsum cuius est color a sensu facit cognosci: ita per hunc agentē intellectū suam virtutem cōuertētē super phāsmata efformatur in intellectu species intelligibilis, per quā fit in intellectu eius rei cuius est species intellectio, siue intellectiva cognitio. Neque vllū est ens quātūlibet a sensu remotū, quātūlibet vniuersale, quātūlibet abstractum, cuius nō possit intellectus agens ex aliquo sibi oblato phāsmate (id est, ex aliqua intēione phāsmatica) in intellectu passibili speciem efformare. Quid enim magis a sensu elongatum quā Deus? At tamen intellectus agens in homine tantā est virtutis: vt aliquā speciem possit in intellectu efformare, mediāte qua Deum vtcūq; cognoscit, quāuis nōdum secundū essentiā sicuti est. Est ergo intellectus agētis (iuxta Aristotelis sententiā) in omnia agere, id est, specierū omnium intelligibilium rerum effectiuū. Qui enim potest in id quod remotissimum est, multo facilius poterit in illud quoque est minus elongatum.

Aristo. 3
li. de aia

Intellectus autem passivus est in omnia fieri, id est, omnium rerum potest in se suscipere speciem, potestque rerū omnium similitudine formari. Vnde fit, vt nōnunquā etiā passibilis a potētia suscipiēdi nominetur. Quod quidē manifeste ex p̄cedētī cōsequitur. Si enim intellectus agens potēs est omnium species efformare, & in se ipso nō possit quicquid recipere, sed quocūque ipse operatur, suscipit intellectus passibilis, manifeste ergo cōsequitū inferitur, quod passibilis intellectus sit omnium specierum intelligibilium rerum susceptivus. Quē admodum si forma substantialis lapidis esset omnium operationum effectiva, materia lapidis vtiq; omnium esset susceptiva. Est enim intellectus agens (vt supradiximus) tanquā forma, patiens vero vt materia. Atque hoc modo intellectus passibilis quodammodo dicitur esse omnia, id est, omnisformis, quatenus omnium similitudine potest formari, indui & ornari quemadmodū

EIVS OFFICII LIBER XI Fo. 196

quemadmodū pulchre beatus Hieronymus in epistola ad Paulū de omnibus sacre scripturæ libris de cera ait, his verbis. Mollis cera, & ad formandū facilis, etiam si artificis & plastæ cessent manus, tamen virtute totum est, quicquid esse potest.

CAPVT. V.

Per qualitatem luminis, declaratur virtus intellectus agentis.

Quē admodū autē in corporalibus nullus est color qui nō per lumen possit illustrari vt suam speciē in organū infundat, sicque visum in ipso efficiat: ita nulla res est, cuius nō possit (per huius intellectus agētis ad se conuersionē) intelligibilis species imprimi in intellectu passibilem & cuius nō possit in eo noticia efformari per virtutem agentis intellectus. Quē admodum enim color est obiectū visus, & ideo quicquid sub colore cōprehenditur, luminis illustratione atque potest in visum imprimere suam speciē, ita ens siue verū (quæ ad invicem cōuertuntur) obiectum est adæquatū intellectus: atque ob hoc, per lumen intellectus agentis potest in intellectu passibilem imprimi species omnis eius quod sub ente cōtinetur. Rursum quē admodum nullus color quantūvis lucidus, quantūvis nobilis, potest a visu percipi, si defuerit lumen, quod super ipsum cadat, ipsumque illustret: ita nullum ens est intelligibile, nisi ratione huius intellectus agentis, videlicet nisi hic suo fulgore ad rem illam sese uertat. Et quē admodum iuxta virtutē luminis fit color melius visu perceptibilis, ita vt lumine splendidus super colorē cadente, ipse sit melius visu distinguibilis, quā si lumine tenui & obscuro illustraretur, eo quod in organū species ipsius perfectius imprimatur: sic etiā iuxta huius agētis intellectus virtutē res eadem ab vno melius perfectiusque intelligitur quā ab altero, iuxta quod intellectus agens perfectius, vel imperfectius rei supra quā cadit, & ad quam se cōuertit speciem intellectui imprimi passibili. Patet ergo, quē admodum huius intellectus agentis natura, mirum in modū ex luminis naturalis cognitione

Ens seu
verū in
intellectu
obiectū.

Intellectus
agens
verū est
lumen.

b s ne ostē



DE INTELLECTU ET

ne ostenditur. Est enim & ipse verū lumen spirituale & utiq; verius illo quod a Sole diffunditur in aerē. Hoc enim lumen est de quo Psalmista loquitur, dicebns. Signatū est super nos lumen vultus tui domine, dedisti læticiā in corde meo. Sicq; enim pleriq; sanctorū patrū locū istū interpretātur de naturali lumine intellectū, quod in nobis Deus ab initio voluit si nauit, dū nobis in apice supremoq; vertice animæ speciali prerogatiua dignitatis impressit. Et est plane intellectus hic agēs in homine quoddā diuinitatis vestigiū, ac participiū aliquid infinitæ immensæq; lucis quæ est ipse Deus. Quomodo enim ab igne per maximo scintillulæ multæ exeūt, aliquid claritatis illius & luciditatis ignis primarij referētes, ita ab illa immēsa ineffabiliq; diuina luce (de qua scriptū est, Erat lux verā quæ illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū) in animas singulorū hominū velut scintillula quæ dāderiuatur eisq; insidet inextinguibilis; si tñ iustū est, modicū istud in nobis lumē respectu Diuinæ lucis cōparare scintillulæ, respectu ignis magni: quādoquidem alias in scriptura sancta legimus ipsos quoq; in gloria plenissime resurgētes beatos, nō nisi scintillis fulgētibus cōparari. Sic enim quodā loco legimus, Fulgebunt iusti, & tanq; scintillæ in arūdineto discurret. Nos tamē scintillulæ cōparare cogimur hoc diuinæ lucis in nobis participiū, quādoquidem minus aliquid igneū, aut lucidū in humana appellatione nequimus inuenire.

¶ CAPVT. VI.

Ex differentia intellectus & sensus, ostenditur necessario ponendum intellectum agentem.

Est autē notāda differentia inter sensum & eius obiectū ex parte vna, & inter intellectū & eius obiectū ex parte altera. Nā sensibile obiectū (si adsit requisita conditio) sua actione imprimi suā speciem in organū sensus: vt color præsentē lumine agit in organū visus, agēdoq; imprimi in ipsū suam speciem. Lumē enim nō est causa effectiua speciei, neq; in oculū agit per hoc quod colorē illustrat, sed est tā

EIVS OFFICIIS LIBER XI

Fo. 107

tū quædā conditio requisita ad hoc vt color possit agere in visū. Quantū vero ad intellectū, contrariā modo se res habet, Cū enim rē aliquā quæ est extra nos intelligimus, ipsa res nō agit in intellectu per se imprimēdo suā speciem. Nulla enim res corporalis potest agere in intellectu, cū sit potentia spiritualis, & nullum habens organū corporeū. Neq; imaginandum est, sic ab æstimatiua transmitti ad intellectum species corporales, quomodo ab exterioribus sensibus transmittuntur ad sensum cōmunem. Cū enim intellectus nullū habeat corporeū organū in quo inhabitet, nullus potest esse transitus per quē species talis sensibilis possit transmitti ad intellectū. Sed neq; intellectus ipse (propter suam nobilitatem) capax foret vllius speciei sensibilis. Atq; hinc patet ratio, quare magis oporteat duplicē ponere intellectū duplicē sensū. Nō enim solet sensus diuidi in agentem & patientē: sed sensum dicunt simpliciter esse potentia passiuā, quantū ad speciem, eo quod species in sese nō debeat neq; possit efformare vllus sensus sed ipsius obiecti actione in ipsum imprimatur, & in specie acquirendo se habeat pure passiuæ, tamen si in ordine ad actum suum propriū, quodāmodo sit potentia actiua vel proprie operatiua, Operationē em suam, sensus in se ipso efficit: species autem (mediante qua vt instrumento suā operatur cōsationē) nequaquā. Atq; hac ratione, quātū ex parte obiecti tōra subtilia sensus passiuæ dicitur: neq; in agentem & patientem secundum suas partes secatur. Contra vero quia obiectum intellectus per se nō sufficit sua actione imprimere suam speciem, omnino tamen eget specie, si debeat intelligere: necesse est intellectum ponere non mere passiuum, respectu suæ speciei, sed partim effectiuū. Alioqui impossibile esset speciem in intellectu formari, & per consequens neq; vlla posset fieri intellectio, cum sine specie ipsa nequeat fieri: quemadmodum nulla posset fieri visio in oculo, si nec potentia ipsa visiuā haberet virtutem efformandi in se speciem coloris, nec etiam ipsi coloris talis competeret actio. Vnde enim acciperet visus

Quare duplex intellectus & ponitur & nō duplex sensus



DE INTELLECTV ET

visus specie coloris, si neq; a se ipso neq; ab obiecto acciperet. Hæc ergo necessitas est ponēdi intellectū agentem, ad cuius positionē necessario consequntur intellectus passibilis positio. Nisi enim species intelligibilis in intellectu susciperetur, nō posset intellectus intelligere. Cæterum, an intellectus hi duo, ponendæ sint potentiz realiter distinctæ, an solum secundam rationē diuersam distinguantur, (videlicet vt idem numero intellectus dicatur agens, quatenus hoc illi cōpetit officiū efformare & efficere speciem intelligibilem, idemq; patiens quatenus non in alio aliquo sed in se ipso hanc speciem per se effectū recipit) nolimus impresentiarum curiosius peruestigare. Perparum enim refert, an re, an ratione sola dicatur distingui: si hoc modo recte intelligatur, duplex hoc officiū intellectui competere.

CCAPVT. VII.

Quo modo omnis cognitio intellectiua oriatur ex sensu.

AD cognoscendum autem modū quo intellectus agens efficit species in intellectu, notandum est, quod pro statu isto mortalis vite talis est colligatio animæ in corpore isto crassa & misero, vt nullius rei cognitio possit venire in intellectum, quæ nō primordialiter ex aliquo sensu exteriorum sumperit iniciū: neq; vlla possit species intelligibilis ab intellectu agente formari in intellectu passibili, quam non originaliter ex aliqua specie sensibili quinq; exteriorū sensuum emēdicauerit. Propter quod dixit Aristoteles.

Arist. i. li. poster

Omnem nostram cognitionē debere a sensu habere exordium.

Quod tamen nō ita est intelligendum quasi intellectus agens immediate a sensibilibus exteriorū sensuum accipiat suas species intelligibiles: sed mediate, ratione videlicet phantasmatum, id est: intentionū in phantasia siue ælimatiua existentū, quæ omnia a sensuum exteriorū cognitione primordialiter oriuntur.

EIVS OFFICII LIBER XI

untur. Cest enim talis habitudo intellectus agentis ad phantasmata in phantasia, qualis est sensus exterioris ad obiectum existens in re. sensibili. Nam si cut sensus nō potest accipere suam speciem nisi conuertendo se ad sensibile, vel nisi ipsi presentetur offeraturq; præsens sensibile, ita intellectus agens ad cōparandum sibi intelligibiles species cōuertere se debet ad phantasmata: id est, ad aliquas imagines vel intent ones in æsimatiua sibi præsentatas. Et quæ admodū sensibile ipsum cū sit corporea qualitas, acquiritur tamen & formatur in sensu, quæ est potentia vtrūq; spiritualis secundū suā similitudinē modo quodam spirituali: ita phantasma quamq; res sit materialis & imago crassior q; vt secundū talem cōditionem possit recipi in intellectu, abstrahitur tamen ab ipso species intelligibilis multo spiritualior & intellectui bene proportionata: idq; per virtutem agentis in intellectu, sese super phantasma conuertentis, cuius est tanta virtus, vt a phantasmatis impuris & materialibus possit sua nobilissima inexplacabilisq; virtutis efficacia speciē immaterialem educere atq; abstrahere, ac velut efformare, quæ intellectui cōueniat pro sua operatione exercenda: quæ admodum corporalis luminis est tanta excellētia, vt super colorē ipso cadente, in visu gignatur species, quæ absq; ipso non potuisset in oculo produci.

Non sunt tamē prædicta sic intelligēda, quasi asserere velimus, omnem intellectus cognitionē debere immediate ex sensu etiam phantasia accipi. Nam in intellectu vna habita noticia ex ea format aliā, atq; ita consequēter, quæ admodum ex noticia præmissarum efficit in se noticiam conclusionis: & ex noticia intellectuāli singulariū efficit cognitionem vniuersaliū. Atq; in his non immediate sumitur cognitio intellectus a sensu. Mediate tamen omnis intellectiua noticia a sensu est, quoniā prima intellectiua cognitio (ex qua aliæ gignuntur) a sensu debet accipi. Cum enim intellectus de se nihil habet, omnia de foris acquirat necesse est. Attamen cum vel modicum aliquid habuerit, plurima ex illis paucis potest



Intellectus immaterialis intelligit ex sensibilibus.

DE INTELLECTV ET
potest mirabili sue fecunditatis virtute progignere
CAPVT. VIII.

De modo quo intellectus agens conuertit se su per phantasmata.

Modus autē quo intellectus agens se conuertit super phantasmata ad formandum sibi species intelligibiles, est ipsa phantasmata illustrando, eaq; a cōditionibus materialibus deputando. Phantasmata enim in phantasia rem nō nisi crasso modo & sensibilitet (vt videlicet sēsu perceptibilis est) repræsentat, sub conditionibus materialibus & indiuiduantibus; videlicet sub loco determinato & tempore determinato, & cæteris conditionibus indiuidualibus determinatis, quomodo a sensu exteriori cognoscitur. Intellectus autem stā nobilitate omnes has materiales & singulares conditiones separat, & speciem talē in intellectu passibili format, quæ rē absq; eiusmodi imperfectionib; repræsentat. **V**nde hoc modo intellectus hominis ex phantasmatibus materialibus, & cognitione rei materialis quā intellectu exhibet phantasia, pertingere potest ad cognitionē rerum immaterialium & prorsus absq; materia separatarum. Verbi gratia, ex his quæ sensibus exterioribus percipimus, rebus istis visibilibus & materialib; quæ vt habētia actū cū potentia (Id est formam cū materia) in phantasia cognoscimus, intellectus agens super phantasmata huiusmodi se cōuertens, separat & abstrahit id quod materiale est & imperfectū, formatq; sibi speciem quæ solum actū nudamq; formā absq; potentia materiæ per se subsistentē repræsentat, per quā angelicas substantias apprehendit, quæ sunt formæ separatae absq; materia. **S**ic ex cogitatione creaturæ quā phantasia apprehendit sub determinatis conditionibus (vt pte substantia, qualitate, sub tali materia, sub talibus dispositionibus accidentalibus, sub tali colore, in tali tempore, in tali loco & c.) intellectus agens ab omnibus his cōditionibus materialibus abstrahens, format sibi speciem quandam atq; similitudinem in intellectu passibili representantem ens immat

immateriale, absq; magnitudine, absq; omni accidēte, absq; omni mutatione & motu, absq; omni generatione, corruptione, & passibilitate, absq; incipio & fine durationis, absq; omni tēpore & loco, absq; omni cōpositione & permixtione, absq; vllō ente simpliciter priori, & ita in cæteris, sic abstrahendo ab omnibus imperfectionibus quæ inuoluūt in phantasmatibus; sicq; in nobis Dei speciem formam; ex vilissimis creaturis, quas in phantasia cognoscim; & quatum cognitionem primam hausimus ex sensibus.

CAPVT IX

Quomodo Dei cognitionem duobus modis potest intellectus agens in nobis efformare.

Facit autē intellectus agens duobus modis in nobis Dei, eorūq; quæ ad Deum spectant cognitionē. Primo quidē, per abnegationē, ad eum modum quo supra dictū est: cū videlicet omnes materiales condiciones & imperfectiones, quas cernimus in creaturis (circa quas phantasmamur) abnegamus atq; abscimus, ita vt ex ipso quod in phantasmate est solum entis cōceptum seruātes, reliquū omne quicquid adiunctū est imperfectionis, quicquid crassum, quicquid imperfectum per abnegationem abiciamus, imaginantes videlicet nō generabile, nō corruptibile, nō cōprehensum loco, nō accidentibus variū, nō mobile secundum locum, nō vlla ratione mutabile, nō compositum vlla cōpositione, nō habens incipium durationis neq; terminum, nō visibile, nō vllō sensu sensibile, atq; ita in cæteris omne quod imperfectum est abnegando. Dicimus signanter abnegando omne quod imperfectum est. Non enim omnia debent a Deo abnegari, quæcunq; possunt in rebus corporalibus inueniri, sed ea quæ aliquam includunt imperfectionem. Non enim dicimus Deum non ens, neq; non intelligibilem, neq; non amabilem, cum hæc nullam includāt imperfectionem. Perfectionis namq; est, esse intelligibile & esse amabile, quoniam quod non est intelligibile, non est ens; & quod non est amabile, non est

Deus cognoscitur per abnegationem.



DE INTELLECTV ET

non est bonum. Sed per abnegationem Deo attribui-
mus, quod sit non sensibilis, quoniam sensibile
esse includit imperfectionem. Non enim sunt sensibi-
lia per se nisi accidētia, neque per accidens nisi que ac-
cidentia in se suscipiunt. Atque hic modus, per omnis
imperfectionis abnegationem sic Deum cognoscen-
di, pro hoc statu nobis est facillimus & familiarissimus:
quoadmodum pulchre id declarat Diuinus ille
Theologorum facile princeps Dionysius Areopagita,
in istis quae super Diuinis nominationibus descripsit.
¶ Alius est modus, quo Deum cognoscimus
secundum superexcellētiam, ut cum ex re quam conspi-
cimus oculis & ut pulchram atque amabilem estimamus
per virtutem intellectus agentis, se super huiusmodi
phantasma & assimilationem conuertentis, effor-
mamus in nobis speciem talis cuiusdam rei quae sit
summe pulchra, summe iucunda, summe amabilis,
summe desiderabilis: ita ut non possit res cogitari
pulchrior, neque iucundior, & c. Ita cum videntes ig-
nem fortiter agere, & Solem potenter in his inferioribus
& mirabiliter operari ex phantasmate huiusmodi,
per virtutem agentis intellectus efformamus in nobis
speciem alicuius rei maxime actiuae, ita quod nulla
res possit esse atque actiua, & ipsa sit omnibus magis acti-
ua. ¶ Sic ex re modicae durationis intelligimus
ens maximae & longissimae durationis, ex re modicae
perfectionis, rem maximae perfectionis, cui nulla
dari possit res atque perfecta & quae omnibus alijs
est perfectior: sicut in omnibus alijs conditionibus
quas in creaturis cognoscimus aliquid perfectionis
habentibus, Et horum fere modorum altero, compara-
tur in nobis omnis quae de Deo naturaliter contin-
gere potest cognitio.

¶ CAPVT. X.

¶ Quomodo Deus cum secundum se maxime sit in-
telligibilis, a nobis tamen difficillime cognoscatur
¶ Notandum tamen quod huiusmodi cognitio-
nes non sunt intellectui humano secundum suam
excellētiam simpliciter naturales, sed tantum
propter colligationem cum hoc corpore, pro statu
istius

Dionysius
us Areo-
pagita,

Cognitio
Dei
per ex-
cellētiam.

DE INTELLECTV ET

Fo. 200

istius in quo nihil potest intelligere nisi ex sensibili-
bus & phantasmatis. Alioqui ipse Deus per semet
ipsum maxime ab intellectu perceptibilis, & post
Deum Angelicae creaturae magis sunt quam corporeae
intellectu perceptibiles, cum enim ens siue verum (quae
adinvicem conuertuntur) obiectum sit intellectus, quae
admodum color visus consequitur, quo unumquodque
habet perfectiorē entis naturam & perfectiorē entitatem
eo magis esse ipsum perceptibile intellectu: quoad
modum id quod maxime habet coloris naturam (id
est, perfectissimus color) per se est maxime visu per-
ceptibilis: item & maxima perfectissimaque lux, quae
tum est ex parte sui, maxime est visibilis. ¶ Verum
sicut in his sensibilibus non semper id quod ex se ma-
xime visibile est potest maxime a sensu videri, pro-
pter imperfectionem organi, vel debilitatem sensuum, ut
maxima & fulgidissima lux Solis minime potest ab
homine videri, non quidem ex parte ipsius huius
lucis, quae nihil est magis per se visibile, sed ex im-
perfectione visus nostri, qui tam excellēs sensibile non
potest ferre. Ita profecto nobiscum quantum ad intelle-
ctum res habet, donec sumus in corpore mortis huius
Corpus enim hoc quod corrumpitur (iuxta Sapientis
verbum) aggrauat animam, & deprimit terrena inha-
bitatio, sensum multa cogitantem. Tamen enim Deus
ipse per se maxime sit intelligibilis a nobis, corpo-
rea autem creaturae per se minime: nos tamen e contra-
rio, quod maxime per se est intelligibile, egerime,
difficillimeque intelligimus, quae vero minime, mul-
to facilius. Similes enim sumus noctuis & vesperti-
lionibus, quae lumē praeclarum diei egerime conspi-
ciunt, noctis autem tenuissimo lumine gaudent. Et
quoadmodum humanus visus melius faciliusque So-
lis imaginem contuetur in aqua reluentem quam Sole
ipsum in sua substantia, eo quod tam lucido radi-
os directe in se reflexos non ferat oculus: ita lucē illā
beatissimam primo ex se intelligibile, melius in spe-
culo & in sua imagine (id est, in creaturis) aliquo mo-
do representatam, quam in se ipsa cognoscimus. Hoc e-
nim est, quod de Sapientibus quibusdam Romanis
scribens

Deus per
se maxi-
me cog-
nosci-
lis est ab
intel-
lectu.



DE INTELLECTV ET

scribens ait Apostolus. Quod notum est (inquiens) Dei, id est, de Deo manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Volens autem explicare quomodo illis Deus sui manifestasset cognitionem, subiungit. Inuisibilia enim Dei, a creatura mundi, per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & Diuinitas. Haec enim sensu nequaquam perceptibilia, per creaturas & in creaturis velut in quibusdam speculis intellectus eorum perspicax & admodum exercitatus in deputandis phantasmatis & abstrahendis materialibus conditionibus, quantum opus erat cognouerat, ut non esset eis relictus exultationis locus.

Quantu intellectui pueniens gratia spiritus sancti.

Cum vero huic lumini naturali, intellectus agentis, additum fuerit lumen aliud spiritualis gratiae, missum de super, tum vere mirabilis efficitur intellectus ipsius agentis perspicacitas, ita ut iam non solum in speculo creaturarum, verum etiam aliqua ex parte incipiat in semetipso Deus ab homine cognosci. Est enim sancti spiritus gratia intellectui agenti in adiutorium, propter nimiam ipsius solius debilitatem quemadmodum si in oculum aliquem infirmum aquam infundas rosaceam, vel aliam magnae virtutis, quae oculum prius Solis lumen non ferentem nisi in imagine (ut in aqua vel speculo) ita confortet ut cum iam possit in sua rota contueri. Cum autem tali lumine superno adiutus fuerit intellectus agens, poterit in intellectu passibili efformare Dei similitudinem, absque conuersione ad phantasmata; conuertendo scilicet sese ad ipsum Deum: quod alio qui tali non adiutus lumine minime valeret; quem admodum oculus sic aliquo auxilio confortatus, non per conuersionem ad Solis imaginem ultra acciperet speciem eius, sed per conuersionem ad ipsummet Solem in sua substantia & fulgore.

Et in futuro, quando olim perficietur in nobis lumen istud supernaturale quod nunc per spiritum diffunditur in electorum cordibus, fidei enigmatica obscuritate conuersa in claritatem aperte visionis, perfectissime tunc Deum absque mentis reuerberatione con-

DE INTELLECTV ET

ne contuebimur, facie ad faciem sicuti est: tanquam si visus deo hominis confirmetur oculus, ut directissime possit aciem visus in rotam Solis, in tota sua virtute per meridiei tempus relucens intendere absque ulla reuerberatione. Et commutabitur tunc quidem in nobis ordo intellectus modo mirabilis, ut quomodo nunc primum intelligibile, Solem aeternum & incorporeum, in corporeis relucenibus tenuiter cognoscimus, ita tunc contrario corporea omnia in illa incorporea luce contueamur. Omnia namque in eo ut in speculo perfectissimo videbimus, & multo perfectius videbimus, quam ea in semetipsis valeamus cognoscere, quemadmodum etiam omnia in Deo perfectius existunt, quam in semetipsis. Sed nos iam ab hac profundissima Theologia pedem retrahentes, ad reliqua intellectus agentis describenda officia stilum reducamus.

CAPVT. XI.

Quomodo intellectus aliquando singulariter, aliquando vniuersaliter intelligit.

Habet autem intellectus varias in sese operationes. Intelligit enim singulariter aliquando vniuersaliter; aliquando concrete, aliquando abstracte. Et secundum haec.

Diuiditur cognitio intellectiua in singularem & vniuersalem, concretam & abstractam. Et si membra ista adiuuicem voluerimus commiscere, quaedam est cognitio abstracta singularis, quaedam abstracta vniuersalis, quaedam concreta singularis, quaedam concreta vniuersalis.



Cognitio intellectiva singularis

Diversae opiniones.

Discrimen inter sensum & intellectum.

DE INTELLECTU ET

Cognoscit intellectus singulariter, quando noticiam format in se ipso, vnius alicuius rei singularis tantum representatiuam, & non alicuius rei communis, neque plurium singularium simul: vt est noticia qua hunc hominem singulariter intelligo, quae in voce respodet huic dictioni hic homo vel Ioannes. Vno enim conceptu, vnaque noticia singulari non potest nisi vna res singularis, representari. Videntur autem dicere nonnulli, quod intellectus talem operationem in se non habeat singularem, existimantes hoc ad se sum tantum pertinere, cognoscere singularia singulariter, intellectum autem non cognoscere singularia singulariter, id est, cognitione singulari, sed vniuersaliter tantum, id est in cognitione vniuersali. Probabilius tamen est & verisimilius, intellectum etiam singulariter (vt diximus) posse singularia intelligere, & primam intellectus cognitionem esse singularem. Differentia autem inter sensum & intellectum haec est, quod sensus solum singulariter apprehendit, intellectus vero non dico non singulariter, sed non solum singulariter, verum etiam vniuersaliter cognoscit. Tamen hoc notandum est, quod licet noticia singularis pro statu huius vitae sit in intellectu prior tempore, secundum tamen intellectus naturam infima est. Multo enim digniori fungitur officio intellectus quando efficit in se ipso operationem qua superat sensum, quam tunc cum efficit eam in qua cum inferiori potentia sensitiva comunicat. Vnicuique enim rei illa actio magis secundum suam naturam competit quae ei est peculiaris, & per quam distinguitur ab alijs. Quapropter magis proprie dicitur operatio intellectus cognitio vniuersalis, in qua sensum excedit, quae singularis in qua cum eodem comunicat. Et secundum hunc modum recte salua veritate intelligi possit praedicta positio, dicentium intellectum non cognoscere singulariter, intelligendo intellectum secundum suam naturam & propriam conditionem non singulariter cognoscere. Veluti si dicamus hominem non sentire, aut sentire non esse humanam operationem intelligendo de operatione hominis

minis secundum quod homo est, & caetera animalia superat. Hanc autem noticiam singularem facillime intellectus in se efformat, propter similitudinem maximam phantasmatis & talis noticiae.

Cognoscit autem intellectus vniuersaliter, quando in se ipso efformat noticiam non vnius alicuius individui sed plurium simul representatiuam, vel vnius alicuius rei communis in qua plura singularia conueniunt. Talem autem cognitionem intellectus agens format in intellectu passibili, per abstractionem a conditionibus materialibus, depurando videlicet speciem, qua sit noticia singularis, a conditionibus huiusmodi indiuiduantibus: quae species sic depurata & abstracta representat intellectui non rem vnam singularem, sed rem aliquam communem in qua multa conueniunt singularia & simul omnia singularia: quae in comuni illo conueniunt. Quod vt fiat clarisus, subiiciemus manifestum exemplum. Cum enim hunc hominem (vt pote Ioannem) singulariter intelligo non simpliciter in eo naturam humanam considero, sed tale indiuiduum sub conditionibus singularibus indiuiduantibus, quod hic est & nunc, & talis coloris, ac tali dispositione dispositum, intelligo: & in quocumque haec eadem conditiones indiuiduates non reperitur id non simul eadem noticia intelligo. Et cum conditiones indiuiduates non nisi in isto singulari inueniantur, ideo hoc solum indiuiduum tali noticia singulari intelligo. At vero cum intellectus agens super hanc noticiam vsque speciem se conuertens, incipit speciem illam atque noticiam depurare ab eiusmodi conditionibus particularibus, abiciens quicquid est singulare, & solum ipsam speciem quae est in indiuiduo naturam humanam, ita efformat speciem intelligibilem cognitionis vniuersalis effectiuam, quae ipsam humanam naturam representat, & generaliter omnia quae in hac natura conueniunt. Experimur autem hoc manifeste in nobis, frequenter ex singulari noticia formari cogitatum vniuersale, singulari ommissa: quae admodum si ambulatibus nobis per plateam contingat videre in fenestra sedentem simiam,

Cognitio intellectiva vniuersalis.



DE INTELLECTV ET

mū quidē indubie noticiā singularem huius simiæ quam videmus accipimus, mox vero abstrahentes a cōditionib⁹ indiuiduātib⁹, de simia generaliter cogitare & loqui incipim⁹, mirabile animal esse simiam, & simiā esse imitatricem humanorum operū simiam vultum habere vultui humano persimilem & in multis gestibus admodum videri rationi propinquam, atq; alia huiusmodi cogitamus ac dicim⁹ nihil tamen vltra in particulari huius conspectæ simiæ mentionem facientes.

¶CAPVT. XII.

¶De noticia concretiuā & abstractiuā.

Nterdum vero intellectus in se ipso format noticiam concretiuam, cum videlicet simul & subiectum & formam vel indiuiduum, & naturam, vna noticiā apprehendit.

Vt cum intelligimus hoc albū, hoc dulce, hunc hominem, hanc simiam &c. In his enim non aliqua forma, vel natura sola, sed pariter subiectum cū forma, & indiuiduum cum natura, vna noticiā apprehenditur. Nam hoc album si explicetur, tantum valet quantum hæc res habens albedinem, vel hanc albedinem: & hoc dulce, hæc res habens dulcedinem, vel hanc dulcedinem; hic homo, hæc res habens naturā humanā, atq; huiusmodi sunt noticiæ concretivæ singulares. ¶Talis autē est, omnis apprehensio sensus. Nō enim visus hunc colorem separatim apprehendit, absq; subiecto in quo est: sed ipsum subiectū vt albū intelligit, id est hoc albū. Visus enim res habentē colorem apprehendit, nō separatim colorem tamen nō nisi ratione coloris ipsū videat, sicq; color id quod per se & suis ipsius gratia percipitur.

¶Quod

EIVS OFFICIIS LIBER. XI.

Fo. 204

Quod autē sensus ira singulariter cōcretivæ cognoscatur, argumentum est, quoniā animalia de coloratis rebus iudicāt, nō de coloribus. Neq; de sono, sed de rebus sonantibus. Vnde pleriq; hominum nesciunt omnino, an sit color, vel sonus, vel odor. Et si quas ras ab homine solo sensu vrent, quid videat, respōsione promptissima mox respōdebit, se hæc rē, aut illam videre: vt pote arborē, aut domū, aut similiē aliam quam substantiā, nō autē ipsum assignabit colorem. Nisi forte subtiliores aliqui, nō ex sensu, sed ex intellectu colorem a subiecto abstrahētes, respōdeant, se colorem huius aut illius rei videre. Verū hæc respōsio manifeste ex intellectu procedit, nō ex sensu iudicio. Ex quo patet, quod cognitio singularis cōcretivæ, omnium infima est intellectus operatio: quoniam in ea (vt supra diximus) cum sensu communicat.

Cognitio autem abstractiuā est, qua intellectus separarim ipsam formam intelligit absq; materia, vel sine subiecto in quo secundum rem existit, aut naturam absq; indiuiduo in quo est.

Habet enim hanc vim intellectus agens, vt ex cognitione concretivā representante subiectum simul & formam possit formare speciem solius formæ re, presentatiuam, per quam distincte ac separatim formam possit intelligere absq; subiecto. Talis est cognitio qua cognosco hanc albedinem, hunc sonum, hunc odorem. Et in hac noticia exceditur sensus ab intellectu, quoniam sensus nequit materiā abstrahere, sed solius est intellectus hoc officium. Et licet superius dictum sit, phantastica virtuti convenire compositionem & divisionem, non tamen diximus illi omnem divisionem convenire. Potest enim (vt diximus) species in imaginatiua sequatas rerum in exterioribus sensibus percipi.

Noticia
cōcretivæ
¶1.

Sensus
noticia
est con-
cretivæ.

Cognitio
abstractivæ.



DE INTELLECTV ET

ceptarum simul componere adiuicem & dividere, ut humano capiti ceruicem equinam iungere, & varias coniungere formas, item hominem sine collo, & sine ventre effingere, Nō potest tamen formam materia, aut accidens a suo subiecto dividere, quoniam vna eademque specie subiectū & accidens, simul vna sensatione percipiuntur. ¶ Sicut autem exemplis iam declarauimus cognitiones intellectuas singulares, quasdam esse concretias, quasdam abstractas; ita & de vniuersalibus est intellectioibus dicendum.

Cognitio concreta vniuersalis,

Interdum enim vniuersaliter & concrete intelligimus, quando videlicet non ipsam communem naturam seorsum & diuisim, sed pariter cum illis in quibus inexistit, intelligimus.

Vt cum intellectus in se ipso generale hominis facit noticiā, cogitando nō de aliquo particulari hoīe singulariter, neque etiā de ipsa in se humana natura, sed generaliter de eo, quod in se habet humanā naturā. Homo enim si resoluitur, valet habens humanā naturam, vel indiuiduū humanæ naturæ. Itē cū generaliter albi formam noticiā, nō huius albi particulariter, neque albedinis ipsius abstractæ, sed generaliter albi, huiusmodi noticiæ vniuersales sunt & concretæ.

Cognitio vniuersalis abstracta,

Vniuersaliter vero & abstracte intelligimus, cum ipsam illud commune in quo multa particularia conueniunt cognoscimus, absque coinlectione eorū in quibus communis talis natura existit.

Vniuers

EIVS OFFICIIS LIBER XI Fo. 204

Vt cum absolute humanā naturā cogitamus, de nullo homine cogitantes, sed tantum ipsam naturā illam omnibus hominibus communē (in qua omnes particulares homines conueniunt) in semetipsa cōsideramus, huiusmodi cognitio vtique abstracta est. Similiter cum in generali albedine intelligo, nō facta comparatione ad aliquid cui inest, abstracta quodāmodo cognitio est, quantum ad subiectū; quoniam videlicet nullum subiectū cointelligitur. ¶ Signāter dicimus talem cognitionē esse quodāmodo abstractam, videlicet quantum ad subiectū. Nam albedinis conceptus generalis nō penitus abstractus est, sed est partim concretus, comparatione videlicet ad sua indiuidua; id est, ad particulares albedines. Quomodo enim omnes particulares homines in vna natura conueniunt, quæ dicitur natura hominis vel humana, sic omnes particulares albedines conueniunt in vna communi natura specifica, quam appellamus naturam albedinis. Qua propter, sicut se habet homo ad sua indiuidua, ita se habet albedo ad particulares albedines. Sicut ergo vniuersalis noticiā hominis est concreta, eo quod simul naturam & ea in quibus natura illa inuenitur particularia indiuidua representet, ita & noticiā cōmunis albedinis simpliciter concreta est, quantum ad indiuidua, id est, hanc & illā albedinem, nō autem quantum ad subiectū. Illas enim simul cum natura communi albedinis representat, a subiecto autem abstrahit.

CAPVT XIII.

¶ Quare dicantur abstracta & concreta, & de duplicibus abstractis.

¶ Quare autē huiusmodi noticiæ dicuntur abstractæ seu concretæ, aut abstractiue, vel concretiue, nō admodū obscura ratio est, quoniam videlicet noticiā illa que abstracta dicitur vel abstractiua, abstrahitur & auellitur a subiecto, ita vt formam representans nō simul representet subiectū vel naturam cōmunē representans, nō simul repræsentet singularem, quæ in ea comunicat. Concreta autem noticiā dicitur, a cōcernēdo; quod simul respiciat



Abstrahit vltima abstractio

Quid non vltima.

Coparatio valde comoda.

DE INTELLECTV ET

ciat siue concernat subiectum & formam, vel indiuiduum & naturam.

Cum autem fit omni moda abstractio, tam scilicet ab indiuiduis quam a subiecto, talem noticiam appellat abstractam vltima abstractione.

Cuiusmodi est noticia humanitatis, quae magis non potest abstrahi, & post quam noticia non potest fieri vltior abstractio. Alia dicitur notitia abstracta abstractione non vltima, cuiusmodi est noticia communis albedinis quae licet a subiecto sit abstracta, nondum tamen a singularibus: & ideo potest fieri vltior abstractio, dicendo, natura albedinis: quam proprio nomine effecto nomen appellat (ad rei significationem commodius exprimendam) albedineitatem. Haec autem abstractio est vltima, post quam nequit fieri vltior. Secundum praedictam vero considerationem etiam dialectici abstracta aut concreta appellant sua vocabula, iuxta quod abstractiuam vel concretiuam habet significationem. vt nomen albus concretum appellat, albedinem vero abstractum, sed abstractione non vltima: humanitate autem vel albedineitate, abstractione vltima. Quo vero modo & qua ratione id fieri potest, vt intellectus agens circa idem phantasma operans, & ad idem penitus phantasma se conuertens, possit in se formare ita diuersas noticias (videlicet modo abstractiuam, modo concretiuam, modo vniuersalem, modo particularem) tametsi difficile captu videatur, exemplum tamen sensibile luminis super colorem cadentis, vtcumque poterit fieri manifestum. Quemadmodum enim in splendidis columbae pennis, diuersas cingit apparere colorum differentias, iuxta quod lumen super ipsas digersimode cadit, & iuxta quod oculi ad ipsum respectus siue conuersio variatur: ita existere in phantasia eodem phantasmate intellectus potest vario modo se ad ipsum conuertere, & velut modis variis ipsum illustrare,

EIVS OFFICII LIBER XI

lustrare, iuxta quod intelligere vult, vniuersaliter vel particulariter, abstracte vel concrete: atque ita secundum variam hanc conuersionem, varias producit species in intellectu passibili, variasque noticias efformat.

CAPVT XIII.

De memoria intellectiua.

Quemadmodum autem in rebus naturalibus videmus, id quod a forma in materia efficitur, a materia & in ea conseruari, itemque in sensibus iam supra ostendimus, species sensibiliu exterioribus sensibus perceptorū, in imaginatiua seruari, & intentiones phantasticae virtutis in memoria sensitiua: ita & de intellectu passibili dicendum est, quod non solum specierum sit ab intellectu agente productarum susceptiuus, verum etiam susceptarum conseruatiuus: ita vt possit species intelligibiles (etiam cum actu non fit intellectio) in se reseruare, ad quas cum intellectus agens se voluerit conuertere, fit intellectus in actu, per eiusmodi species non de nouo formatas, sed in ipso seruatas, tantum per nouam conuersionem intellectus agentis super ipsas, ad eum modum quo phantasia cum se conuertit super species vel intentiones seruatas in memoria, efficitur in ipsa phantasiatio atque assimatio, absque nouae speciei vel intentionis productione, tantum per veteris resumptionem & nouam sui conuersionem. Et haec est intellectiua memoria, quae in homine ponitur. Omnino enim necessitas cogit fateri nos, quod sit in homine praeter memoriam illam sensitiuam (de qua supradictum est priori libro quae suam sedem habet in organo corporeo, videlicet in posteriori ventriculo cerebri) alia memoria, tanto superior quanto intellectus superior est phantasia, pro conseruatione videlicet specierum intelligibilium ab agente intellectu efformatarum, sicut illa est conseruatiua intentionum phantasticarum, & sensibiliu ab assimatiua siue phantastica virtute elicitarum. Impossibile enim foret, species intelligibiles (quibus mediatis sunt intellectus operationes) seruari in organo corporeo, sicut foret impossibile, species sensibiles siue intentiones

Memoria intellectiua.



DE INTELLECTV ET

Intentiones cōseruari in intellectu. Sūt enim hęc cras
siores, q̄ vt altissimam intellectus potētiam possint
ingredi: & ille nobiliores sunt, q̄ vt in corporea cras
sa & materiali, possint seruari. Et quoniā hęc memo
ria secūda nobilior intellectu seruit, intelligibiles
species & intēiones cōseruādo, iccirco ad differen
tiam alterius memoratiuā virtutis appellari solet
memoria intellectuā, vt illa a sensu (cui seruit, & cui
species intēionesq; retinet) dicitur memoria sensitī
ua, vel corporea. ¶ Estq; inter has duas memo
rias differētia tāta, vt possit altera a corpore separari
altera nō possit. Quā em corporeū habet organum
& sensitīua memoria dicitur, deficiēte corpore, & ip
sa deficit, quēadmodum ceterā illā omnes potētīe
quā organa habēt corporea, simul cū corpore credū
tur interire. Intellectīua autē memoria corpore mo
riente, in anima permanet, & ea quā seruat nō per
dit, sed retinet: eo quod immaterialis sit potētīa, &
nulli corporeo organo alligata. ¶ Neutra autē
harum duarū memoratiuarū virtutum sola, homini
sufficeret, pro statu huius vitæ, propter duplicem in
homine cognoscitiuā virtutē, sensitīuam scilicet &
intellectīuam. Propter quod, duplici etiā memorati
ua opus erat. Neq; enim memoria sensitīua posset in
telligibiles species cōseruare, neq; intellectuā species
intentionesq; sensibiles.

CAPVT XV.

¶ An memoria intellectuā distinguat ab intellectu
¶ Et erum, an hęc potētīa de qua nūc loquimur
intellectīua videlicet memoria, vere realiter
distinguat ab intellectu passibili, id profecto
difficultate nō caret. Sūt enim in vtramq; par
tem probabiles rationes. Pro distinctione em reali
facere videtur, quod cōseruare & suscipere in sensī
bus nūq; videtur ad eādem potētīam pertinere. Sen
sus enim exteriores recipiūt primo, & ab illis sensus
communis, nō autem cōseruat, sed habēt imaginati
uam cōseruatē. Item æstimatiua (quā recipit in se
ipsa intēiones, quas elicit ex speciebus imaginatiue)
adiunctam habet cōseruatīuam memoriā. Et certū
est in

Dubita
tio de
memo
ria intel
lectīua.

EIVS OFFICII LIBER XI

est in sensitīuis potētīs, memoriā cōseruantē realiter
distingui ab æstimatiua. Videtur ergo (nisi ratio pos
sit dissimilitudinis debita assignari) etiā ita de intels
lectū & intellectuā memoria dicēdum. ¶ Præte
rea, si species intelligibiles cōseruarētur in ipsomet
intellectū, nō in distincta potentia: quā esset causa,
quor nō semper intellectus intelligeret actu omnia
quorum haberet species? Tūc enim sit sensus in actu
quando habet in se speciē sensitīblem. ¶ Item,
quomodo nō impediretur intellectus a recipiendis
nouis speciebus & cōparādis noticijs nouis rerū nō
ante cognitārū, cum plenus esset speciebus apud se
contentis? Nam intus existēs prohibet extraneum.
¶ Item, quomodo saluabitur in homine ratio imagi
nis, quā secūdum tres istas potētias, memoriā, &
intellectū, & voluntatem, solet in homine ab ortho
doxis patribus assignari, si eadē est memoria cū intel
lectū? Hęc fere sunt, quā pro diuersitate solēt addu
ci. ¶ In cōtrariā autem partem, pro idētitate reali
multum cōsiderationem nostrā mouet nobilitas in
tellectus humani, qui per se videtur sufficiēs ex sua
natura ad sūgēdum officio illo, cuius gratia alij vo
lunt nouā ponere potētiam. Et quia nō est absq; ne
cessitate vel vtilitate euidēti cōstitūēda pluralitas, si
omnia cōmode saluari possint absq; reali distinctio
ne, videbitur id magis ad nobilitatē humani intelle
ctus pertinere, quod talis intematur distinctio. Su
pra em ostēdimus, quāto paucioribus potentījs, &
formis res quālibet attingit maiore perfectionē, tan
to eam esse nobiliores. Vnde si eadē omnino & to
ta perfectio dicatur homini cōuenire per duas has
tantum potētias, quam alij per tres illas realiter dis
tinctas dicūt conuenire, aliquo gradu eleuatur dig
nitas animæ rationalis. ¶ Illa vero quā pro reali
diuersitate obiecta sunt, facile videtur congruis res
ponsonibus dissolubilia. Facile enim qui pro idētita
te loqui voluerit, respōdebit, intellectum ob suā per
fectionem id habere peculiare (quomodo multa alia
habet etiā maiora) vt simul & suscipere in sese & cō
seruare in semetipso possit, tametsi id in sensitīuis viri
bus mini

Opinio
cōtraria

Solutio
obiectio
nū prior
ris opi
nionis.



DE INTELLECTV ET

bus minime inueniatur, Itemq; perfectioni ascribi poterit intellectus, quod species priores conseruare possit, absq; prohibitione aduenientium. Na intus existens prohibere extraneu, manifestu est de corporis intelligi. In spiritualibus namq; mille angeli in loco aliquo existentes, no impediut quin & alij mille adueniant in eodem penitus loco. Item quod obijciunt, intellectum semper fore in actu per illas species, quod semper eas haberet presentes, respōdebūt alij, malo inferri cōsequio; No enim sufficit speciei in existētia, nisi fiat intellectus ad ipsam specie cōuersio. Imo & i sēsu exteriori cōtingere potest, vt specie in oculo recepta, nō fiat actu visio, Ratio quoq; imaginis per distinctionem rationis satis potest saluari, vt illa rationis diuersitas quæ est inter memoriam & intellectum absq; differētia reali, similitudo quædam sit diuersitatis personalis, quæ est inter patrem & filiu absq; distinctione essentiali. Vel assignabitur trinitatis imago in memoria, intelligētia (id est actu intellectū, qui ex memoria gignitur) & amore, ad intelligētia ex memoria cōsequente. Nos vero impræsentiarum nihil super hac re firma asseruatiōne definire volumus, cōtenti, dubium & dubij causas proposuisse; tametsi ex præcedēti capite nos idēti tati magis fauere indicauerimus. Hoc tantum certum relinquimus, intellectuam memoriā esse ponendam.

CAPVT XVI

De multis in quibus, ratione intellectus, homo cætera excellit animalia,

Quæquam ex prædictis liqueat quædam præcellētia, quibus superat homo ratione intellectus cætera animalia, vtpote quod intellectus in seipso possit efficere species omnium rerum intelligibiliū, cū nō possit sensus efficere in seipso species rerū sensibiliū, itē quod possit vniuersales & abstractiuas noticiās in seipso formare, quod nō potest sensus, & alia quædā huiusmodi ad pleniorē tamē intellectuālis naturæ cognitionem, volumus & alias quædam

EIVS OFFICIIS LIBER XI. Fo. 207

quædam hominis excellētiās super animalia cætera distinctius aperire, quæ illi ratione intellectus cōueniunt. Inter quas vna nō minima est quod homo nō solum voces audire potest, sed vocum etiam significationem percipere, resq; significatas per ipsas voces apprehēdere. Id enim nulli aliorum animalium præterquam homini datum est. Bruta namq; animalia voces quidē audire possunt, vt sunt quidam soni (nimirum quomodo alios sonos rerū audīt inanimatarum) significationes autem vocū nō percipiūt. Vocum dico ad placitū significatiū. Et licet vocū quarundam videatur significationem percipere, vt gallinæ, cū certa acclamatione ad passum vocatur, equi, cum in curru certis aurigæ vocibus, vel procedunt, vel sistūt gradum, item canes, cum suis nominibus, quibus appellari solent, a suis domesticis vocati accurrūt, non hoc est quod significationem intellectu percipiāt, sed quia per consuetudinem hoc ita est illorū phātasia impressum, vt cum talia audiant nomina, debeant vel accurrere, vel fugere, vel procedere, vel figere pedem. Quod autem non percipiant hæc animalia significationem vocum huiusmodi, manifesto probatur indicio in canibus illis quos sic edoctos videmus, vt nihil accipiant cibi nisi quod nomine certæ personæ, aut certarum personarum eis porrigitur: quæ admodū sub nomine Cæsaris, aut regis, aut alterius alicuius, cuius nomē fuerit ipsorum impressum phātasia. Cū enim cibū oblatū (audito nomine Cæsaris vel regis illius in cuius nomine institutus est) acceptat, ac manducat caniculus, non hoc inde est quod intelligat quid nomine Cæsaris aut regis significetur. Neq; enim quid Cæsaris sit, neque quid Rex, nouit: neq; minus sub trunci, aut vespertilionis nomine faceret, si sic esset institutus. Sed propter consuetudinem multis versibus & multa ieiunij maceratione acquisitam instinctiua, ita naturaliter mouetur ad certas actiones ad quas fuerit edoctus, siue verius assuefactus. Non autem, quod vllam vocis significationem percipiat.

Solus homo, voces cū significationes percipit.

Nota de canibus edoctis,



DE INTELLECTV ET

Et quomodo per assuefactionem fieri potest, ut irrationalia quaedam certas voces pronuciare discant, nequaquam autem ut quod proferunt intelligant, aut significationem vocis percipiant: ita in proposito licet per assuefactionem instituatur ad certarum vocum auditum hoc vel illud agere, non tamen possunt ita edoceri, ut significationem vocis intelligant. Hac ergo est hominis precellentia (ratione intellectus) ut solus possit vocum ad placitum significantium percipere significationem. Quod autem de voce dicitur, idem & de scriptura intelligitur. Imo & de nutibus certis ad placitum significatibus, quibus homines mutos, vel linguam ad verba laxare nolentes videmus sui animi conceptum exprimere, eisdem loco vocum, aut scripturarum, utentes. Hec enim omnia, scilicet voces scripturae, nutus, ad placitum significantes, non nisi illis conveniunt in usu, quae intellectu sunt praedita. Quae autem sensum tantum habent, non nisi illarum vocum significationes percipiunt, quae naturaliter sunt significatae, aut quae ex consuetudine (quae altera est natura) aliquo modo eis significant.

CAPVT XVII.

Quod solus homo docere vel doceri possit, de duplici magisterio.

Quomodo homo minem doceat.

Ex quo deinde alia consequitur hominis precellentia, solum videlicet hominem esse capacem disciplinae, solumque hominem inter omnia animalia posse docere, vel doceri. Omnis enim instructio fieri debet per signa aliqua ad placitum significantia, quae dum ex parte una docens proponit discipulo, & ex parte altera discipulus accipit a docente, percipitque significationes signorum quae ille proponit, ita in intellectu comparat sibi rei quam docetur noticiam. Unde nisi signa aliqua communia habeant doctor & discipulus, quae ab utroque intelligantur, impossibile est fieri doctrinationem. Veluti si doctor utatur sermone Indico, aut Arabica scriptura, cum docendus non nisi latine noverit, impossibile erit sic doceri discipulum. De modo tamen docendi notandum est, quod cum homo unus alterum docet ipse

DE INTELLECTV ET

iple docens non format in discipulo speciem intelligibilem rei quam ipsum docet. Est enim id homini hoc statu impossibile, ut per suam actionem imprimat speciem, vel cognitionem in intellectu alterius. Sed docens tantum ministrat discipulo, unde sibi format speciem rei quam ipsum docet, & unde intellectus ipse agens in passibili efformet noticiam eius rei quam docet doctor.

Volumus autem haec intelligi de instructione illa, qua homo hominem docet, nimirum quod homo docens non possit in intellectu discipuli speciem imprimere, neque noticiam efficere, signisque egeat quibusdam ut per illorum ministerium docere possit (velut mediate) discipulum. Deus enim benedictus cum intellectui nostro insederit, per fidem (iuxta Apostoli vocem) in corde nostro inhabitans, vere efficitur potest in nobis cognitionem omnium eorum quae ipse nos modo docere voluerit, absque ullis signis vocum, aut scripturarum.

Qua in patetissima est hominis foris verbo vel scripto docetur diversitas, ab eo qui menti insidens hominem docet interius. Ille enim tantum ut minister laborat, intellectui subministrando unde sua virtute possit in se formare rerum cognitionem. Hic vero non ut minister, sed ut principalis effector, operatur in nobis recognitionem. Unde de eo scriptum est. Qui docet hominem scientiam. Et iterum unctio eius docebit vos de omnibus. Ac rursum ex ore veritatis. Cum venerit paracletus quem ego mittam vobis, docebit vos omnem veritatem, docebitque vos omnia quae cum dixerit vobis. Nam (iuxta beati Gregorij sententiam) mox ut tetigerit mentem spiritus, docet solumque tetigisse, docuisse est. Neque ullis eget doctor iste signis, quibus hominem doceat; cum homo hominem docens egeat vocibus, vel scripturis, vel ut minister nutibus. Cuius quidem diversitatis causa oritur ex praedictis. Quia enim Deus interius docens, per semetipsum efficit cognitionem veritatis, idcirco signis non eget ministerialibus. Homo vero qui per se non potest agere in intellectum alterius, signis eiusmodi indiget, quibus velut ministerialiter in altero cognitionem alicuius veritatis inducat. Propter

De quo test in nobis cognitionem omnium eorum quae ipse nos modo docere voluerit, absque ullis signis vocum, aut scripturarum. Eph. 3.

Psal. 93. Ioan. 2. Ioan. 16. & 14.

gregorijs

quod,



DE INTELLECTV ET

quod, verius dixerimus discipulū seipsum docere, q̄ doceri ab alio, veriusq; seipsum efficere scientē q̄ ab alio scientē fieri: cū ipsemet intellectus principalis sit effector talis cognitionis quæ in ipso acquiritur, doctor autē exterior tantū ministerialiter cooperetur. Cui⁹ etiā est evidēs indicium, quod illos qui boni sunt ingenij & vivacis intellect⁹, ex paucissima magistri instructione videam⁹ multo maiore cognitionē rei de qua erudiant acquirere, q̄ alios min⁹ ingenio pollētes ex instructione multo copiosiori. Et in quibusdā frustra ois impeditur labor, peritq; ois præceptor⁹ opera, cū videlicet tā est hebes discipulorū intellect⁹, vt non possint ex vllis vel vocib⁹, vel scripturis ad scētiam in sese gignēdam pertingere. **C**Atq; hinc rursus inter dōctem extrinsecus hominē, & interius dōctem Deū alia differentia est, quod illi dōcti obstat discipulū hebetudo: huc autē nō obstat. Tā em̄ facile est sancto Spiritui, rudissimū maximeq; hebetē hominem docere scientiam sua vñctione, tuq; interno magisterio, q̄ hominē ex naturali dono felicissimo ingenio præcellētem: id quod in piscatoribus & telonearijs Apostolis apertissime ille omnium artifex demonstravit. Videlicet in promptu diuersitatis ratio est, quia dōctēs homo principalē gignēdæ sciētix operationem, intellectui discipuli committit: propter q̄ si ille impotens fuerit ad formādum in se scientiam ex oblati per instructionem, nihil vltra valet præceptor, impeditq; fructus instructionis eius. Deus autem, per se intellectui hominis cognitionem impartit, & in eo officit per seipsum, cui nihil est difficile, & cui nulla res potest esse impedimēto in sua actione, cum sit eius infinita virtus. Per accidens tamen peccata dicuntur impedire hāc interiorem hominis a Deo instructionem, quatenus videlicet nō dignatur Deus in illis operari qui sunt peccatis subiecti, iuxta illud Sapientix. In maleuolam animam nō introibit sapientia, neq; habitabit in corpore subdito peccatis. **Q**ua propter, huius internū magisterium super omnia nobis semper optādum, est desiderandū, & votis omnibus incessanter postulādū.

Sapientia 1.

Et

EIVS OFFICII LIBER XI

Et multo meli⁹ sibi consulunt, qui per vitā Deo dignam & precē assiduā internū istud sibi studēt comparare magisteriū, q̄ ij qui maria enauigant & terras perambulant, ad audiēdos doctissimos præceptores vel qui noctēs atq; dies legendis libris quantumuis eruditissimorū hominū insistant. Tameñ em̄ (Hieronymo teste) aliquid habeat latentis euergie viua vox, & de præceptoris ore in discipuli aures transfusa fortius sonet, q̄uis etiā plurima doceant attentū lectorē scripta doctorū hominū (quibus velut mutis quibusdā præceptorib⁹ in subsidium vel defectum videntū doctorū vtimur) aetateñ tā illis viuis, q̄ tumuis eloquentissimis, q̄ his mutis q̄ tumuis doctissimis, longe fortius, longe efficacius, longe celerius longe facilius, longe planius, ille doctor intern⁹ operatur in intellectu hominis, cui infuderit cognitionem dñis veritatis: id quod in plurib⁹ tam veteris, q̄ noui Testamenti patrib⁹ euidentissime monstratum est, atq; etiā nūc quotidie ante oculos cernim⁹, dum homines non paucos idiotas & simplices, hūnz literaturæ nihil habētes, multo limpidiorē, multo solidiorē, multoq; perfectiorē experimur habere veritatis cognitionē, ex internæ vñctionis magisterio, q̄ habeant ij qui inter homines doctrina habentur celeberrimi. **M**erito proinde cū paruulo illo ouicularū pastore cantantes dicam⁹. Bonitatis, & disciplina, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. Et iterū. Reuela oculos meos, & considera bona mirabilia de legē tua. Dirige me in veritate tua, & doce me. Vias tuas dñe demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.

Hieronymus.

Psal. 118

Psal. 124

CAPVT XVII. **Q**uod solus homo componat & diuidat, secundū affirmationem & negationem.

Est præterea homini ex intellectu hæc præcellentia super animalia cetera, quod sol⁹ ipse componat ac diuidat secundū affirmationē atq; negationem, vnam videlicet notitiam alteri vniendo per verbalem copulam, cognoscendo hoc aut illud esse tale vel tale, vt hominem esse animal, animal esse substantiam, Deum esse diligendum, hominem

d 2 non



DE INTELLECTV ET

non esse equū. Neq; hoc tātum, verūctiam huiusmo
di affirmaciones plures aut negationes potestātē ha
bet pariter cōiungēdi per signa aliqua. ad cōiungē
dum apta, varijs modis, iuxta quod ille plures affir
mationes, aut negationes natā sunt ad inuicē cōne
cti atq; cōiūgi, & iuxta quod certam cōnexionē ille
voluerit significare. Cognosco enim per intellectu
quod homo sit animal, & nō sit lapis: cognosco Deū
esse summe bonū & summe honorādum atq; dilige
dum. Item cognosco quod homo sit mortalis, vel q̄
non sit mortalis: cognosco, quod si homo sit animal
sit etiam substātia; & quod si nō sit substātia, non sit
animal. Item cogitādo plures huiusmodi affirmatio
nes vel negationes, eam quā cōsequitur infero, ex il
lis ad quas cōsequitur, formoq; talem apud me cogi
tationem. Omnis homo disciplinā capax est, hic ho
mo certe homo est, ergo est & disciplinā capax. Et
hęc omnia quācūq; homo sic cogitat, potest simili
ter per intellectu apte exprimere, vocibus ad ea sig
nificanda apte efficiētis, itē & scriptura correspondēte.
Neq; vllus potest esse in intellectu cogitādi modus,
qualiscūq; cōnexionis, vel copulationis, quam non
valeat voce ad hoc aptata aut respōdēte scriptura ex
primere. Si enim cogitet indicādo, habet verba mo
di indicatiui, quibus exprimat quod intēdit verum,
aut falsum manifestare: si imperādo cogitet, vel itq;
fieri aliquid ab altero, habet modū imperādi, si optā
do cogitet, habet modū optādi. Si de tempore prę
senti aliquid facere aut fieri cogitet, habet pręsentis
temporis verba, quibus cogitatum exprimat. Si tem
pus pręteritum cogitet, habet verba tēporis pręteri
ti: si de futuro, futuri. Si de pluribus cogitet, expri
met per numerum pluralem; si de vnico, per nume
rum singularem. Sic in personis verborū, in casibus
nominum, in significationibus aduerbi orū, potesta
tibus cōiūctionū, & in cęteris omnibus vocib; quo
modocūq; significātib; est dicendum.

Nota.

CCAPVT XIX.

Quomodo intellectui ratione cōpositionis & di
uisionis inest veritas & falsitas.

Per hanc

EIVS OFFICIIS LIBER XI.

Per hanc autem cōpositionem, inest intellectui
veritas & falsitas, quā nulli inest alteri inferio
ri potētiz. Cum enim intellectus format sibi af
firmationem vel negationē veram, est in intele
lectu veritas: cū falsam, falsitas.

Veritas
& falsi
tas in in
tellectu.

Est autē affirmatio vel negatio vera, quā
do ita in intellectu representatur sicut est
in rebus.

Quod tūc quidem est, cū ea secūdam affirmationē
coniūguntur in intellectu, quā secūdam rerū natu
ram cōueniūt, & eo modo quo cōueniūt. Vt cū co
gito hominē esse animal, vera est intellectus hęc af
firmatio, quoniā ita cogito vt res habet. Cōiūgo em̄
per intellectu ea quā secūdū rei naturā cōueniūt.
Genus enim iūgo speciei, quā secūdam naturam ad
idē spectāt. Signāter vero adiectū est, & eo modo
quo cōueniūt. Cū em̄ cogito, ōne animal esse homi
nē, nō est in cogitationē ista veritas: quoniā ea quā
cōueniūt nō eo modo cōpono quo cōueniūt. Nō em̄
secūdū totā suppositorū vniuersitatē gen⁹ cū specie
cōuenit, atq; ideo ita species nō debet cōponi cū ipso
secūdū vniuersalē denotationē, cum signo vniuersa
li, sed tātum particulari. Vera tamē est cogitatio, om
nem hominē esse animal: quoniā hic eo modo cō
ponuntur, quo secūdam rem iūcta sunt, genus & spe
cies. Genus enim speciei cōuenit, secūdam totā vni
uersitatem suppositorum siue singulatū. Per
oppositum facile liquet, quando sit falsitas in intelle
ctus affirmatione.

Est siquidem cum non ita est in re, quo
modo in intellectus operatione esse re
presentatur.

Vt cum hominem esse asinū intelligo, falsitas inest
intellectui, eo quod cogitatio, rei nō respōdet. Non
d 3 enim



DE INTELLECTU ET

enim ita se res habet. Item cū cogito, omne animal esse hominē. Aliter enim se res habet. Fit autē hoc, cum illa iūgūtur per affirmationē in intellectu, quę secundū rem nō conueniūt: vel cū ea quę cōueniūt non secundū eum modū iūgūtur quo conueniūt vt est videre in exemplis mox adductis.

Secundum negationem intellectui inest veritas, quando negando ab inuicem diiungit diuidit ac separat, quę secundum rem ab inuicem sunt disiuncta, & eo modo quo disiuncta sunt.

Vt cum intelligo, hominē nō esse asinū, veritas inest intellectui: quoniam diuido per intellectū, quę ab inuicem secundū rē sunt distincta, & eo modo quo sunt diuisa. Item, cum intelligo quāsdā animalia nō esse homines. Sic enim diuido speciē a genere, quo modo secundū rem diuisa est, videlicet secundū aliam quam partem suppositorum generis quę a prædicata specie omnino sunt separata.

Cum vero diuido intellectu quę secundum rem non sunt diuisa, aut aliter diuido q̄ sint secundū rem diuisa, falsitas inest intellectui.

Veluti cū cogitauero hominē nō esse substantiā, aut nullum animal esse hominē. Ex prædictis patet quod veritas & falsitas per se nō sunt nisi in intellectu. Quod autē affirmationes vel negationes vocales aut scriptas dicimus veras aut falsas, nō nisi per accedens est: quoniā videlicet expressiuę sunt vel significatiuę intellectiōnis verę aut falsę: dicunturq; propositiones vocales aut scriptę verę aut falsę, tantū extrinsece. Ipsa autē affirmatio atq; negatio intellectu intrinsece

EIVS OFFICII LIBER XI Fo. 112.

intrinsece est vera aut falsa. Quod vero nec vocali propositioni, nec scriptę realiter inest veritas vel falsitas, manifeste patet, quoniam potest vocalis ista affirmatiua qua affirmo hominem esse asinū ex falsa fieri vera, absq; vlla reali mutatione circa ipsam facta, si tātum mutetur significatio, & impositio alia fiat, quia asinus idem iubeatur significare quod animal. Nam talis noua impositio fieri potest, per volūntatem hominis, absq; vlla mutatione reali vocis vel scripturę illius, homo est asinus.

CAPVT XX.

Quod bruta non componant vel diuidant, nec ratiocinentur.

Quod autem nonnulli putāt æstimatiuā potentiam posse in particularibus aliquam affirmationē vel negationē facere, aut etiam aliquo modo ratiocinari, id ex ignorantia venit philosophię. Quod etiam vulgo dicimus, canē iudicare hunc cibū esse sibi conuenientē aut disconuenientē, nō ita debet intelligi, quasi talem in se faciat cōpositionem, in qua rationē appetibilis & contentientis cōponat per verbalem copulationē cum ratione huius cibi. Est em̄ hoc plane excedēs facultatē sensus. Sed hoc significare volumus, quod cibū illū apprehendat sub ratione cōuenientis. Negat em̄ aliud est quod dicimus. Canis iudicat hūc cibum conuenientē & prosequendū, q̄ si dicamus. Canis hūc cibum apprehendit secundū rationē vel æstimationem conuenientis vel prosequēdi. Ita cum in biuio canē quidam iudicāt ratiocinari, ex mera est ignorantia Philosophię quod naturā sensus ignorēt. Non enim ratiocinatur canis, quasi plures affirmationes ad inuicē cōponat per cōiunctionē inferentē, hoc modo. Hic odor est relictus a lepore, trāsijt ergo hac lepus qui odorē reliquit. Item: hic vestigiū est impressum leporis, ergo huc lepus fugit. Est enim id existimare, plane ridiculum. Dicit tamē interdū canis id argumentari vel colligere ex odore seu vestigio, loquutione nimis improbia: quatenus videlicet odoris vel vestigij imaginatio phantasiā mouet ad prosequēdū lepore, & quā admodū d. 4. hominis



Intellectus practicus & speculativus.

DE INTELLECTU ET

hominis ratiocinatis se habere videtur. Relinquitur ergo, in solo homine esse compositionem & divisionem secundum affirmationem vel negationem, item secundum quamecumque conjunctionalem unionem. Et quoad hoc quid componit homo ac dividit de ijs quae tantum ad speculationem faciunt non autem ad actionem: & secundum hoc dicitur intellectus speculativus ut cum intelligo hominem esse animal, scientiam esse habitum, Deum esse primum ens, & similia. Quoad vero intellectus componit & dividit in ijs quae ad actionem pertinent, & dicitur intellectus practicus, a greco vocabulo *πραξις* praxis, quod significat actionem vel operationem. Ut cum intelligo Deum esse super omnia diligendum, proximum faciendum quod nobis velimus fieri, iusticiam in omnibus esse tenendam, vel singulariter, nunc dandum esse elemosinam, hunc, hominem debere consilio iuvare, hoc opus nunc faciendum esse, &c.

CAPUT XXI.

Solum hominem per intellectum cognoscere propriam excellentiam, & quomodo intellectus seipsum intelligat.

Habet praeterea ratione intellectus homo, ut omnem suam excellentiam quae in ipso ab optimo creatore posita est, suamque nobilitatem & dignitatem in qua magnifice admodum exaltatus est, valeat agnoscere, & pro dignitate aestimare atque ponderare. In quo manifeste ab alijs rebus naturalibus omnibus distinguitur. Caelum enim quamvis sit admodum nobile, habeatque incorruptibilibus aemulataem & impassibilitatem & summam aeternitatem non tamen horum quicquam cognoscit se habere. Item Sol quamvis ita est formosus in stola sua, ita gloriosus in splendore suo, ita efficacissimus in virtute sua, nihil tamen horum se habere cognoscit. Sed neque bruta animalia, perfectionem virium in ipsis positam intelligunt. Et quia solus homo potest cognoscere bona quae habet, soli etiam homini convenit gaudere & letari pro ijs quae habet: ceterarum autem creaturarum naturalium omnino nulla de sua perfectione & nobilitate

EIVS OFFICIIS LIBER XI Fo. 212.

nobilitate potest letari vel gaudere. Gaudium enim & letitia constringit cum quis cognoscit se habere a modo de liquod bonum. Si autem habeat & non cognoscat eas, suo bonum, nequaquam inde gaudebit. Unde cum nulla alia non gaudeat naturalis praeter hominem sua bona cognoscat, det. gaudere inde non poterit, nisi homo solus, quantumvis magna sint bona, quantumlibet admiranda perfectiones, quae in alijs inveniuntur. Quod enim gaudium esse potest Soli (qui tamen est pulcherrima, formosissima, virtuteque efficacissima creatura) de omnibus sua pulchritudine, virtute, & praecellentia super astra caetera, cum nihil horum ipse cognoscat? Quale gaudium est herbis & plantis, quod secundum suam naturam digniores sunt & altioris gradus quam lapides & caetera mineralia? Quale gaudium est bellis irrationalibus, quod praecellant nobilitate sensus arbores atque plantas? Non enim suam excellentiam cognoscunt. Atque ideo omnes creaturas quasi in tenebris sunt. Quale vero gaudium habere possunt, quae in tenebris sunt, & lumen caeli non habent? Solum homo in lumine est, per lumen naturale intellectus omnia discernens, omnia iudicans, suam excellentiam super omnia alia per intellectum cognoscens. Neque omnino aliquid est in homine quod non ipse per intellectum possit cognoscere, adeo ut etiam se ipsum intelligat, ac super se ipsum reflectatur & super actum proprium; quod nulla alia inferior potentia facere potest. Visus enim non potest se videre, neque sensus communis, neque aestimativa, neque phantasia se ipsam cogitare potest. Item visus non cognoscit se videre, neque sensus communis se sentire, neque phantasia potest se phantasiari. Unde nullum brutum potest cognoscere se phantasiari aut aestimare, quoniam deest illi potentia superior per quam id posset. Solum est intellectus, qui seipsum potest cognoscere & cognoscit, quicquid solus super suum actum reflectitur, dum intelligit se intelligere. Imo amplius adhuc, intelligit intellectus intelligere se, quod intelligat se intelligere. Denique quotienscumque reflectas intellectum super suum actum, poterit semper a seipso apprehendi. Ipse namque

d s q intel



DE INTELLECTV ET

Intellectus agens, cum sit potens omnia efficere (vt supra diximus) id est, omnium rerum speciem in intellectu possibili producere sua virtute, etiam substantiarum immaterialium, etiā entis primi & celsissimi, quod est Deus, potest & suis ipsi speciem in intellectu possibili efformare, vt sic & ipse cognoscat secundum propriam suam speciem. Et cum (vt supra diximus) ens vel verum sit obiectum intellectus, quicquid sub hoc obiecto comprehenditur, illius potest in intellectu species efformari: quemadmodum omnis eius quod sub colore (qui est obiectum visus) comprehenditur, potest in oculo species produci, sicut necesse est, omne quod sub ente comprehenditur, posse ab intellectu apprehendi atque intelligi. Ac proinde ipsemet intellectus, cum sit res aliqua, potest ab intellectu intelligi, id est a semetipso, ipse quoque actus eius, simili ratione, ab ipso est intelligibilis.

Omnis quoque bonitas & perfectio rerum (cum sit ens quoddam) sub intellectu cadit iudicio, & ita cum omnia quae sub ente comprehenduntur cognoscat, potest ipse iudicare quid excellentius, conferendo bonitates illas & perfectiones ad inuicem quemadmodum visus inter colores discernit, & sensus communis inter omnia exteriora sensibilia. Vbi dum nihil inuenit homo seipso praecellentius, nullam perfectionem tantam in vlla creatura quam in seipso, ita cognoscit homo seipsum (intellectus ratione) caeteris animantibus praestare, atque caeteras omnes res naturales longo intervallo post se relinquere.

CAPVT. XXII.

Quomodo intellectus ex semetipso Deum potest cognoscere.

Non solum autem intellectus potest quae sunt inferiora se creata cognoscere, verum etiam quae supra se sunt angelicas substantias, atque ipsis etiam praesidentem Deum (vt supra declarauimus) per duos modos, scilicet per abnegationem, & per excellentiam. Quibus tamen nunc etiam tertium adijcimus modum, dicentes, quod intellectus

EIVS OFFICII LIBER XI.

Fo. 213.

Intellectus agens per semetipsum & ex semetipso potest sibi formare aliquam speciem, per quam Deum intelligat. Cum enim intellectus se cognoscens discernit suam perfectionem (quae in hoc consistit quod omnia quodammodo potest in se efficere & omnibus assimilari, sicut omnia potest cognoscere) a sua imperfectione (quae in hoc est, quod sit in potentia omnia, non autem omnia actu) ac deinde similitudinem aliquam in semetipso efformare coeperit superioris alicuius intellectus, qui actu semper est omnia, omnium in se rationes & similitudines semper actu habens, & ab aeterno sic habens, vt non sit in potentia neque esse possit in potentia ad alicuius speciei de nouo susceptionem, sicut ab aeterno semper actu intelligentis omnia, quae cumque intelligibilia sunt, vt non possit aliquando intellectionem alicuius rei acquirere vel perdere, neque crescere neque minui in intelligendo: talem profecto similitudinem talis intellectus admirabilis, in seipso efformans noster intellectus agens, proculdubio speciem habet & similitudinem in qua intelligat Deum. Nimirum eiusmodi intellectus perfectissimus & nobilissimus est Deus, qui purus actus est, & non est in eo quicquam potentiae actusque omnem in se habet similitudinem, & ab aeterno habuit: neque quicquam non dico erit, non dico fuit, sed esse potest, cuius non ipse ab aeterno praesertim habet cognitionem, ita exactam, ita distinctam, vt meus modo intellectus illud intelligit cuius actu specie tangitur. Propter quod etiam omnia nuda sunt & aperta oculis eius, iuxta Apostoli sancti testimonium: neque quiquam potest esse illi perfectissimo intellectui occultum, neque praeteritum potest obliuisci, neque futura potest non cognoscere, tanquam si oculum aliquem fingamus esse qui in se congenitas habeat omnium rerum species & similitudines, multo perfectius quam possint ab obiecto in ipsum imprimi, & has species a seipso sic habeat vt non egeat obiectorum praesentia corporali, hic oculum iudubie omnia cerneret, etiam absentia: imo etiam res praeteritas & futuras per species in ipso seruatas videret, insuper etiam abditissima conuerteret

Vide quomodo intellectus ex se ipso potest Deum cognoscere.

Heb. 4.

Ita s.



DE INTELLECTU ET

Ita sane ex semetipso intellectus agens formare potest speciem & cognitionem summi Dei: ita vestigi-um potest aliquo modo in semetipso primum scilicet agnoscere, ita scintilla lucem immensam aliquid quatenus contemplari.

CAPVT. XXIII.

Quomodo ratione intellectus homo de perfectione omnium creaturarum latari potest.

Habet quoque per intellectum homo, ut non solum (quod admodum supra declaratum est) possit de propria perfectione, & de iis quae sunt in ipso bonis gaudere, verum etiam de perfectione & bonitate omnium aliarum rerum. Gaudium enim non solum consergit ex hoc quod in nobis ipsis bonum cernimus, sed etiam cum aliquam perfectionem in alio aduertimus: maxime si ad nos spectet ille in quo cernimus. si nobis sit aliqua ratione coniunctus: videlicet amicitia, familiaritate, consanguinitate, affinitate ordine, gradu, vel alio quolibet consimili modo. Gaudemus enim in amicorum, fratrum, vicinorum, consanguineorum civiumque prosperitatibus. Cum ergo omnis creatura corporalis non minimo vinculo sit homini coniuncta, neque una ratione ad humanam speciem attineat, merito debet homo in omni perfectione quam cognoscit in creatura, oblectari. Est enim omnis corporalis creatura, homini multis modis coniunctissima. Primum quidem, ratione eiusdem operis, qui ipsam & hominem idem ipse condidit & creavit: quoniam ab auctore Deo, tanquam ab eodem patre cuncta procedunt. Qua consideratione, sancti Dei homines etiam creaturas vilissimas dignabatur fratres atque sorores appellare: primarij videlicet fontis unde effluerant, spectantes originem. Inferiores quoque istae creaturae viuentes, ex eadem terra (tanquam ex eadem communi omnium matre) procedunt. Quod si consideremus caetera omnia corporalia propter nos esse facta, & propter nostrum seruitium, nostramque utilitatem, & omnem illarum perfectionem attendamus ad nostrum commodum, nostrumque ministerium esse ab optimo & nimium nobis benefico Deo ordinatum: quomodo

EIVS OFFICII LIBER XI

Fo. 214

modo non maxime in illorum perfectionibus gaudere debemus? Quis enim paterfamilias non gaudet de suae familiae bono? Quis dominus non letatur in seruatorum prosperitate? Est autem homo velut paterfamilias & dominus in magna domo mundi huius quam aedificauit illi Deus, ut ipse ex omnibus seruitium capiat, iucunditatem, & utilitatem tam corporis quam spiritus. Quod enim Sol tantum habet de corpore: tam gloriosum ornatum, mihi habet non sibi. Mihi habet, ut me sua claritate letificet, ut mihi lumen gratissimum per dies singulos adducat. Mihi habet, ut terram faciat germinare ac de se producere abundanter omnia, quibus ego ad corporis egressum sustentationem. Denique mihi habet omnem suam gloriam ut me moneat pulchritudinis creatoris mei: qui cum meo aspectui sese monstrat tam mirabiliter pulchrum & fortem, utique hoc me docet luce clarius, non sibi se creatorem incomparabiliter pulchriorem, & magis validum, ac robustissimum. Quod etiam arbores fructus producunt, non sibi sed mihi producunt: herbae odoriferae, odorem fundunt non sibi sed mihi flores pulcherrimos producunt, non sibi sed mihi. Et (ut insignis ille poeta ait) Sic vos non vobis vellera fertis oves. Sic vos non vobis mellificatis apes. Sic vos non vobis, fertis aratra boues. Sic vos non vobis nidificatis aues. Scilicet ego ille sum, cui haec omnia ex Dei precepto inseruiunt, ut mihi in omnibus (tam quae ad necessitatem, quam quae ad castam voluptatem) abunde sit prospicuum. Unde Propheta non pauisti solum, inquit, sed delactasti me domine in factura tua. Haec ergo omnia cum per intellectum homo cognoscat propter se ita in suis perfectionibus disposita, unumquodque in genere suo, iustum est, ut diligenter naturales eorum perfectiones consideret, in quibus eis seipsum oblectet, ad gloriam eius qui omnia mirabilia condidit.

CAPVT. XXIII.

Quod ratione intellectus solus homo possit & debeat agere gratias Deo, pro se & omnibus creaturis.

Conse

Virgilius.

Psal. 91.



DE INTELLECTV ET

Consequitur ex prædictis, quod solus homo ratione intellectus Deo potest & debet agere gratias, & non vlla creatura alia corporalis: quodq; nõ pro se solo & bohis quę in seipso sũt veruētã pro omnibus bohis quę in alijs creaturis inueniũtur, possit homo & debeat agere gratias omniũ creatori omnipotenti Deo. Gratiarũ actio namq; requirit p̃mo susceptionem beneficij, dein de beneficij accepti cognitionem, eius quoq; cognitionem qui beneficium præstat, ac postremo gratitudinis declarationem pro accepto & agnitõ beneficij. Beneficij susceptio cõmunis est homini cum omni creatura. Omnis namq; creatura particeps est beneficiorum creatoris sui. Cætera vero, nõ nisi solius hominis sunt, Solus enim homo beneficia cognoscit (vt declarauimus) tam ea quę in seipso accipit, q̃ quę in alijs creaturis. Solus etiã homo per intellectum cognoscit bona ista, quę in se habet, atq; etiã quę in alijs creaturis cõspicit, nõ ab ipso esse neq; creaturas a seipsis habere, sed ab vno omnium benefactore Deo. Deniq; solus homo potest pro suscepto beneficio bonum & gratũ animũ declarare, & signis cõgruis ad benefactoris gloriam id præstare. Potest enim homo voce testari & eloqui magnalia Dei sui, eiusq; beneficia (quę tam ipse q̃ alię creaturę accipiunt) ad Dei gloriam prædicare. Potest etiã alia quædam exteriora opera exhibere, ad hoc ipsum demonstrandum, videlicet eãtare, laudare sacrificia offerre, vota facere, in instrumentis musicis personare: quę omnia ad gratiarũ actionẽ spectant & soli cõueniunt homini. ¶ Potest ergo solus homo gratias agere, et cũ possit, vtiq; & debet. Nã id ratio naturalis dicit, etiã homini benefico pro minimo aliquo beneficiolo, vt minimũ gratias agere, vt ne dicam gratiã referre: quãto magis illi cuius beneficium est quicquid fumus? Et cũ in omnibus creaturis homo accipiat beneficium (eo quod propter ipsum facta sunt omnia) vtiq; pro omnibus ipse debet gratias agere Deo. Cũ enim seruo aliquid impenditur beneficij in vtilitatẽ domini, indubie dominus magis

EIVS OFFICII LIBER XI Fo. 215.
magis q̃ seruus tenetur gratias agere beneficianti Et cũ puero adhuc infanti & ratione carsti impeditur beneficium, vtiq; partem est beneficii gratias agere pueri loco per ætatẽ fieri adhuc & gratias dicere impotẽtis. ¶ Debet ergo homo gratias agere Deo, nõ modo pro se, veruētã pro omni creatura, maxime corporali, duplici consyderatione: tũ quia solus potest, & præ omnibus potest: tũ quia in omnibus ipse accepit beneficium. Vnde gratias agere debet homo Deo suo, quod soli tantã dederit claritatẽ, tãtã virtutis efficaciam & nobilitatẽ. Itẽ quod terrę & aquis talẽ dederit fecunditatẽ, quod aerẽ repleuerit volatilibus, quod aues ita plurimũ ornatu decorauerit, quod arbores, ac herbas ita fructiferas odoriferasq; fecerit, & ita in singulis. Illæ enim creaturę excusabiles sunt, si gratias nõ agãt, tũ quia minime id possũt, tũ quia quicquid acceperũt, potius homo in ipsis accepit, q̃ ipsemet in seipsis, vel pro seipsis, quẽ admodum id quod seruo impeditur in vtilitatẽ domini, domino potius q̃ seruo impeditur. ¶ Hinc consydera o homo, quãta tibi incũbit seruiedĩ domini Deo tuo necessitas. Attẽde, quãta tenearis erga Deũ obligationes: qui nõ pro vno teipso, verũ etiã pro omnibus creaturis Deo tuo seruire, ad gratiarũ actionẽ obligaris. Vide quãto vinculo te sibi colligauit dũ te super oia cõstituit. Magnũ (fateor) te creauit, & sublimi admodũ loco posuit altissimũ cõditor tuũ, dũ te paulominũ ab angelis minorẽ fecit, gloria & honore coronauit super omnẽ corporalẽ creaturã, cõstituitq; sup cũcta manuũ suarũ opera, omnia subiciens sub pedib; tuis, nõ solũ oues & boues, p̃sora cãpi, volucres cœli & pisces maris qui perãbu sãt semitas maris, veruētã Solẽ lunã & stellas nobilissimã illa perpetuẽ incorruptionis corpora, quę dominũ Deũ tuũ creauit in ministeriũ cũctis gẽtib; ¶ Ita quidẽ magnũ & excellũ nimis altissimũ te cõditor tuũ cõstituit, pro omnib;. Verũ quãto tu altior es Dei speciali beneficio & supemines omnib; tãto magis te agnosce deo tuo obnoxii, qui sic te magnificauit & eleuauit sup omnia. Agnosce (quod verũ est)

Psal. 8.

Deut. 4



Psal. 15.

Col. 2.

DE INTELLECTV ET

est) nullam creaturam aliam æq; Deo esse obnoxia
æq; forti vinculo Deo esse colligatam, agnoscentes
obligationē, modis omnib⁹ satage iustū iusse perfol
uere debiti, vñ quibus possis modis Deo tuo stude
as vel gratias agere, quandoquidē referēdi neq; ne
cessitas est neq; possibilitas. Bonorū enim nostrorū
ille nō indiget, in quo omnes diuitiarū thesauri sūt
absconditi. Grati tamen animi declarationē, & pro
testationē per signa congrua vtiq; a nobis exposcit,
gratiarū seuerē exigit actionē: nō vtiq; propter suā
voluntatem, sed ob nostrā vtilitatē, vt cum pro ac
ceptis beneficijs temporalibus nos sibi gratos com
probauerit, maioribus aliquando afficiat in conspē
ctu vultus sui, cuius in nobis impressit similitudinē
Deus ipse trinus & vnus, in sæcula benedictus
Amen.

¶ Finit Considerationis Physicæ liber
Vñ decimus.

¶ PSALMV PATRI SPIRITVVM VNI,
uersæ carnis, in iubilatione mentis, & ala
critate animi.

Paratum cor meum Deo, & iterum paratum
cor meum; paratum corpus meum, parata vi
res omnes ad laudem tuam, quæcunq; siue cor
pus, siue animam inhabitant.

Exurgam diluculo, & psallam magno nomini tuo,
medijs noctibus confurgam de lectulo quietis meę
vt personem cantica ante thorum amoenissimum
tui amabilis thalami.

Date mihi tympana, lyram, cytharam, nablum, &
cymbala bene tinnientia; edēt in illis articuli manu
um mearum melodiam bene resonantem in auri
bus domini sabaoth.

Tubas adferte huc mihi; & clangam in eis: os meū
late aperiam attrahēq; spiritū flatus, vt buccis va
leam concrepare plenissimis.

Non cessabit oblectari in Deo meo animus quē cre
auit, quē possedit ab initio: in quē impressit, admi
rabilem similitudinem, imaginemq; nobilitatis sue.
Vñ deo ego cælos opera manuum ac digitorū tuo
rum

PSALMV

Po. 116

orum quæ fundasti in fortitudine tua: insuper solē
lunam & stellas, cuncta limpidissima,
Contemplans video totum iucundissimum decorē
potentissimum vigorē, & ordinē vere admirabilē
nō sufficio pro dignitate cōtemplari, vel totis cona
tibus, quæ tu nullo perfecisti negocio.

At vero vbi ad memetipsum in intima reflecto ocu
los meos: cessant videri mirabilia, quæcunq; foris
conspicio.

Domine, domine, domine quid est homo, quia sic
magnificasti eū? homo quid est vt tāti illū feceris?
Vere paululū est ac modicū quo minuisi gen⁹ nō
strū ab angelicis principibus tuis: omnis corporalis
creaturæ regem & dominum (dato in manibus eius
sceptro potentia; & in capite corona gloriæ) consti
tuisti hominem.

Propter hunc enim creasti omnia, & cuncta subieci
sti pedibus eius, præcellētissima celestiu corporū
creasti in ministerium cunctis gentibus,
Sol accede huc nobis magna moles, & lata substan
tia: vide an possis in tota tua virtute atq; pulchritu
dine nobiscum contendere.

Esto sis gloriosus in fortitudine tua, formosus sis in
fulgidissima stola tua; comas tui splendoris de tanta
spargens altitudine in ima terræ viscera.

Sed nūquid vides iple, aut intelligis decorē pulchri
tudinis tuę? nunquid cognoscis perfectionem virtu
tis tuæ, qua antecelis subiecta omnia?

Dic si nosti illum qui cuncta in te posuit quæ habes
mirabilia: responde muta substantia si quicquam ho
rum intelligis.

Magne Deus non illi contulisti splendidissimo cor
pori, quod mihi donasti stercorentæ & fæculente
creaturulæ: vere multa mihi & magna nimis con
tulisti in te vnica.

Etiā si in millecuplum augmentetur tibi Sol irra
tionalis pulchritudo decoris, & fortitudo roboris
tui: quantumuis pauper & humilis ego semper im
mense te superabo: interuallo, hoc solū, tenens quod
hunc possideo:

Intel



DE APETITV SENSITI

Intellectu & ratione tu donasti dominator gen⁹ no
strū; a te processit nobis hæc tanta præcellentiā;

O vtinam pro dignitate gratiarū actiones tibi valeam⁹ persolvere, nimis magna enim sunt quæ nos accepimus, & nimis pauca, imo nimis nulla sunt quæ valeamus reddere;


Tu nos scientiarum domine iustas tibi fac reddere gratiarum actiones: doce nos doctor optime in spiritu & veritate famulatū tibi exhibere decentem. Tu das velle, tu das perficere pro tuo beneplacito: magne Deus semper nos tantis fac gratos esse beneficij.

Gloria patri, & filio: & spiritui sancto.
Sicut erat in principio & nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Finit Psalmus.

LIBER DVODECIMVS CONSY derationis Physicæ. De Appetitu sensituo, & voluntatis præcellentiā.

Præfatio

 Mnum creator perfectissimus Deus, cuius (iuxta prophetæ confessionem) perfecta sunt opera, cum animalium genus sensitivūque virtutis nobilitate cæteris omnibus in sensibilibus creaturis vellet præferre, voluit & appetitivam virtutem adiungere, qua valerent per sensitivam apprehensa amare vel odire, prosequi aut fugere, itemque de præsentibus gaudere vel tristari. Quorsum enim cõduceret res obiectas apprehensione mirabili percipere, si nõ talis esset adiuncta virtus qua erga res perceptas possēt iuxta rationē obiecti apprehensū moveri & affici? Ad eundem plane modum, humanū genus cum benignissimus conditor voluisset super naturam brutorum animalium constituere: vt non solum crassa ista & corporalia sensibus subiecta, verum etiam

ET VOLVNTATE LIB. XII.

Co. 111

rumetiam spiritalia & sensibilia posset apprehensione intellectuā cognoscere, voluit item & huic nobiliori potētiae cognoscitiuæ correspondentem nobilitate adiscere vim appetitiuā, id est intellectuī voluntatem: per quam ad ea posset inclinari amanda; odienda, prosequēda & fugienda; ad quæ nequa sufficeret appetitus brutalis ille sensitivus nimium ad spiritalia ignobilis. Quomodo autem in homine nõ solus est intellectus sed est simul cum sensu & super sensum intellectus, sic & hic appetitus superior in eo nõ solus nõ est, sed cum inferiore simul existit. Duorū autem horum appetituum consideratio, maximam homini ad cognitionem suisque adfert utilitatem. In his ergo duabus appetitivis potentijs finem accipiat hæc physica consideratio. Post eam namque absolutam nõ erit in rebus naturarum quæ longius proficiscamur, nisi naturam prænitentis relinquentes in supernaturalia totā transeamus: quod impræfatiarū nostro instituto minime cõuenit, qui nõ nisi consideratiōne rerum naturalium earumque ad creatorem reductionem, præsentis determinatione intendimus.

¶ CAPVT. I.

¶ Ostenditur, quid sit in homine voluntas, per comparationem ad appetitum sensitivum.

Ergo in homine altera quædam potentia ab intellectu distincta, solis etiam hominibus peculiariter cõueniens, potētia admodum nobilis & excellēs vnde plurima singularia habet hominū, quæ cū nullā altera specie habet cõmunia. Ad perfectum ergo hominis cõsideratiōne, necesse erit post intellectū hanc etiā virtutē diligētē cõsiderare & quomodo in brutis inueniri nõ possit, quoue in dicio peculiariter speciei humanæ cognoscatur inesse, & quomodo ad appetitū sensitivū se habeat, & quæ homini donet eximia distincte determinare. Voluntas autē voluntas hominē cõposita, potētia voluntaria, siue appetitus intellectivus. Est em potētia talis per quam homo appetit, vult & nõ vult, ea quæ secūdū intellectū iudicat bona vel mala. Id autē in se homo



DE APPETITV SENSITI.

quilibet experitur, talem aliquam vim sibi inesse, per qua possit ea qua per intellectus iudicium vt bona vel mala cognoscit aut velle aut nolle, Q uoadmodum autē recte nō potest cognosci natura intellectiua potētia, nisi per cōparationem ad sensum secundū similitudinē & dissimilitudinē, videlicet nisi ostēdatur in quo sensus cū intellectu cōueniat, & in quibus differant ab inuicem: ita nō potest exacte cognosci natura potētiā volitiuā, nisi secundū cōparationem ad appetitum sensitiuū. Sicut enim in hominē duplex est potētia apprehensiuā rerum extra existentiuā, ita est & duplex vis appetitiua, altera videlicet quā sensui cōiuncta est, & ad sensus iudicium mouetur, ea quā sensus iudicat cōuenientia amando & prosequēdo, quā disconuenientia odiēdo & fugiēdo. Atq; hęc vocatur appetitus sensitiuus. Et cōuenit hac in parte homo cū ceteris animalibus brutis, quēadmodum & in sensu. Altera vero superior est cōiuncta intellectui, & corpori nullo modo (sicut neq; intellectus) immersa, per quā homo id quod intellectus iudicat bonum, amat & prosequitur, quod malū, odit & fugit. Et hęc quia sic intellectui coniungitur, vocatur appetitus intellectiuus. Cognoscitur autē huius duplicis appetitus differentia ad eum modum quo deprehenditur differentia sensus & intellectus, videlicet quoniam experimur hominē ea posse velle aut nolle, ea amare vel odire quā nequaquā sensus apprehendit, & quā ad iudicium sensus nullo modo videtur, sic amari vel odio haberi. Q uoadmodū (exempli gratia) virtutes amamus, & probitatē amatā prosequimur: vicia autē odimus & fugim⁹ atq; aduersamur quā tamen manifestissimū est sensu nō apprehendit ac proinde sensitiuo appetitu sic nō appetitū ille tantum prosequatur quā sensus iudicat cōuenientia. Oporret ergo esse in hominē alium quendā superiorem appetitum, per quē homo ad illa quā sensus iudicium excedunt, & quā sensus nec conuenientia nec disconuenientia iudicare potest, inclinetur & propellatur, ea vel prosequendo vel fugiēdo. Ad cuius

ET VOLVNTATE LIB .XII

cuius intellectui appetitus meliorem cognitionem obtinendam, pauca quādam de sensitiuo appetitu volumus prēmittere, quoniam sine cognitione sensitiui appetitus plene intellectiui cognosci non potest.

CAPVT. II.

De appetitu sensitiuo quomodo mouetur ab obiecto secundum phantasiam proposito.

Inuenitur autem appetitus sensitiuus generaliter in omnibus animatibus, neq; potest nō esse, vbi cūq; fuerit sensus, vel vnicus. Nam & imperfectissima animalia, etiam quā (iuxta probabiliorē sententiam) solum tactum possident, appetitu isto non carent. Inest namq; eis appetitus quidam cōuenientis nutrimenti, quem etiam indicat, dum se huius gratia dilatant vel constringunt. Omnis enim motus animalis quantumcūq; imperfectus, indiciū est inexistētis appetitus sensitiui. Ad hoc enim se mouent, vt quod appetunt consequantur. Vnde Aristoteles, de animalibus imperfectis (vt vermis & muscis) ait, ea habere vagam imaginationē & appetitum, id est, phantasiam vagam siue imperfectam & consimilem appetitum. Perfectam tamen phantasiam negat illis adesse, atq; ita & appetitum perfectum consequitur ab eis abnegandum.

Arist. 3. li. de animalibus ma ca. 8.

Ex quo patet quod æstimatiua siue phantasie adiuncta est vis appetitiua, eo quod hęc ita se inuicem consequantur secundū naturam. Non enim statim vbi sensus exterior perceperit aliquod sensibile mouetur appetitus ad prosequendum vel fugiēdū neq; item, mox vbi sensus cōmunis apprehenderit, sed neq; cum imaginatiua nuda illud imaginata fuerit. Verum cum ad æstimatiuā, vq; fuerit peruentum, vt per eam iudicetur tale obiectum amicum vel inimicum, conueniens vel disconueniens, tum demum animal ipsum per appetitum mouetur ad concupiscendum vel odiendum, ad prosequendum vel fugiendum, ad lætandum, vel contristandū. Nā id manifeste monstrat experientia. Cum enim appetitus moueatur secundum rationem conuenientia

d 3 vel



DE APPETITV SENSITI.

Appeti-
t' mo-
&
uet

vel discouenientie, nullus autem exterior sensus conuenientiam vel discouenientiam apprehendat, neque ullus interior præter æstimatiuam (quæ intentiones conuenientie vel discouenientie elicit ex rebus sensatis) consequitur, ad solam æstimatiuæ operationem ipsiusque iudicium, appetitum moueri. Et notandum, quod appetitus iste mouet & mouetur. Mouet enim ipsum animal, & immediate vim motiuam quæ est in membris ad querendum id quod prosequitur. Mouetur vero ipse a phantasia, quatenus ipsa obiectum præsentat & offert appetitui, sub ea ratione sub qua appetitus moueri potest ad odium, vel ad amorem ad prosequendum vel ad fugam. Obiectum enim præsentatum & oblatum virtuti appetitiue sub ratione conuenientie, mouet ad sui prosequendum: sub ratione autem discouenientie, mouet ad fugam. Vt cum canis videt cibum, eumque sibi conuenientem iudicat mouetur ad prosequendum ipse appetitus, ab æstimatiua: quatenus videlicet ipsa obiectum illud præsentat sub ratione conuenientis, & cum baculum videt eleuatum ad verbera, mouetur ad fugiendum appetitus, a, ab obiecto sub ratione discouenientis proposito, per æstimatiuam. Mouet autem appetitus ab obiecto sic sub ratione discouenientis aut discouenientis præsentato naturaliter, absque vili libertate vel deliberatione. Canis enim cibum conuenientem videns, eumque æstimans sibi conuenientem, naturaliter amat atque prosequitur & accurrit ad illum, & videns baculum eleuatum ad verbera, æstimando sibi hoc discoueniens & inde male sibi futurum, ita naturaliter fugam petit, qua malum euadat quod sibi æstimat immidere. Cum vero plura simul fuerint obiecta proposita, quod fortius mouet secundum suam rationem, id naturaliter præualet & mouet appetitum. Vt cum duplex canis cibus est propositus, ille qui magis conueniens ab æstimatiua iudicatur, appetitum naturaliter mouet. Ita cum ex vna parte delectabile proponitur, & ex altera contristabile (vt ex hac parte cibus conueniens canis, & simul baculus eleuatus ad verbera) solet præuincere verberum terror præualere, vt cibo relicto fugiat.

Est

ET VOLVNTATE LIB. XII Fo. 215

Est enim hæc appetitus natura, vt magis vehementer magisque cito ad fugiendum a terribilibus moueatur, quam a delectabilibus ad prosequendum. Facilius enim & vehementius contristabilia siue terribilia operantur in appetitu sensitivo fugam, quam delectabilia siue concupiscibilia, efficiant in ipso prosequutionem. Vnde ad oculum videmus moueri homines multo amplius timore mortis, quam amore vite: & multo vehementius dolere de infirmitate, quam gaudere de sanitate.

Nota.

CAPVT. III.

Quomodo appetitus sensitivus semper naturaliter moueatur absque libertate,

Contingit vero interdum duobus appetitui propositis obiectis, ambobus delectabilibus, ad neutrum statim moueri, sed interdum ad tempus gradum sistere, eo quod ex vtraque parte æque fortis sit motus & operatio obiecti, & æstimatiua ad vtramque partem æque sit propensa, neque plus ad hoc quam ad illud ferat suum iudicium. Atque ita tunc accidit, vt quasi deliberare videatur irrationale animal: cum tamen reuera nulla in eo sit deliberatio, quæ est solius rationis, sitque vt postquam tandem alterum acceptauerit, quasi eligere videatur, cum tamen electio nequaquam cõpetat brutis, sitque solius hominis. Vnde hoc sciendum est, quod canis ille sic quasi dubitabundus consistens, dum & huc & illuc vocatur nequaquam cõsulit, neque villo deliberat: sed habet se appetitus ille ad modum linguæ siue exanimis in libra siue bilance, cum lanx vtraque pondus penitus æquale in se habuerit. Quæadmodum enim ista neque in hanc partem deorsum trahitur, cum tamen sit pondus sufficiens ad eam pertrahendam neque in partem alteram, cum sit & ibi pondus sufficiens, sed (propter pondus æqualitatem vtriusque æquali fortitudine trahente) consistit in medio: sic & appetitus irrationalis animalis, existente ab vtraque parte pondere æquali & obiecto æque ad mouendum valido, fixus consistit, & neque huc neque illuc mouetur cum vtraque tamen trahatur. Fitque illa immobilitas

Cõparatio.

ex 211/113

e 4 penitus



DE APPETITV SENSITI.

penitus naturaliter, nec vllius est deliberationis in dicitur. Alioquin, quur non & linguam intrutina dixeris deliberare, cum ita hæret in medio? ¶ Et cũ tandem contingit in alteram partem rapi animalis appetitum, nequaquã electionis est indicium, non amplius quã lingua illa modico flatu adiuta in vnam partem tandem vergens, dici debet elegisse hanc partem ad quam flectitur. ¶ Quod si interrogas, qui ergo fieri potest, vt tandem ad vnam partem moueatur appetitus, si non per electionẽ id fiat, & ex libertate eligendi? Dicimus quod ad eum modũ animalis appetitũ tandem in alterã partẽ trahitur, quomodo lingua illa modico vento adiuta in partẽ alterã mouetur, etiã si pondus maneat vt ante. Si enim cõgesserit æstimatiuã aliquanto magis vni obiecto & fixius intendere quã alteri (etiã si nõ æstimet illud magis cõueniens) solũ ex hoc quod fixius intendat iudicio vnus cõuenientis, quã alterius, & ad illud fortius se cõuertat, ipse appetitus rapietur, adueniente imperioso flatu in illã partẽ in quã æstimatiuã cõgesserit fixius intendere. Ac tũc quidẽ ita se habebit illa de fixio fortior æstimatiuã in alterũ obiectũ, ad faciendũ vnus illius prosecutionẽ, quomodo se habet adueniens in vnã lancẽ status venti, ad mouendum linguã in partẽ alterã. ¶ Vnde nõ videtur aliqua ratio verisimile, quod vulgo per iocũ solet iactari de asino quẽ vocat Buridani, habẽte pabulũ vtriq; æq; cõueniens, æq; multũ in eadẽ distãtia sibi appositum, quod fame esset moriturus in medio pabuli, Profecto qui id asserunt, naturã appetitus & æstimatiuã virtutis nõ recte cognoscunt. Et qui hoc ita asserunt nõ cogatur in animalis deliberationẽ ponere aut electionẽ, aut facultatẽ liberi arbitrij, in sane timore timet, vbi timor nõ est. Sola enim (vt diximus) cõuersio maior atq; attentio, defixioq; phantasiẽ in alterũ obiectũ propositũ, efficere potest, vt altero relicto in hoc moueatur. Relinquitur ergo appetitũ naturaliter moueri ab ipso obiecto appetibili, ita secundum rationem appetibilis propositi, per æstimatiuam.

¶ Nec

ET VOLVNTATE LIB. XII. Fo. 220

¶ Nec quicquam refert, siue dicas appetitũ moueri ab obiecto appetibili sub eã ratione sub qua appetibile est, siue ipsam æstimatiuã proponẽtem appetibile, sub ratione appetibilis. Nõ enim ipsum obiectũ per se mouet appetitũ eo modo quo obiectũ sensus exterioris agit in sensũ (vt videlicet per se aliquid imprimat obiectũ exterius in appetitũ) sed tãtum quantum tenus per æstimatiuã proponitur: ad cuius iudicium ipsius appetitus passio cõsequitur. Vocatur em̃ õnes ipsius appetitus inclinationes siue morus vulgato nomine passionis, eo quod appetitus ab obiecto per trahitur ad cõcupiscendũ vel odiendũ &c, propter quod ab obiecto quodãmodo pati dicitur.

¶ CAPVT III.

¶ De varijs passionibus in appetitu sensitiuo.

¶ Et quia (vt diximus) appetitus mouetur ab obiecto per æstimatiuã secundũ rationẽ appetibilis propositũ, hinc fit, vt multiplex passio & varius appetendi modus possit in appetitu sensitiuo inueniri secundũ quod obiectũ sub diuersis rationibus potest per æstimatiuã proponi. Cũ enim proponit obiectũ æstimatiuã sub ratione cõuenientis, appetitus statim mouetur & inclinatur ad illud, efficiturq; in ipso passio quã appellatur amor vel cõcupiscẽtia talis rei: quã videlicet inclinatur ad talẽ rẽ sub ratione cõuenientis propositã, Et hæc est prima passio quã in appetitu exoritur. ¶ Si vero præsentetur hoc idẽ obiectum tanq; cõueniens & tanq; potens acquiri, ac tanq; propinquũ ad habendũ, ita vt nullũ iudicet obstaculum, quin possit illud cõsequi, ita fit progressus appetitus ab amore nudo ad prosecutionẽ. Incipit enim profequi & iam redere ad illud quod prius amabat, Nã amor est quasi prima inclinatio ad rẽ propositã, prosecutionẽ autẽ velut redẽtia in rem amatã. Vnde manifestũ est, prosecutionẽ illã nasci ex amore, quasi ex radice. Nihil enim profequitur appetitus, nisi quod amat & cõcupiscit. ¶ Cũ vero obiectum iam æstimatur vt præsens & cõsequitũ, fit in appetitu passio lætitiã, vel gaudiũ siue voluptatis: per quã, in te primũ amatã, & per prosecutionẽ postmodum

Amor.

Profes
quitio.

Volup
tas.



DE APPETITV SENSITI.

postmodū cōsequuta, tandē conq̄iescit. Et nō refert ad passionem gaudij in appetitu faciendā, vtrū iam actū sit præsens obiectū, vel propinquū, & certū quā iam iā habebitur. Quod em̄ prope est (iuxta Aristotelis vulgatā sententiā) nihil distare videtur. Vnde gaudiū etiā est de ijs quæ propinqua sunt, & iam iā ventura, quasi pro præsentibus existimatur. Et hæc passio manifeste a prioribus distinguitur, tanq̄ quies ab inclinatione & tēdentia: & ad priores duas cōsequitur, amorēq̄ & prosequutionē præsupponit. Prius enim est rē amare, postmodū prosequi, postmodū lētari. Vt (verbi gratia) brutū animal videns pabulū cōueniēs, afficitur illi, & inclinat̄ ad illud pabulū, ipsumq̄ amat; & si assequi potest, prosequitur, ac tēdit ad ipsum cōsequēdum. Vbi autē fuerit assequutū quod amavit & prosequutū est, tū demū oblectatur & cōquiescit in eo. At vero amor solus esse potest absq̄ posterioribus. Cū enim obiectū cōueniens proponitur aspectui, sed nō vt possibile adipisci, nō fit adhuc prosequutio. Veluti cū canis cibū cōueniens proponitur, sed astat iuxta cibum qui baculum ad verbera eleuatū tenet, illic sane amor est ad cibū quē tam cōueniētem æstimat: sed quoniam nō proponitur vt acquisibilis, neq̄ vt propinquus haberi, propter astans malū, amorē nō sequitur prosequutio. Nonnūq̄ vero prosequutio est, & nō subsequitur læticia: quoniā videlicet nō cōtingit assequi rem amatā & prosequutā, Nonnūq̄ etiam res iā acquisita nō talis inuenitur, qualis ante iudicabatur secundū æstimatiuā, atq̄ ideo nō cōsequitur gaudium in ea iā habita & adepta. Frequēter em̄ æstimatiua decipitur iudicās esse cōueniēs, quod vere nō est cōueniēs. Nihil autē refert ad passionū harū effectiōne in appetitu, an res vere talis sit, an nō. Nō em̄ obiectū appetibile secūdū seipsum vel secūdū quod in se est mouet appetitū, sed secūdū quod in phāta si proponitur: siue ita sit in re, siue aliter res habeat. Vnde cū æstimatiua decepta iudicat hæc rē esse conueniēte quæ secūdum veritatē nō est cōueniēs, nihilominus fit in appetitu amor & prosequutio, si secundum

ET VOLVNTTE LIB. XII. Fo. 122

secūdum veritatē talis esset. Cum vero iā habita præsens fuerit, etiā gaudiū de re præsentī habetur, donec deceptio æstimatiuæ nō fuerit deprehēsa. At vero mox vbi per sensum exteriorē æstimatiua percepserit se errore delusam in iudicādū de re absente, cessat passio gaudij, cessante nimirū æstimatione conueniētis. Deponit enim errorē, quo se cōperit fuisse illusam. Et itaq̄ tres istæ passiones, amor vel cōcupiscentia, prosequutio vel desyderium, voluptas siue læticia sunt, quibus afficitur circa obiectum conueniens.

CAPVT V.

De odio, fuga, & tristitia. **H**is vero tribus passionibus prædictis correspondēt tres aliæ, quæ sunt circa obiectū contrariū, id est, circa obiectū discōueniēs; odiū videlicet, fuga, & tristitia vel dolor. Cū em̄ primum appetitui præsentatur obiectū discōueniēs, mouetur appetitus displicētia, & quadā velut auersione, opposita cōuersioni cōcupiscentiæ vel amoris. Nā sicut obiectū appetibile efficit in appetitu primo cōuersionem quadam & inclinationē ad ipsum, sic obiectū discōueniēs auersionē quadam & retractionē. Et hæc passio odium nominatur, estq̄ amori opposita. Et sunt duæ istæ radices omnium aliarū passionū. Cū vero discōueniens illud & malū æstimatiua proponit vt iā imminēs animalī, & tanq̄ propinquū vt veniat, alia passio gignitur in appetitu, per quā querit elongari ab illo malo ipsumq̄ euadere & effugere. Et hæc passio appellatur fuga, & est quasi recessio quadam ab obiecto malo imminētī vel propinquo per quam animal mouetur ad fugiēdū quod est discōueniēs, sicut prosequutio (cui opponitur) tendētia quadam est ad cōueniēs. Sed cum obiectum discōueniens iam præsens & habitum fuerit, efficitur in appetitu passio doloris vel tristitiæ, qua affligitur in præsentia adepti mali: sicut per voluptatem (cui opponitur) quiescit in præsentī bono. Ita em̄ canis vidēs tenētē flagellū ad verbera eleuatū, primo aspectu odit & auertit; & si vt sibi imminētia hæc desiderat



DE APPETITU SENSITI.

considerat, fuga mouetur, ad effugiendum imminens & propinquum malum. Cum autem in ipsius corpus flagellum fuerit incussum, & uerbera iam suscipit, dolore & tristitia affligitur: propter quod etiam exclamat, ejulando lamentans. Cōtingit autem interdum (quomodo de amore per cōtrariū diximus) ad odium nō sequi fugā. Cū enim uidet canis tenentē flagellum, odit quidē & auertitur: sed nisi uideat sibi imminere aut sibi propinquū esse malum, nō sequitur fuga, ut cum multū distat ab eo qui flagellū tenet. Neque item semper ad odiū & fugam sequitur tristitia, uel quia malū illud nō sit præsens, uel quia cū præsens fuerit sensus nō nunquā mōstrat nō esse discoueniens, quod secundum aestimatiuā errātem prius discoueniens iudicabatur. Nihil enim refert ad odiendum, fugiendum, uel tristitādū, an res discoueniens existat, modo ab aestimatiua talis iudicetur. Vnde uidemus homines quosdā morosos tristari pro rebus que secundum ueritatē eis nō discoueniūt, neque in aliquo mala sunt, tātum propter firmā aestimationem, quā aestimant sibi discoueniens quod tale nō est: quā aestimationem uel nolūt uel nō possunt deponere. Atque ad hunc modū tristatur canis aliquo modo, dū irascitur ex hoc solū quod domū quis ingreditur, aut fimum, in quo iacet, nō ad mali aliquid faciendum, aut quod per plateam aliquis trāseat, cū id ei nullo modo sit discoueniens.

CAPVT VI

De appetitu concupiscibili, & irascibili, & de passionibus irascibilis.

Nueniuntur autem & aliae passiones in appetitu sensitiuo diuersae a praedictis, originē tamen ex eis habentes. Pro cuius intellectu sciendum est, quod appetitus sensitiuus apud Philosophos (tam physicos quā morales) diuiditur in duas partes, uidelicet in concupiscibilem, & irascibilem.

Quid appetitus concupiscibilis.

Appetitus concupiscibilis dicitur, quod res erga obiectum conueniens uel discoueniens.

ueniens, erga bonum uel malum simpliciter afficitur, secundum rationē sub qua proponitur ab aestimatiua.

Atque hanc partē spectat passiones illae omnes quas supra iam distinximus: uidelicet amor, prosequutio & gaudiū, circa obiectū cōueniens: odiū autem, fuga & tristitia, circa obiectū discoueniens & malū. Considerant enim haec passiones simpliciter bonū aut malū secundum simplicem aliquā rationē: ut timor & odiū cōueniens uel discoueniens nude propositū: prosequutio & fuga, bonū uel malū imminēs: gaudiū & tristitia, iam præsens. Denominatur autē haec pars concupiscibilis a primo & praecipuo suo actū, qui est amare uel concupiscere.

Irascibilis uero appetitus dicitur, qui mouetur a bono uel malo proposito, nō simpliciter, sed sub conditione alicuius ardui, tatis uel difficultatis.

Irascibilis appetitus.

In hac parte sunt spes & desperatio, audacia & timor & ira: a qua (ut magis manifesta) pars ista irascibilis nominatur. Haec enim passiones omnes pro obiecto habent arduū. Vnde spes est quasi amor boni ardui, audacia est quasi prosequutio boni ardui, Desperatio est quasi odiū & auersio ardui, propter arduitatem. Timor est quasi fuga ardui mali: & ira, quasi tristitia mali ardui, cum iam præsens fuerit. Quarū passionū ab inuicē distinctio, nō parū ad cognitionē appetitus sensitui conuenit.

Spes.

Passio namque spei in appetitu oritur, quando ab aestimatiua proponitur obiectū aliquod cōueniens, tamē sub ratione ardui: quatenus uidelicet difficultatem habet ipsum obiectū in acquirēdo. Ut cum proponitur canis cibis cōueniens, sed astat qui flagellū tenet, atque ita arduitas & difficultas simul opponitur, illo



DE APPETITV SENSITI.

illo tamē arduo nō obstante, adhuc inclinatur canis & mouetur amore ad ipsum cibum cōuenientē, est imans arduitatem illam se posse superare, & propter arduitatem non desinit ad rem illam inclinari tanq̄ sibi possibilem adipisci, hic sperare dicitur. Spes em̄ est de rebus arduis & difficilibus. Quæ enim arduitatem & difficultatē nō habent, sperare nō dicimur. **E**contrario autem desperatio est, cum rationē ardui propositi, aut præsentatæ difficultatis, appetitus auertitur ac desinit ab obiecto alias appetibili & conuenienti, vt amplius ad ipsum nō moueatur, neq; inclinatur, vtpote nō possibile adipisci. Veluti cū canis cibum appetit vehementer, sed videt flagellum tam terribile, & tam terribiliter vibrantem flagellū qui astat cibo, vt nō æstimet se posse arduitatem superare, & verbera talia nō euadere posse vel perferre, hic certe desperat, quia ab eiusmodi appetitu desinit obiecti cōuenientis, propter arduitatē & difficultatē, quam æstimat insuperabilem. **R**espondent autē spes & desperatio in irascibili, amor & odio in concupiscibili; estq; spes velut amor quidam boni ardui, secundū rationē ardui. Nam quatenus bonum obiectū amatur, quatenus vero arduū speratur, Desperatio autē est, quasi odium ardui secundū rationē ardui; id est auersio ab arduo vt arduū est.

Videtur autē spes & desperatio non solum respicere bonum, sed etiam malum, Spes enim est de bono arduo consequēdo, vel de malo arduo superādo. Vnde sperare dicitur, qui bonum aliquod quod amat nō desinit, sed pergit appetere, nihil obstante cōsideratione ardui. Sperat etiam qui amat mali aliquid cuius quod odit euasione, & superationē, tametsi arduitatē habeat adiunctam malum illud euadere vel superare. Itē desperat de bono arduo consequēdo, propter arduitatem, vel de malo euadēdo, aut superando propter arduitatē, vel de malo euadēdo, aut superando propter arduitatē. **V**t (verbi gratia) brutū animal sperat cōsequi pabulū quod videt, etiā si aliquid difficultatis sit adiunctū, & sperat effugere periculū sibi imminēs, etiā si sit arduū ad effugiēdū.

Aut

ET VOLVNTATĒ LIB. XII

Aut e contrario desperat de consequendo pabulo propter nimiam arduitatē, aut de superādo, euadēdoq; periculo, propter nimiam arduitatē quam sibi putat insuperabilem; Itaq; tam boni cōsequitionem, q̄ mali superationem atq; euasione respiciūt spes & desperatio. Atq; ita in sequētibus passionibus est dicendum. **A**udacia vero & timor differre videntur: sicut prosequutio & fuga. Audacia enim est quasi prosequutio quædam boni ardui vt arduū est nihil videlicet obstāte arduitate. Timor vero fuga est ardui propter arduitatē, cū scilicet arduitas retrahit & fugā facit in appetitu. **E**t oritur audacia ex spe quæadmodū ex amore oritur prosequutio, & ex desperatione timor, quæadmodū ex odio fuga. Cū enim proposito bono arduo, appetit propter arduitatē nō auertitur vt desperet, sed manet cōuersus vt speret, neq; spem abiicit illius boni cōsequēdi, quamq̄ sit arduū ad cōsequendū, nō deinde mouetur ad arduū illius prosequitionē, nō obstāte arduitate; atq; hæc est passio audaciæ. Itē, cū per desperationē quis a malo superādo auertitur, spe superationis abiecta, propter arduitatē quam æstimat in superabile, ex hoc consequenter mouetur ad fugiēdū hoc ipsum propter suā arduitatē, & est timor oppositus audaciæ. Est em̄ timor fuga a malo arduo, propter ipsius arduitatem, vel a cōsequitione boni ardui itē propter arduitatē. **Q**uemadmodū enim spem & desperationem diximus esse de bono arduo assequēdo aut non assequēdo, nihil obstāte arduitate, aut malo similiter superando: ita audacia prosequitur bonū arduum ad cōsequendum, vel malum arduum ad superādum. **T**imor vero deiectio & fuga quædā est, vel a bono arduo consequēdo, vel a malo superando.

CAPVT VII.

Quod ira nullam habet passionem contrariam. **E**t ira vero hoc singulare est, quod nullā habet passionem sibi contrariam, vt in prædictis apparuit: sed est penitus absq; contrario. **C**uius ratio est, quoniam ira respondet tristitiæ, estq; tristitia quædam de malo arduo præsentī, quatenus arduum

audacia & timor



DE APPETITV SENSITI.

arduum est adserendum, vel de boni ablatione, quate nus arduū est & difficile tali bono carere: quæ tristitia, propter arduitatē, cōsurgit ad ipsum malum superandum per vindictam. Vnde ira est, quādo propter malum arduū illatum, appetitus vehemēter mouetur ad malū illud superandum, per illationem vindictæ. Existimat enim hoc modo malum propriū superare, cum æquale vel maius illi intulerit, a quo accepit malū. ¶ Huic autē tristitiæ de malo arduo præsentī, nō potest in bono aliquod inueniri cōtrarium. Cōtrarium enim tristitiæ est gaudiū, quōd est de bono præsentī, bonū autē præsens nō potest sub ratione arduū cōsiderari. Omne enim bonū, quantūcūq; ad acquirēdum sit arduū, quātūlibet habeat in sui prosequutiōe & acquisitione difficultatem, cum iam habitū fuerit, nullā omnino habet difficultatem. Quā propter, bonū præsens nō potest nisi passionem simplicis gaudiij in appetitu efficere, Nam tantū vt præsens bonū mouet appetitum, nō iam vltra vt arduū bonum, cum nullū præsens bonum sit arduū bonum. ¶ Et licet hoc experientia doceat, quāto bonum aliquod inprosequutiōe magis arduum fuit, tāto gaudiū vehemētius (cum iam adeptū fuerit) in affectu causati, quemadmodū ea quæ cū periculo vitæ adepti sumus vehemētius diligimus, & gaudio maiori afficimur de illorū possessione, nō tamē aliud q̄ gaudiū inde enascitur, ex adeptiōne videlicet talis boni, cū iam præsens arduū perdit rationem. Quod enim maius gaudiū sit ex huius cōsequutiōe, nō est, quia vt præsens arduum est, sed quia in prosequutiōe arduū fuit, & ad cōsequendū difficile. Atq; hac de causa fit, vt ira in appetitu irascibili nō possit habere contrariū: quoniam videlicet obiectū iræ (quod est malū arduū præsens) non potest habere contrariū. Nam bonum arduum præsens & habitū, appetitus nequaq; respicit; neq; vllum obiectū sub tali cōsideratiōe ipsum mouere est potens. Includit enim repugnātiā; quia si bonū præsens est, arduum nō est: & si bonū arduū est, præsens nō est. Presentia enim excludit in bono arduitatē;

ET VOLVNTATE LIB. XII.

tem. Secus est de malo, quod simul præsens & arduū esse potest; Secus etiā de bono absente. Nam bonum absens potest esse arduū, priuq; habeatur, secundum quod in acquirēdo habet difficultatē. ¶ Omnes ergo passiones quæ in appetitu sensitivo inueniuntur in lex iuga possunt reduci: quorū tria prima perfectæ in paritate sua, sunt ipsius cōcupiscibilis, cōcupiscentia & odiū, prosequutiō & fuga, voluptas & dolor. Tria autē posteriora iuga, quorū nouissimū imperfectum est in imparitate (quod vnū deficiat) sunt ipsius irascibilis appetitus; videlicet spes & desperatio, audacia & timor, & ira nō habet cōtrarium. Op ponitur tamē ei priuatiue ipsa iræ carētia, quā in iracundiam possumus appellare. Et ad harum passionū aliquā necesse est reduci omnem passionē sensitivi appetitus, siue irascibilis siue cōcupiscibilis. ¶ Quod autē omnes istæ passiones sint appetitus sensitivi, manifestissimū est, ex eo quod singulas videamus etiā in irrationabilibus animātibus, in quibus nullus est intellectiuis appetitus. An vero appetit⁹ irascibilis & cōcupiscibilis, duæ sint potētiz realiter distinctæ, an tātū vnā secūdam rem potētia, sed diuersa habēs officia, nolumus impræsentiarū inuestigare profundius.

Sex passiones cōcupiscibilis.

Sex quoq; irascibilis.

CAPVT VIII.

Quomodo passiones irascibilis oriuntur ex passionibus concupiscibilis. ¶ Illud autē notādum est, quod passiones irascibilis oriuntur ex passionibus cōcupiscibilis, & terminantur in eisdem. Nam ex amore alicuius rei cōuenientis quæ est in cōcupiscibili, exoriete aliquo arduitatē adducit illi rei amatæ, cōsurgit in appetitu irascibili spes ad illam arduitatē superandam & audacia qua prosequitur superationē talis arduitatē. Et cum per audaciam cōtigerit arduū superari, terminatur spes illa & prosequutiō in gaudio, quod inde nascitur: atq; ita in passionē concupiscibilis terminatur passiones illæ irascibilis. ¶ Ita timor de malo imminenti & arduo, cum iam malum ipse scilicet aduenerit & viderit, ita vt superari non possit, in pūam



DE APPETITV SENSITI.

In puram tristitia terminatur. Non enim est ira, de
nec mali presentis arduitas estimatur per vindictam
superabilis: quemadmodum audacia prosequutio est
superandi mali ardui imminetis, cuius mali arduitas
estimatur superabilis. At uero, cum estimatio talis
(videlicet superandi presentis mali) defecerit, iam
non amplius ira, sed tristitia mera est, quae ex malo ar
duo presenti procedit quemadmodum in ijs qui rebus des
peratis, post timorem, tandem in illud incidunt quod ante ti
muerant, nec estimant mali arduitate se vlla vindicta
posse superare. In his enim ira vertitur in puram tristi
ciam. Talis ergo qui iam presente malo sic premis
s, definit desperare, desinit et timere; & post desperatio
nem ac timorem, sine occupat dolor. Terminatur ergo
(vt diximus) passiones irascibilis in passiones concu
piscibilis. Et licet terminetur, tunc in gaudium
nunc in tristitia, simpliciter tamen amor in concupiscibi
bili est prima radix omnium aliarum passionum; nec pos
teli vlla passio in concupiscibili, vel in irascibili oriri
nisi ex radice amoris, siue concupiscetis. Non enim est
aliquid odium, quod non oriatur ex aliquo primo amo
re. Quicquid enim odit appetitus, ideo odit, quia
contrarium est alicui, quod vt boni & conueniens a
mat. Vt si amat canis cibum, odit quicquid ab huius
consequutione prohibet vel impedit; & quicquid hoc
quod vt conueniens appetit, expellit ac fugat sic qui
amat vitam ac sanitatem, odit, quae cunctis apprehen
duntur vt sanitati aut vitae contraria. Nihil enim odit
appetitus, nisi sub ratione disconuenientis. Discon
ueniens autem dicitur disconueniens, in ordine ad
aliquid. Indicatur ergo in odio disconuenientis, pre
uius amor alterius rei, illius cui hoc est disconueniens
nempe vitae & boni ipsius animalis, cuius est appe
titus. Est enim appetitui naturaliter insitus quidam
amor vitae & boni ipsius animalis cuius est; ex quo
amore procedit odium generale disconuenientis, ac
deinde particularia odia omnium earum rerum, quae
estimantur vt contrariae aut repugnantes vitae ac bo
no ipsius animalis. Sicut e contrario ex vno illo amo
re, oriuntur particulares amores omnium earum
rerum

Amor
est pri
ma ra
dix pas
sionum
aliarum

ET VOLUNTATE LIB. XII.

rerum quae cunctis estimantur, vt conuenientes vitae
vel bono animalis.

CAPVT IX.

Gaudium, siue voluptatem esse aliarum passio
num finem;

Profundius autem considerantes, inuenimus gau
dium siue voluptatem omnium passionum aliarum
esse finem, quem appetitus finaliter quaerit, &
ad quem naturaliter omnes aliae passiones ordi
nantur; ita vt quemadmodum ex amore omnia pro
ficiscuntur sic ad gaudium & voluptatem omnia ordi
nentur. Ad hoc enim appetitus concupiscit & prosequi
tur quod contentis est; vt cum assequutum fuerit
gaudeat in illo; estque gaudium velut fructus, ad quem
appetitus concupiscendo & prosequendo tendit. Et si
cut omne odium, & omnis fuga ex amore profisciscit
tur, ita omne odium, omnisque fuga finaliter tandem
gaudium ordinatur. Ad hoc enim id quod animal
disconueniens est, odit & fugit appetitus; vt non per
aduentum disconuenientis animalis veniat tristitia,
sed malo depulso gaudium acquirat, vel in habito gau
dio conquiescat. Vnde sicut turbatio belli ordinatur
ad tranquillitatem pacis, sic odium & fuga ordinan
tur ad quietem gaudij. Et prouide admodum
Deus animalibus dedit non solum amare & prosequi
sed odire etiam & fugere. Nam si non aliud noscet ap
petitus quam amare, quam prosequi; non esset quo se contra
riis & disconuenientibus praeferuaret. Nam ad praefer
uationem huiusmodi a disconuenienti; requiritur odium
& fuga, quibus a disconuenienti appetitus, ipse
sum animal potest se elongare & abstrahere.

Ex praedictis patet, quod gaudium per se est secundum
naturam animalis; tristitia vero, contra natu
ram. Nam gaudium est per se finis ipsius appetitus;
quem finaliter quaerit. Vnde oportet tristitiam con
trariam esse contra naturam. Atque hinc est, quod
naturaliter omne animal quaerit delectationem, vo
luptatem, & gaudium; adhorret autem a tristitia &
dolore, conatur item modis omnibus se in gaudio
conservare, & in delectatione continere a tristitia

Gaudium
est secundum
naturam
animalis



DE APPETITV SENSITIV

autem & dolore diligētissime & h̄ ocissime potest; se conatur liberare. ¶ Hinc etiam est, quod tristitia (vt pote naturæ animalis cōtraria) consumit & corrumpit ipsum animal, atq; ad mortē dēducit. Vnde per Sapientem dicitur, Spiritus tristis exccat ossa. Et Iacob ad filios suos volētes secum Beniamin adducere in Ægyptum. Si quid ei aduersitatis (inquit) acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cū dolore ad inferos. Cōtra vero, gaudiū & læticia sanitatis, est effectiua, & vitæ conseruatiua.

CAPVT X.

¶ Quare Deus irascibilem addidit concupiscibili, & quod etiam timor & desperatio animali fuerint necessaria.

OMnes etiam passiones quæ sunt in irascibili, sicut ab amore radicaliter oriūtur, ita ad gaudium naturaliter pergūt, & ad ipsum vt suū finem ordinātur. Spes em̄ & audacia ad hoc ordinātur, vt tādē bono arduo nō obstāte arduitate, cōsequuto, vel malo arduo superato, appetitus per gaudium quiescat in bono acquisito. Imo desperatio & timor ad gaudium ordinātur. Desperando enim animal mouetur vt timeat ac fugiat, sicq; euadat tristitiam quæ imminet, & gaudiū habet malo per suam gam declinato.

¶ Vbi notādum, per quam appetit⁹ irascibilis datus est animali propter cōcupiscibilem, & est velut propugnator appetitus concupiscibilis. Sine appetitu namq; irascibili, concupiscibilis esset velut inermis, & absq; defensione. Neq; sufficiebat appetitus concupiscibilis ad bene esse animalis, nisi fuisset adiunctus etiam irascibilis. Frequenter enim contingit circa id quod animali est conueniens occurrere arduitate & difficultatem, per quam affectus cōcupiscibilis statim retraheretur, vel remoueretur, nisi esset adiunctus appetitus irascibilis, qui cōfirmaret cōcupiscibilem & velut animaret in suo amore & prosecutione, ne statim cōcupiscibilis occurrente arduitate se retrahat, atq; a prosecutione desistat. Quomodo enim armatus aliquis per viam ambulans cum inermi, facit ipsum inermem non desistere

Appetitus irascibilis, propugnator est concupiscibilis.

ET VOLVNTATE LIB. XII Fo. 316

desistere, ab itinere, etiam si videatur aliquid occurrere aduersi, qui alioqui solus & inermis existens statim ab itinere suo cessaret, vel desisteret: sic appetitus concupiscibilis statim a conuenientis prosecutione cessaret, arduitate occurrēte deterritus, nisi haberet irascibilem velut propugnatorem, qui illū teneret in prosecutione sui appetibilis. ¶ Ita ergo irascibilem appetitum Deus animali cū concupiscibili dedit, vt etiam occurrēte arduo a prosecutione non conuenientis non cessaret, neq; statim malo succumberet, sed contra ipsum sese erigere posset, & ad arduitatem superādā conari. Item, cum forte a disconuenienti malo teneretur, vt nō perpetuo sub illo permaneret, sed ad euadēdum malū sese possit erigere, & velut ad superandum animare. Ita enim per spem & audaciam animal non obstāte arduitate pergit prosequi quod amat, & vnde querit gaudiū. Per iram vero, etiam cū præsens fuerit malum, superare conatur & eumcere maliciam, atq; ex ea sese extricare. ¶ Per desperationem quoq; & timorem sibi consulit animal, cum ipsum malū arduum imminēt tantam videt, vt superare se non posse existimet. Conducit enim animali, ad euasione mali, desperatio & timor: cum tam arduū fuerit malum, vt existimet se non posse superare. Nam tūc per desperationem & timorem fugit animal, sicq; suæ saluti consulit. Si enim oblatum arduo quod animal ipsum superare non potest, adhuc pergat sperare & audere, periculum est vitæ ipsius, dum se opponere tentat, malo excedenti suas vires, & se fortius oppugnare: vnde cum deuictum fuerit, male habebit: Et frequētissime hoc modo animal in perditionem venit. Itaq; etiam desperatio & timor in animali vtiliter positus sunt ad salutem animalis, occurrente malo quod existimatur non posse superari: sicut ecōtrario spes & audacia ibi cōducunt adesse animalis, vbi existimatur malum posse superari. Atq; hoc pacto manifeste patet, quomodo (vt supra diximus) etiam desperatio & timor ad gaudium ordinantur, sicut ex amore proficiuntur. ¶ Amor autem ille primus,

et quod



DE APRETIV SENSITI.

ex quo oriuntur omnes istae passiones tam concupis-
cibilis q̄ irascibilis (v̄t iam ostēsum est) & gaudium
istud ad quod passiones omnes ordinatur vt ad finē
de eadem re sunt. Est enim primus amor appetitūs,
quo appetit & amat salutē ipsius animalis cuius est
appetitus. Et gaudiū vltimū ad quod ordinatur om-
nes passiones aliae, est similiter de salute & bono ipsi-
us animalis, ad quod ordinatur quaecumq; in ipso
sunt omnia. His autē de appetitu sensitiuo determina-
tis, rursus ad intellectuū appetitū cōsiderationem
(vnde digressus sum) reuertamur.

CAPVT XI.

Prædicta omnia etiam in intellectuuo, appetitu in-
ueniri.

HAs autem passiones omnes quas iam explica-
uimus, manifestū est sic in homine sicut & in
alijs irrationabilibus inueniri. Nam & homo
quæ secundum sensum percipit corpori conue-
nientia amat atq; prosequitur, & cū adeptus fuerit,
voluptate in eis afficitur, cū percipit discōueniētia
corpori, hæc odit, fugit, & de his tristatur, si ea adue-
nire sibi cōtingat, sperat itē, & audet, & occurrenti
difficultati se opponit, vt euincat, Desperat quoq; in-
terdum, & timet, cum arduitate & stimat suas vires
superare. Insuper & irascitur, cū præsens malū fuerit
quod putat per vindictā posse se superare. Et in his
omnibus (quantū ad corp⁹ attinet) manifeste homo
cum cæteris animalibus irrationabilibus conuenit,
ita in appetitu sensitiuo sicut in sensu. **V**erum quā-
tum ad appetitum intellectuū cōsiderandū est, q̄
licet nulla talis passio corporalis possit in eo inueni-
ri, ipse tamē dicitur amare, odire, prosequi, fugere, de-
lectari, tristari, sperare, desperare, audere, timere &
irasci. Et hæc omnia quæ iam prius appetitui sensiti-
uo diximus cōuenire, nō sunt omnino ab intellectu-
uo appetitu aliena. Quomodo em̄ in appetitu sensu-
tuo sunt amor corporalis, gaudiū corporale, odium
corporale, tristitia corporalis, ira corporalis, & ita i
cæteris sic in appetitu intellectuuo est amor spiritua-
lis, quo volūtas id quod secundū rationē bonū iudicatur,

ET VOLVNTATE LIB. XII Fo. 227

atur, amat: est desiderū spirituale, quo ad acquiren-
dum id quod secundum rationē bonum iudicatur, tē-
dit: & est gaudiū spirituale, quo in eo iam adepto ob-
lectatur.

Vt cū intellectus iudicat virtutē esse
bonam & rem vtilē homini, appetitus intellectuus
amore afficitur erga illā, & incipit eam prosequi, si
ue ad eam tēdere desiderio: atq; vbi adeptus fuerit,
in ea gaudet. Et cū intellectus æternā vitā (quæ De⁹
est) vt bonā & summe bonā cognoscit, volūtas amo-
re afficitur & desiderio tendit ad illā consequēdam.
Atq; vbi desiderū hoc suum adimpleri contigerit,
summo gaudebit gaudio. Est quoq; odiū spirituale,
eius quod secundum intellectum iudicatur discōue-
niens & malū, & fuga eiusdem, atq; vbi præsens ad-
esse contigerit, tristitia. **V**t cū intellectus iudicat via-
cia esse hominis nobilitati cōtraria, & naturā defor-
mantia, afficitur volūtas auersione & odio contra il-
la, fugitq; & abominatur ea: ac si quando in ea per
fragilitatem contigerit incidere, tristatur de talis ma-
li præsentia. De quali odio per Psalmistam dicitur: Pr. 138.
Nonne qui oderunt te domine oderam, & super ini-
micos tuos tabescebam; Perfectio odio oderam illos
inimici facti sunt mihi.

Item spes & audacia in appetitu intellectuuo
ingeniuntur. Cum enim intellectus virtutem vt ar-
duam & difficilem cōsiderat (Quippe virtus & ar-
ars, iuxta Aristotelis sententiam versantur circa dif-
ficile) voluntas nihilominus firma & stabilis, non
deterrita arduitate, eamq; putans posse euinci & su-
perari, pergit amare virtutē, pergit etiā desiderare
& ad eam tēdere, hic certe sperat & audet. Sin econ-
trario arduitate victus humanus appetitus resiliat
deiciaturq; ac fugiat a virtutis proposito (quæ ad mo-
dum pro dolor cernere est in maxima parte homi-
num) hic desperatio & timor est. **I**ra quoq;
in intellectuuo appetitū spiritualem experimur, cū il-
lud quod secundum intellectum malum & discōue-
niens iudicamus, ad esse contigerit: voluntas tamen
aduersus ipsū cōsurgit, & querit ipsū malū superare
atq; euincere. **V**t cū homo in peccatum se aduertit
cecidisse

Ariston
teles.



DE APPETITV SENSITI.

cecidisse, grauius irascitur aduersus illud, si nō sibi complacet in eo, neq; perseuerare eligit in eo, cōsurgitq; ad ipsum expellendum ac se ab illo emundandum. Ita cum quis in se vel in proximis videt contemptum Diuini honoris, ira spiritali aduersus illud hoc secundum intellectuū appetitum cōsurgit, ad superandum, & destruendū contemptum honoris Dei. Ac de huiusmodi ira intelligendum est, quod in Psalmis scribitur, & apud Euangelistā Ioanem adducitur de Christo Domino. Zelus domus tuæ comedit me. Et Paulus Apostolus gaudet, per suam epistolam se commouisse discipulos ad iram & indignationem, contra peccatum, ad penitentiam. Ita ergo manifestum est, omnia ista quæ in appetitu sensitiuo inesse supra diximus, etiam intellectuuo appetitui inexistere.

Psal. 68.
Ioan. 2.
2. Cor. 7

Est tamen hoc aduertendū, quod ista vt sunt in sensitiuo appetitu dicuntur passionēs non aut vt sunt in appetitu intellectuuo. Vnde & angelicę mētes amant salutem hominū, amant Deū, prosequuntur & desiderant electorum salutem, gaudent super peccatoribus penitentiam agentibus, & super iustis proficientibus, tristantur super conuersis, reuertentibus ad pristina vicia, aut iustis, suam iusticiam relinquētib; irascuntur aduersum eos qui scandalizant pusillos, qui Dei nomen blasphemant, sperant de peccatoris conuersione donec in mundo est, desperant de eorum reditu ad bonum qui in peccato mortali iam condemnationem acceperunt, & ita in alijs. Nequāq; tamen in angelis sunt ponendę passionēs, amoris, gaudij, odij, tristitię & huiusmodi. Atq; ita nec in homine secundum appetitum intellectuū secundum quem similis est angelis. Hęc enim omnia intellectuūs appetitus absq; passione in se habet, quæ sensitiuus habet cum passione, & affectiones tantum, non passionēs appellatur. Passio enim corporalem aliquā immutationem designat, & imperfectionem includit. Vnde plerūq; inualescentibus passionibus corporalibus istis, cernimus hominis corpus secundū eas disponi. Vt qui vehementer irascuntur

Luc. 15.

ET VOLVNTTE LIB. XII. Fo. 128

irascuntur, cernuntur oculos habere scintillantes, & faciem velut fumātem atq; ardētem, propter quod in scripturis nōnunquā ira per fumum faciei designatur. Veluti cū de Deo dicitur. Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit. Et alibi Domine Deus quousq; irasceris super orationē serui tui, vbi in Hæbræo habetur fumabis pro irasceris. Qui vehementer timent, pallidi fiunt; item qui desperat, vultu sunt deiecto. Vnde ad Cain desperantem ob nō acceptata munera, dominus. Quare (inquit) cecidit facies tua? Ita qui gaudent, multū rubescunt & grato colore perfunduntur in vultu; qui vero tristatur, vultum habent tetricum & toruum. At vt 70 affectiones istæ vt sunt in appetitu intellectuuo, nō sunt cum tali immutatione corporali, neq; per se eiusmodi passionē in corpore efficiunt, nisi simul & in appetitu sensitiuo passio existat affectioni voluntatis correspondens. Ita em̄ solet ex redundantiā affectionis quæ in appetitu intellectuuo est, etiam in sensitiuo passio correspondēs generari. Quęadmodum videlicet ad oculum cernimus, eos qui interno lætantur, gaudio, ex bonę consciencię testimonio, ex redundantia gaudij spiritalis gaudere etiam corporaliter, & serenitate ac placiditate quadam vultus illud internum gaudium demonstrare. Et cum quis secundum Deum irascitur, secundum voluntatem, simul etiam corporis ira accenditur, quæ velut ministret vltionem.

Psal. 17.
Psal. 79.
Gene. 4

CAPVT. XII.

Differentia inter passionēs appetitus sensitui, & affectiones appetitus intellectui.
Et etiam hæc differentia inter passionēs appetitus sensitui, & affectiones voluntatis, quod appetitus sensitiuus secundum eas mere patitur, quia naturaliter ab obiecto ei imprimuntur, ita vt non possit nō recipere, quęadmodum sensus mere passiuus potētia est. Vnde presentato per sensum obiecto conuenisti, & per estimatiuam vt tali iudicato, appetitus sensitiuus necessario & naturaliter afficitur & amat illud, & cum obiectum aliquid vt

f s cōueni.



DE APPETITV SENSITI.

conueniens & præsens per sensum præsentatur, naturaliter patitur appetit⁹ sensitiuus, & afficitur gaudio ex ratione talis obiecti, habetq; se mere passiue, quæ admodum sensus cum a sensibili oblato speciem recipit. Atq; hinc fit, vt brutum animal proposito cibo quem secundum æstimatiuam iudicat conuenientem naturaliter erga ipsum amore afficiatur, ipsumq; prosequatur, neq; potest non amare, aut non prosequi, nisi adsit impedimentum aliud de quod præualendo naturaliter operetur fugam vel odium, vt supra declarauimus. **C**Ac vero in appetitu intellectiui multo aliter se res habet. Est enim uoluntas, potentia multo nobilior, non utiq; mere naturaliter patiens ab obiecto, etiam sub ratione sua proposito, sed mouetur seipsam ad obiecti propositionem potius, q̄ ab obiecto moueatur. Nam si naturaliter ab obiecto moueretur, semper obiecto proposito deberet secundum rationem obiecti moueri, cum nullum esset ab extra impedimentum. Atqui experientia aliud manifestat, videlicet hominis uoluntatem nulla necessitate ab obiecto proposito moueri: sed propria libertate ipsam se mouere. Potest enim contingere, & contingit per singula momenta in plurimis, vt intellectus & ratio iudicet hoc esse bonum, aut conueniens, cum tamen ipsa uoluntas illud non prosequatur, neq; amet: item vt intellectus iudicet hoc esse malum, cum tamen uoluntas non odiat illud, nec fugiat. Vnde in continentibus manifeste hoc cernimus, iudicant enim secundum intellectum, malum esse adulterio coquinare uxorē alienam, malum esse in tali statu permanere. Attamen secundum uoluntatem non tristantur de tali malo præsentis, neq; odiunt, neq; fugiunt. Item omnes secundum intellectum iudicant, peccatum esse malum & deformans humanam naturam: attamen secundum uoluntatem non omnes odiunt peccatum, neq; fugiunt. **E**st ergo uoluntas potentia non mere passiuæ naturaliter patiens ab obiecto, ita vt non possit non pati ab eo quem admodum est appetitus sensitiuus, sed libera est, & actus sui in se ipsa libere effectiua, ad propositionem tamen obiecti. Intellectus enim & rationis est uoluntatis

Appetitus
intellectiui
differt a
sensitiuo

ET VOLUNTATE LIB. XII. Fo. 219

uoluntati obiectum proponere, utpote sub ratione boni aut mali; & uoluntas non trahitur ad obiecti prosecutionem, neq; ulla necessitate in ea fit affectio secundum rationem obiecti, sed libertate sua se mouet cum uoluerit, secundum affectionem tali obiecto conuenientem; ita vt etiam cum mouetur libere possit non moueri, Vt cum intellectus uirtutem ut bonam & conuenientem humane nobilitati proponit, uoluntas non trahitur naturaliter ad eius amorem & eius prosecutionem, sed libere se mouet. Nam obiecto eodem similiter oblato, & nullo existente alio impedimento, potest nunc moueri ad amorem uirtutis, alias non moueri, potest nunc prosequi, alias non prosequi.

CAPVT. XIII.

De libertate uoluntatis super affectiones proprias & passiones appetitus sensitiui.

EX prædictis uidetur manifesta libertas ipsius appetitus intellectiui, quo ad proprios actus, & affectiones. Vnde etiam fit, vt propriæ nominentur uoluntatis actus uel operationes, nequaquam autem passiones, tametsi ut in appetitu sensitiuo, passionibus uerius q̄ actus uel operationes appellentur; uidelicet quod in appetitu sensitiuo fiant ab obiecto potius q̄ efficiantur ab ipso appetitu, in intellectu uoluntas autem contrario non ab obiecto in ipsum imprimatur, sed ab ipsiusmet & libertate efficiatur. **N**on solum tamen hæc libertatem habet uoluntas super actus proprios, uerum etiam super passiones quæ sunt in appetitu sensitiuo magnam habet dominium, & magna libertatem. Quia enim appetitus sensitiuus, secundum naturam subiectus est uoluntati, ut inferior superiori, & quia uoluntas potentia libera est, hinc fit, ut non solum imperium & libertatem habeat supra proprios suos actus, uerum etiam super passiones appetitus sensitiui. Imo uero ex Dei ordinatione, hoc ipso quod uoluntatem liberam homini dedit, inferiorem appetitum non liberum uoluit huic superiori libero esse subiectum, uoluitq; huius passionis naturalis & non libera ab huius libertate regi & moderari. **V**nde

Voluntas
liber
tas.



DE APPETITV SENSITI.

Vnde ex ore domini ad Cain exardescens mala iracundia (propterea quod non æq; ipsius mala munerata igne cæli ablumpta esset vt bona sacrificia fratris) ita dictum legitur. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Quasi dicat. Tu quidē nunc subita exardescis iracundia, quasi grandi malo tibi illato, ex eo quod tibi frater prælatus est signo Diuino. At tamen scito, inordinatum hunc iracundię furorem qui in tuo sensitiuo appetitu exoritur, debere te cõprimere & moderari, per superiorem que in te est liberam voluntatē: ne propter hunc iræ furorem, impiū aliquid opere cõmittas, quod in proximo futurum est, si insurgentem appetitum primum nõ cõprimas. ¶ Si autē verum est quod ait dominus, sub homine esse ipsius appetitum, & ipsum dominari debere suo appetitui, manifeste consequitur supra hunc appetitum debere poni aliam aliquam potentiam superiorē cui subdatur, & cuius imperio atq; dominio subiciatur. Quod autē dominatur alteri, & sub se habet subiectū, vt possit reprimere moderari ac regere, libertatem habere debet qua id possit. Hęc autē potentia superior, voluntas est & appetitus intellectiuus. Patet ergo ex verbis illis Domini, appetitum sensitiuum, subiectum esse intellectiuo, item & voluntatem habere libertatē, & imperium non solum super actus proprios, sed etiam super passiones sensitiui appetitus. Quomodo enim sub ipso esset appetitus sensitiuus, & quomodo ipse huius dominaretur, si super suos tantum proprios actus diceretur habere libertatem? Quomodo enim regē dicemus imperare populo, si ipsū fateamur solū habere libertatē in proprijs rebus agendi quod voluerit, & nõ etiam in negocijs populi? ¶ Sed & si ea que antecedunt prædicta Domini verba diligentius considerauerimus, inueniemus, libertatē voluntatis causam esse ob quā illi subijcitur sensitiuus appetitus. Sic enim Dominus præmittit. Quare iratus es, & quare concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies. Sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit? Ac demum subiungit quod iam diximus.

Gen. 4

Gen. 4

ET VOLVNTATE LIB. XII

¶ Diximus. Sed sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Vbi dum proprię actionis libertatem præmittit, mox subiungens seruitutem & subiectionē appetitus, indicat appetitum homini subiectum esse ratione eius quod est in eo liberum, & a quo suam habet libertatem. Et hęc est sola potētia voluntatis. Per voluntatē enim homo habet libertatē. Est ergo voluntas in homine, quæ ex Diuina ordinatione habet & imperiū super appetitum sensitiuum.

¶ CAPVT. XIII.

¶ De dominio voluntatis supra appetitum sensitiuum Duplex dominium. **A**D cognoscendū autē quomodo voluntas dominatur super appetitum sensitiuum, notandum est (iuxta Aristotelis distinctionē) duplex esse dominium: alterū quod dominus dominatur in seruū ita vt nihil possit facere a seipso seruus, nisi quod dominus imperauerit, cuiusmodi dominum græca appellatione vocat *δεσποτινόν* despoticum, quod nos latine dicere possimus herile, id est quo herus dominatur seruo. Siquidē *δεσποτης* despotes, herus, vel dominus interpretatur. Alterū est dominium liberum, quo rex dominatur suis subditis liberis: qui licet subiecti sint suo domino, non sic tamen (quæadmodū priores) vt nõ possent nisi quæ ille iubet facere, sed ita vt pareant quidem illi in ijs quæ imperauerit, possint nihilominus etiam illo nõ requisito agere quæ sibi videntur commoda. ¶ Manifestū est autem, appetitum sensitiuū pro hoc statu potius posteriori hoc modo quā priori, esse voluntati subiectū. Non enim sic ei subijcitur, vt nihil possit nisi quod ille iusserit. Nā potest per se absque voluntatis imperio sensitiuus appetitus mouere ipsum hominem ad obiectū ad quod fuerit pertractus, etiam non requisita voluntate, neque accepto a voluntate imperio. Quamquā enim in homine appetitus sensitiuus subiectus est voluntati, nõ tamen ob hoc est ignobilior neque impotētior in homine quā sit in animali bruto, vbi alium non habet superiorem. Vnde sic ut in bruto, appetitus motus ab obiecto per se sufficiens est animal mouere ad obiectū a quo ipse prior motus

Duplex dominium.



DE APPETITV SENSITI.

uetur prosequendū vel fugiendū, ita potest & in hō mine moueri per semetipsum. Secundo autem modo subiectus est volūtatī & volūtas ei domina tur: quoniam videlicet vbi volūtas iusserit, potest ap petitū inferiorē compescere, eiusq; passiones mitiga re, vel cōprimere, vel prorsus supprimere; potestq; eum cohibere ne animal moueat ad obiectū a quo ipse mouetur. Ad eandē rem tertiō libro de ani ma adducit Aristoteles cōparationē sphæræ superio ris & inferioris, quarū superior mouet inferiorē suo raptu, eam secū circūgyrādo: inferior nihilominus proprio motu cōtramouetur. Sic enim volūtas (vī sphæra superior) suæ iussionis imperio sibi parere fa cit appetitū sensitīuū, & vī quadam cogit suū sequi imperiū. At tamen habet etiā sensitīuus appetit⁹ pō testatē, motu proprio mouendi quē nō accepit a pō tentia superiori. Quod si quis huius rei requirā rat experientiā, mirabor ego an ilapis sit absq; sensu qui id requisierit. Quis em̄ nō experit in sese per sin gulos dies, imo per singulas horas (ah quid horas dī co, poti⁹ per singula momēta dicere debuerā) mul tis se inordinatis passionib⁹ & motibus mirū in mō dū molestari, quæ absq; volūtatī imperio ex parte inferiori a sensitīuo appetitu exoriūtur? Quis nō stā tim visa re pulchra percipit intra se amorē rei illius & quandā prosequitiōnē antequam volūtas ad se quæ compescat sensualem passionem? Quis nō cir ca res sensibiles sentit frequentissime sese brutorum more statim affici, subitis passionibus in sensitīuo appetitu nascentibus, concupiscentiæ, prosequitio nis, desyderij, odij, fugæ, timoris, spei, audaciæ, itē, & similia ante omne volūtatī imperiū? Hanc et go non perfectā subiectionē sensitīui appetitus ad volūtatē, euidentissime sic in nobis probat expe rientia.

CAPVT. XV.

Quo sensitīuus appetitus voluntati contrariatur. **N**eq; vero hanc solam habet facultatē appēti tus sensitīuus, vt possit absq; voluntatis im perio moueri a suo obiecto, ac deinde ipsum animal

ET VOLVNTATE LIB XII.

animal etiam mouere: sed (quod magis dolendum atq; desendū est) secundū eam conditionem in qua nunc est, plærūq; etiam ad ea quæ volūtatī sunt cō traria, inclināt & mouet. Appetitus namq; intelles tīus secundū suā naturā ea amat ac prosequitur & de illis gaudet, quæ secundū intellectum atq; ratiōnē bona sunt: ea vera quæ ratio mala iudicat, o dit, ac fugit, & de illis tristatur. De huiusmodi etiā bonis sperat, mala cōtraria timer, & aduersum mala huiusmodi irascitur. Appetitus autē sensitīu⁹ amat & prosequitur ea quæ sensus bona iudicat, & de his gaudet: ea vero quæ sensus disconueniētia iudicat, odit ac fugit, & de his tristatur. Atqui non eadē sūt quæ sensus bona aestimat, & quæ ratio vel intel lectus: item quæ sensus mala, & quæ intellectus. Aestimatio namq; sensus illa iudicat bona, quæ car ni sunt grata, bona videlicet corporalia, & tempo ralia, delicias, diuicias, amplā supellectilem, pōpas magnificas, & gloriosos titulos, amplum famulitiū abundantiam ciborū, ferculorū, potuū, musicorū in strumētorum concentū, & cætera huiusmodi, quæ cūq; sensui carnis sunt grata, & quæ cūq; sensum oblectant: & hæc omnia inordinate & secundum excessum considerata sensus aestimationi bona vis dentur, & sic ea sensualis appetitus prosequitur. Ra tio vero siue intellectus vera bona iudicat illa, quæ incorruptibilia sunt atq; æterna, & ea quibus ad æ tērnitatem pertingitur: cuiusmodi sunt bona cæles stia, item virtutes, & virtutum opera, virtutum eti am occasiones, & quicquid nouit ad vera atq; æter na bona consequenda idoneum. Quæ autem sensus vt sibi grata & conuenientia iudicat, secundum eum vsum nempe superfluum & excessiuum, ne quaquam intellectus vt vere bona iudicat, sed potius vt mala & noxia ad ea bona consequenda, quæ ipse vere bona iudicat. Non enim hæc temporalia iudicat vtilia, nisi quatenus ad vera spiritualia & æterna bona conducunt, quod est secundum vsum moderatum & sufficientem. Propter quod, ap petitus sensitīuus contrarius est voluntati, non simp̄l̄



DE APPETITV SENSITI.

simpliciter in hoc quod ipse temporalia & corpora
lia appetat, voluntas autē supernaturalia & æterna
sed quia ille corporalia secundum excessum & inór
dinationem appetit, ista vera nõ nisi secundū debi
tam moderationem; nec ea quidem per se, sed vt as
liud conducentia.

Atq; hoc est quod sanctus
Apostolus ait, carnem concupiscere aduersus spiri
tū, & spiritum aduersus carnem, & adinuicem hæc
sibi aduersari, vt non quæcūq; velint homines fac
iant. Carnem namq; intelligit partem infimam ap
petitus sensitiui, & spiritū appellat superiorem par
tem in anima hominis, ratione volūtatis; significã
videlicet, appetitū sensitiuū & intellectuū adinuicē
pugnare, vt caro, scilicet carnis appetitū, concupiscat cōtra
ria appetitū intellectuū.

Rom. 7

Hinc & in alio loco mul
ta verborū replicatione conqueritur, non habitare
in carne sua bonum, sed malum sibi adiacere, ita vt
legem Dei facere volens, & secundū spiritū quæ
re bona sunt diligere, inueniat in carne sua aliam le
gem legi mentis repugnantem, legē captiuantem, in
lege peccati, & alia huiusmodi multa dicit, quæ nõ
nisi sensualitatis peruersitatem indicat volūtati re
pugnantis; quæ illi vsq; adeo est molesta repugnan
do, vt in vocem tandem exclamationis miserabili
do, vt in vocem tandem exclamationis miserabili
do, vt in vocem tandem exclamationis miserabili

Ibidem:

ter eiulans terminet quætioniam, dicens. Infelix
ego homo quis me liberabit de corpore mortis hu
ius.

¶ CAPVT. XVI.

¶ Vnde procedat rebellio appetitus sensitiui cōtra
voluntatem.

Sciendū tamen est, quod appetitus sensitiuus li
cet ex sua natura appetat bonū corporis vt cor
poris, non tamen ex sua natura habet sic appe
tere bona corporis extra modū & ordinem, eti
am contra rationis dictamen & supra q̄ ratio dicit
quomodo nunc manifestissime experimur in nobis
ipsis. Verū id ex corruptione prouenit humane na
turæ, quam sacra scripturæ authoritas, & sanctorū
patrū testimonia nobis astruūt, ex primi peccati in
obedientia euenisse. Nam (vt Sapiens attestatur) se
cerat Deus hominem rectum ab initio; & absq; vl
la cor

Eccle. 7

ET VOLVNTATE LIB. XII.

la cōtentione, princeps pacis, osor dissentitiõis, duos
hos appetitū in hoie sine vlla cōtrariedade cōiūxerat
sicq; appetitum inferiorem subiecerat superiori, vt
nihil posset contra eius imperium & contra regulę
ipsius directionem (id est contra dictamen rationis)
appetere, vt nõ posset amare aut prosequi cibū, vel
potū, vel aliud quodcūq; sensui gratū, contra vo
luntatis imperiū, neq; contra rectę rationis dicta
men. Nam ante primi peccati inobedientiam, nunq̄
appetitus sensitiuus appetisset cibū, nisi quantū &
quomodo & quando corpori fuisset bonum pro sua
sustentatione; & sicut voluntas voluisset appeti, ip
sacq; rationis regula dictasset appetendum; neq; vnq̄
fuisset imperiū voluntatis egressus appetitus infe
rior, neq; limites excessisset rationis. Mox enim vt
volūtas iussisset cessare inferiorem appetitum a sui
obiecti prosecutione, dicto statim fuisset obediē
nec progressus fuisset vterius. Atq; ita dulcissima
omnino fuit ab initio duorum horum appetituum
harmonia, & iucundissima concordia, inferiore in
nullo superioris prætergrediente imperiū, eratq; tū
ab homine in eo statu procul omne dissidiū. Et per
durabat quidem hæc suavissima pacis concordia,
donec Diuinæ voluntati paruit voluntas huma
na, & donec præcepti Diuini regulam volūtas ho
minis non fuit transgressa. ¶ At vero posteaq̄ suā
volūtatē homo per inobedientiam subdidit, imo
verius suffuratus est Diuinæ voluntati, eiq; cepit
per suam voluntatem velle contraria, Diuinę præ
cepti regulā transgredi (heū sortē nostrā miserandā)
iusto Dei iudicio, harmonia illa & pax suavissima
in homine dissoluta est, extunc sunt in homine con
fusa atq; perturbata omnia: ita vt obedientiam tam
negare inciperet appetitus inferior superiori (cui vs
q; tunc optime fuerat subiectus) mox vt hic superi
ori voluntati Diuinæ multo magis debitam denē
gasset obedientiam. Qui enim superiori suo iustę
negat subiectionis obedientiam, hunc nõ potest iu
stior vltio subsequi, q̄ vt sui quoq; subditi patiat
rebellionem. Et qui initum cū superiori domino se
g
duo

Vnde, p
fecta car
nis re
bellio.



DE APPETITV SENSITI.

us violat, dignus est cui nec alij fidem seruent. Ita ergo per primi peccati inobedientiam, dum se volūtas humana a Diuina seīūxit, atq; separauit, eligens & appetens quod illa nolebat, factum est, vt mox in carne inferior appetitus similem nobis ludum ludere inchoaret, inciperetq; statim appetere superiori appetitui contraria, vt ille iam amauerat quod Diuinæ omnium supremæ voluntati repugnabat. Atq; hoc malū in posteros omnes propagatum, ex vno homine, nemo nō sentit grauissime in se defæuire, nisi quem forte Deus speciali dignationis priuilegio ad pristinum illū innocentia dulcissimi statū reduxerit, per gratiæ suæ superabundantis præuentionem resitituens, quod per primi parentis inobediētiam semel perditū amplius natura nō potest resituere. Id quod iuxta consonā cātholicorū doctorum sententiam, de beatissima Dei genetrice virgine Maria est cōntendū: in qua non est verisimile fuisse vnq; inordinatū aliquem in appetitu sensituo motum, qui in vllō volūtatis repugnasset imperio, aut a rectæ rationis regula dissonasset. Nam de benedicto filio eius domino nostro Iesu Christo, hac in re (vbi de inordinatione loquimur) opus non est verba facere, quem vt verū Deū ordinatissimum omnīū ordinatorē, firmissime credimus nulla prorsus inordinatione posse, vel potuisse inquinari. Patet ergo, quomodo sensituius appetitus non secundum primariam suæ naturæ condicionem id habet, vt contra voluntatē concupiscat, sed secundū corruptionē illam quæ in humanam naturam ex primi peccati inobedientia, processit, & hanc contrarietatem quæ in homine cernitur non debere Deo creatori imputari. (Non est enim Deus disentionis, sed pacis, vt sanctus ait Apostolus) sed homini præuicatori, qui seipsum a Deo voluntarie separando, sui inferioris appetitus perdidit perfectum dominium. Hic autem appetitus inferior, secundum hanc corruptionem, appropriato vocabulo sensualitas solet nominari. Nam quoties sensualitatem nominamus, inordinationē ista

Virgo Maria a carnis rebellio ne imo munis.

x. Co. 14

ET VOLVNTATE LIB. XII.

istam in tali nominatione intelligimus, Nominatio autem appetitus sensitui, corruptionem nō includit, sed ipsam tantū potētiā inferiorē appetēdi.

CCAPVT. XVII.

Quanta miseria homini oriatur ex rebellione appetitus sensitui contra voluntatem.

EX hac autem humani generis corruptiōe ex illius pulcherrimæ harmoniæ miserabili dissolutione, multiplex in hominibus procedit incommodum. Inter quæ illud nō minimum est, quod homo ad omne bonū admodū est difficilis ac tardus & quod nō nisi cū difficultate multa operatur bonum: ad malū vero promptus est & facilis, ipsūq; sine multa difficultate operatur, quæ admodū in Genesi scribitur, sensū & cogitationē humani cordis propterea esse ad malū ab adolescentia sua, Ex eo enim quod sensualitas semper transire querit rationis limites (quæ est regula volūtatis) semper homo in se habere cognoscitur, quod virtuti studentibus relictetur. Nam virtus & bonū intra limites rectæ rationis consistit, quos sensualitas exire semper appetit, sicq; virtuti studentibus sua importunitate facit negotiū & nō modicā ingerit difficultatē, suis passionibus cōtinuo pulsans, & velut impetū faciēs in volūtate ad meliora conantē. Atq; hinc est, quod Aristoteles in libris Ethicorū asserit, virtutē (sicut & artem) versari circa difficile. Profecto enim difficile nō potest homini operari bonū, si nō hāc in se haberet corruptā sensualitatē, sic sepe ad mala sollicitatē & bono sepe repugnātē. Impossibile est autē nō fieri difficultatē in re quātūuis facili, vbi sit qui retrahat, & qui impediatur. Quæ admodū in se quidem est facilissimum in alium de terra hunc eleuare baculum, si tantum sit qui toto pondere calcet super eius extremitatem, at si sit qui mihi sursum trahere volenti quomodocunq; contranitur, difficultas mihi erit in eleuando; non quidem ex re ipsa, sed ex parte retrahētis atq; cōtranitētis. Atq; ita sane, virtus nō circa ipsum quod in se est difficile versatur, nec per se

Gene. 8

Arist. 2. lib. Ethicorum.



DE APPETITV SENSITI.

difficile est voluntati appetere & mouere ad bonū sed propter hanc sensualitatem, retrahētem semper a bono & ad malum sollicitantem, prouenit difficultas. Neq; aliud q̄ sensualitatem istā rebellem respicit Saluator, cum in Euāgelio viam vitæ facit angustam, & angustam portam dicit per quam intratur ad vitam. Videlicet significare volens, plerōsq; mortalium sensitiuū appetitum insequētes, per vias malas ad mortē pergere, paucissimos vero appetitui huic resistentes per vias bonas ad vitam proficisci.

Qua in re illud maxime descendendum est, quod non solum reluctari in nobis potest sensualitas voluntati, & in bono prosequēdo ei facere negociū, verū etiam penitus eam possit ad se allicere, imo sibi subijcere, & pertrahere quo ipsa voluerit sicut pertrahere solet ancillam conducticiam domina quo voluerit. Nam si tantū difficultatē posset inferre voluntati in operando bonū, foret id quidem tolerandū. Nunc vero tantam habet potestātē, vt etiam supra voluntatē possit fœdissime conscendere eamq; sibi seruiliter subijcere. Quod sane spectaculū tam fœdum est; tam sordidū, tam inamœnū tam Deo & sanctis angelis atq; spirituali animæ ab ominandum, vt verbis explicari nō queat: tolerabilisq; foret totam mundi machinam perturbari, sursum ac deorsum cōmixtis omnibus, infimis ad suprema, & supremis ad infima commutatis, q̄ ita inferiorē illum appetitum superiori tanto nobiliori dominari.

Narrat apud Esdras secundus ille nobilium adolescentum, qui de mulierum fortitudine diserebat, rem fœdissimam de muliere meretricula, concubina magnifici regis: quæ sedens ad Regis dexteram, auferebat diadema regni eius, imponensq; sibi, palmis Regem cedebat cū sinistra manu, cū ille sup hęc ōnia aperto ore intueret meretriculā & arrideret ridenti, indignanti vero blandiretur donec reconciliaretur in gratiam. Atq; hoc tam fœdum spectaculū referens ille adolescens, purpuratorum omnium præ narrationis nouitate, in se conuertit oculos, & principum animos commouit in

vehē

ET VOLVNTATE LIB. XII Fo. 234

vehemētē admirationē. At vero ipsi qui internos habent oculos, qui fœditatem internam valent conspiciere, multo fœdus, multo sordidius, longe magis execrabile videbitur, sensualitatē vilissimam & sordidam, de terra prodeuntem, & semper in luto volutari quærentem, dominari voluntati de cælo pro genitæ, ac de clarissimo Diuino stemmate prognatæ nobilissimæ vtiq; ac liberrimæ imperatrici, & regni diadema (quod huic donauit altissimus) ab ea auferre, sibiq; imponere. O vilissimam meretriculam, o scortum putridissimum, prauam sensualitatē, quæ tam multorū hominū volūtates tibi vilissime subijcis, quæ hominū voluntates facis quæ bona sunt relinquere, & tuis pessimis desiderijs acquirere.

CAPVT. XVIII.

Quod voluntas ob suam libertatem non possit cogi ab appetitu sensitiuo.

Of tamen sciendum est, quod nulla volūtas a sensualitate superatur mere violenter, sed tantum sua permissiōe & libertate. Propter quod, nequaquā volūtas excusatur a grauissimo scelere. Deumq; in infinitum offendit, cū se ita permittit a vilissimo scorto superari. Quamq; enim sensualitas rupto fœdere potest suis passionibus facere negocium & molestiam exhibere volūtati, rationis restæ regulam insequi cupienti, si tamen voluntas obistere voluerit, & nisi vltro conseruerit sollicitanti, nisi cedat insultanti sensualitati, impossibile erit ipsam ab hac superari: ita vt impossibile sit voluntatem subijci violenter a sensualitate, neq; possit vnquam ab ea expugnari, quantumuis oppugnetur, nisi ipsa se dedat in manus meretriculæ. Quapropter omni excusatione caret volūtas, quantumuis grauius impulsibus passionū sollicitata, si sceptrum & diadema regni a Deo optimo sibi datum permiserit a se tolli, & in manus meretriculæ sinerit deuenire. Non enim potest a volūtate tolli sceptrum, nisi ipsa dederit: & verius ipsa se subijcit sensualitati, q̄ a sensualitate subijciatur. Qui enim omnem oppugnantis apparatū & insultū sua virtute potest repel-

g 3. lere.

Nota

3. Esdr. 4



DE APPETITV SENSITI.

tere, hic si superari se ab hoste permittat, manifestū est quod seipsum dederit in manū victoris. Atq; ita cū in volūtas in homine possit sua libertate depellere omnes passio nū impulsus, quibus ab appetitu sensitivo potest impugnari, siue blandiēdo, siue quācumq; molestiam exhibēdo, manifestū est, nō posse ipsam manu violēta expugnari, sed a semetipsa spēte dedi in manus expugnantis, **¶** Atq; hinc astiti-

Nota diligenter mer homo, q̄ grauit̄ illa a iusto iudice rege regum & domino dominantū puniēda sit volūtas, quę ita pręter necessitatem, absq; omni periculo, commissū sibi regnum & imperiū, ad modicā oppugnationē vel molestiā, resignat & tradit alteri inferiori, cui Deus nequaquam regnū vult esse in homine, id est in sima & corrupta sensualitati quam ipse voluit omnimodis esse subiectā. **¶** Proinde oī diligētia quisq; debet sibi attēdere, ne ipsā innaturalē dominationē, ministrę sup̄ dominā, feruę sup̄ liberā, acilā sup̄ herā, mulierculę sup̄ virū, in semetipso admittat, Attendat volūtas nobilitatem suę originis, quā de excelso cęlo est, nō de terra progenita: & quā tumuis importunam se exhibuerit coniuēta eadē in carne meretricula, quantūlibet sibi faciat negociū, caueat tamen ne vnq; tam vilissimo scorto ipsa tam nobilis Dei propago se subiciat: maxime cum nulla sit illi necessitas, atq; hoc certissimo sciat, non posse se nisi volentem ab illa superari, imo vero suo conatu & suę libertatis virtute illam quantūcumq; repugnantem posse nihilominus quo voluerit pertrahere. Tāta enim est volūtat̄is humanę pro hoc etiā statu libertas, vt nō possit ab vllis passionib; appetitus sensitiv; pertrahi violēter ab eo quod ipsa eligit, ipsa vero possit sensualitatem violēter pertrahere quo voluerit, quantūlibet reclamet, quātūlibet recalcitret, ac reluctetur. **¶** Et licet volūtas hominis impedire nō possit quin a sensualitate oppugnetur, quin illa recalcitret, remurmuret, repugnet, quia prauę in illa passiones exurgant, a quibus magnam difficultatem ipsa patiatur & multam susineat perpetuamq; molestiam; potest tamen si diligēter ad

ET VOLVNTATE LIB. XII Fo. 235.

ter aduigilauerit & viriliter se gesserit, omnes illis passiones edomare atq; cōpescere, ita omnem difficultatem euincere, vt nō possit vnq; expugnari, neq; in subiectionem venire oppugnati, vt manifestū sit, quoties volūtatē deuinci conigerit nō ex impotētia esse, sed ex focordia atq; segnitie: quādoquidem viriliter decertando, omnem potuisset oppugnationem superare.

¶ CAPVT. XIX.

¶ Quatenus passiones sensitiv; appetitus in homine dentur vicio.

ET quoniam impedire nō potest nec prohibere volūtas pro statu huius miserię dissensionis, quin sensualitas suis motibus, & passionibus insurgat, vt autem nō dominetur & nō praualeat omnino potest sua vigilātia prohibere; hinc est quod ad culpam a iusto iudice imputatur volūtati, & districta ab ea requiritur vltio, si se ab illa permittat superari, & sub pedes cōculcari. Nō autem imputatur ei, quod passionū in sensualitate exorientū patiatur insultus, nisi quātum ipsa per negligētiā illas permittit exurgere & inualescere. Quę vero suę rebellionis impetu sensualis affectus volūtatē pręueniēdo agit, pro his culpa nō asseribitur volūtati. Nō enim exigitur ab ea quod supra facultatem ipsius est, & quod prohibere ipsa haudquāq; potest, quomodo ergo ei iuste imputabitur? **¶** Quapropter nō illi tātum laudādi sunt, neq; boni viri censendi, qui nullis passionibus molestiantur, in quib; nulla sensualitatis malę affectiones exurgunt (hoc em̄ vix paucissimis datur, & nō nisi singulari contingit Dei beneficio: & vix interdum post multos labores post luctum annorum multorum a Deo hoc obtinetur) sed ille laudandus est, qui mox vbi perleserit in se malas oriri passiones occurrit ex aduerso, per imperium voluntatis, vt eas anteq̄ crescant succidat, & anteq̄ inualescūt supprimat. Quemadmodum non ille solum agricola laudandus est, in cuius agro nullum crecit lolium, nulla vnquam exurgunt zizania; sed qui diligenter prospicit,

Caput
istud pariter & proxime subsequens diligenter expēdit.



DE APPETITV SENSITI.

ne ita exurgant zizania vt triticū supprimāt, quicq; mox vt enaci viderit diligenti sollicitudine euellit ac succidit, anteq; in altum exurgant. Neq; ille tātū equi fessor laudatur, cuius equus non reluctatur, nō calcitrat, nō in altum proijcit posteriora, non exerceat vllam petulantiam: sed qui petulantem atq; saltantem equum ita nouit freno gubernare, calcari- busq; comprimere, vt non ipse pessundet, & equū cogat eam quam ipse voluerit, viam, quantumuis reluctātem, incedere.

¶CAPVT. XX,

¶Per similitudinē petulantis equi ostēditur quomodo debeat appetitus sensitiuus subiugari voluntati.

Quam similitudinem equi petulantis & fessoris eius si diligētius considerauerimus, inueniemus, quomodo volūtas in domanda sensualitate sese habere debeat, vt non solum nō pessundet, verum etiam ad quacūq; voluerit eā cogat sibi subseruire. Videmus autē equorum fessoris ad equorum petulantium gubernationem, duplicibus vti adminiculis: videlicet frenorū gubernaculis, & stimulis calcarium: quibus equum quantumcūq; petulantem diligens fessor & equitandi gnarus sub se retinet, & quocūq; voluerit potest agitare. Ita ergo & sensitiuus appetitus frenis eget & calcariibus, quibus consiringatur vt sub obedientia debita permaneat. ¶Sunt autem freni isti habitus boni & bonæ assuefactiones: quibus illum volūtas quodāmodo induit, dum frequēter illius passiones frangēdo & secundū rationē moderādo, ita quandā assuefactionē bonā in eo generat, per quam facilius ipsū regat ac sub se teneat, habitus enim morales, id est bonæ assuefactiones per multū laborē passionib; malis resistēdo, easq; moderando in appetitū sensitiuū introducūt, hoc ei sunt, quod frena equis. Quæ admodum enim frena equis affixa & firmiter copulata, fessori dant quo se teneat, & quo equum subiectum moderetur: ita habitus illi atq; assuefactiones in appetitū sensitiuū ex multis actib; relicte, sunt aliquid ei inexistens, quo potest teneri & moderari.

¶Gene

Freno indiget appetit⁹ sens. t. u

¶Generatur autē huiusmodi habitus vel assuefactio nes in appetitu sensitiuo, ex cōtinuo exercitio. Cum enim frequēter volūtas suo imperio resistit passionibus sensualitatis, & eas cohibet intra limites rectæ rationis, facitq; nō rem aliter appetere neq; vltra appetere q̄ oportet, ex hoc relinquūt in ea habitus quidam & quædam assuefactiones & quāto ampli⁹ & frequentius id factū fuerit, tāto firmiores habitus & maiora frena iniiciuntur in appetitū. ¶Atq; hinc fit, vt rebellio ista appetitus sensitiui ad volūtatē in studiofis & diligētibus hominibus continuo mitigetur, fiatq; indies mitior ille bestialis appetit⁹, & facilius se gubernari permittat. Fit etiam, vt illis qui primū a vicijs ad virtutes se cōuertunt difficilissimum sit cōtinere appetitū, ne currat in pristina obiecta. Sūt enim hi fessoribus imperitis similes, equo indomito absq; frenis insidētibus. Vbi vero paulatim assueuerint, fit eis studiū virtutū multo facilius.

¶Calcarium autem stimuli quibus equi sūt subiecti afflictiones sunt & pœnalitates, quibus affectus sensitiuus afficitur a viris spiritualibus, quo facilius illum sibi subiectū reddāt, & minus rebellātem, facilliusq; dicto faciāt audiētē. Huiusmodi sunt, ieiunia, vigilia, lachrimæ, labores manū, nuditas, frigus, famēs, siti, egestas, vilitas, cōtemptus, & huiusmodi: quibus omnibus velut quibusdā stimulis calcarium pungitur affectus sensitiuus, afficiturq; dolore & affligitur, vt minus sit volūtatē bona molietī molest⁹ & facilius sequatur quocūq; illa duxerit. Atq; hæc ratio est, quare sancti viri quibus omnis cura est tota volūtate domino suo deferuire sedulo huiusmodi afflictionibus insistant: ieiunātes, vigilātes, laborantes manibus, verberibus seiplos afficiētēs, siti & algore seiplos torquētēs, atq; ita de alijs huiusmodi afflictionibus.

¶Hinc illa Pauli Apostoli vox est, Castigo corpus meum & in seruitutē redigo, ne forte cum alijs predicauero ipse reprob⁹ efficiar.

Calcaribus indiget sensitiuus appetitus.

1. Cor. 9. 2. Cor. 11

Et alibi, in infirmitatibus gloriatur, in ieiunijs, plagis, fame, siti, nuditate, frigore, & huiusmodi: asserēs quod virtus in infirmitate perficitur, & quod tunc

g s fortior



DE APPETITV SENSITI.

fortior sit cū infirmatur. Videlicet hæc omnia ad af-
fectus sensitiui edomationē ille referebat, nō audēs
super indomitum equū absq; calcaribus insidere. Et
quanto quisq; magis lasciuientē & magis rebellem
hunc subiectū equum perentit, tanto magis illū sti-
mulis huiusmodi pūgere debet atq; vrgere, nec ces-
sare, donec præ dolore subsiliētē & clamitatem co-
gat cessare a petulātia. ¶ Atq; ob hoc, in princī-
pio cōuersionis (cum maxime ferocite videtur appe-
titus cōtradictionem a volūtate præter cōsuetudinē
patiens) illis maxime exercitijs corporis afflictīuis
insistendum est, ijs qui facile volūt ac breuem repor-
tare victoriæ triumphū. Postea vero q̄ subijci cape-
rit, iam vt cūq; didicit, & pristinis stimulis humilia-
tus minus lasciuire, mitius quoq; tractari potest &
stimulis calcarū prædictorū minus vrgeri: sic tamē,
vt nō nimia remissione rursus redeat ad lasciuiam.
Nulla em̄ re melius q̄ afflictione cōtumax seruorū
genus in subiectionem redigitur, & in subiectione
retinetur; quemadmodum Agar ancillam præla scī-
ua dominam suam spernentem, prudens Sara dura
afflictione sibi subijcere curauit; quod consilium
adeo non est improbatum, vt fugientem eam etiam
angelus domini reduxerit, & consilium Saræ pro-
bat, dicens, Reuertere ad dominam tuam, & humilia-
re sub manu illius.

Gene, II

¶ Quomodo vero habitibus moralibus appetitus
frenetur, & an in ipso tales sint habitus, & quot sint
& qui, aliq; huiusmodi particularia, ad præsentem
tractatum non pertinent. Ad moralem namq; doctri-
nam, atq; ad Theologorum determinationem, spe-
ctant. Nobis sufficiat duos istos appetitus secundum
naturalem cōsiderationem distinxisse, & quemada-
modum se adinuicem habeāt indicasse. Nunc vero
ad cōsiderandam ipsam in se volūtate pergamus
& quæ per illam homini proueniant eximīa cō-
templemur.

CAPVT XXI.

De libertate voluntatis in omnibus
operationibus.


A voluntate

ET VOLVNTTE LIB. XII. Fo. 217

Voluntate habet homo hoc sibi peculiare,
vt solus omnī suorum actuum sit dominus.
¶ hoc est, vt quæcūq; homo operatur, libere
operetur, possitq; pro sua libertate quod operatur,
non operari. Subiecit enim Deus voluntati omnes
alias vires quæ sunt siue in corpore siue in anima,
ita vt ad voluntatis imperiū omnes possint moue-
ri, possitq; eis volūtas imperare sui actus exequutio-
nem, & ipsa ei obediēt. ¶ Loquimur autem non
simpliciter de omnibus operationibus, neq; de om-
nibus viribus quæ sunt in homine, sed de virib; ani-
malibus, & de operationibus animalibus, quæ vi-
delicet homini secūdum quod est animal cōueniūt.
Nam potentia vegetatiua nō subijciūtur imperio
voluntatis. Nō enim ad imperium voluntatis nutri-
tur homo, vel augetur. Alioqui nō verum esset qd
ait Saluator, nō posse nos ad siaturam nostram adij-
cere cubitum vnū. Si enim augmentatiua potentia
esset subiecta hominis volūtati, indubie plurimī sta-
tura pusilli (qui ob hoc cōtemnuntur ab hominib;)
etiam vltra cubitum sibi adijcerent. ¶ Ille autem
vires omnes quæ homini conueniūt vt animal est,
subiacēt volūtatis imperio: nō ita vt absq; volūtatis
imperio nō possint moueri, sed quia ad imperiū vo-
luntatis sic nata sunt moueri. Vires enim naturali-
ter ab obiecto mouetur, cum fuerit præsentatū: sed
voluntas ipsi potest imperare, vt ad hoc vel illud vi-
dendū se cōuertat, & potest auribus præcipere vt ad
sonum illū attendāt, q̄q; oblatū sonū absq; omni volū-
tatis imperio possint audire. Ita potentia motiua im-
perat volūtas, vt corpus moueat huc aut illuc, quo
scilicet voluerit. Sed & intellectus a volūtate mo-
neri natus est. Potest enim imperare intellectui, vt
ad hoc aut illud intelligibile cōtemplādum se cōuer-
tat. Et omnes hæc potentia secūdū quod voluntati
sunt subiecte, aliquo modo per participationē libere
dicuntur, eo quod a voluntate libere moueātur. So-
la tamen volūtas per se ipsam libera est, & verā ha-
bet libertatē. Omnes enim aliæ tametsi a voluntate
libere possint moueri; proposito nihilomin; obiecto
naturaliter

Volūtas
tunc
vires
subijci
tur.

Luc. 12,



DE APPELITV SENSITI.

naturaliter ab illo mouetur, quemadmodum de sensiti-
 uis potētis supra declarauimus, & de appetitu sensiti-
 uo. **V**olūtas uero omnino libera est, quia
 proposito sibi bono & appetibili, nulla cogitur nec
 cessitate illud amare, sed potest libere nō amare, &
 non prosequi: & proposito malo, libere potest non
 odire & nō fugere. Neq; possibile est, ut quis volun-
 tatem cogat ad aliquid amādū, vel prosequēdū, odiē-
 dum vel fugiēdū, ad gaudēdū de aliquo aut tristan-
 dum: atq; ita in ceteris actibus volūtatis. Neq; solū
 in proprijs actibus ipsius volūtatis id verū est, sed
 in omnibus actibus potētiarū sibi subiectarū. Nemo
 enim potest cogere volūtate, ut imperet alicui infe-
 riorū viriū exercitiū actus sui: videlicet ut imperet
 potentiaē motiuaē vllū motū, ut vllū membrū mo-
 ueat, aut ut per vllā potentiaē animalē quicq; fieri iu-
 beat. **S**ed neq; ipsa corpora caelestia, neq; omnes
 quae sunt in superioribus cōstellationes, ad aliquid
 possunt voluntate liberrimā cōpellere, quam tūuis
 sint cōstellationū vehemētes operationes, quālibet
 efficax sit virtus astrorū. Quamquā nō est negādū,
 astrorū & cōstellationū influxus posse agere in cor-
 pus sicq; appetitū sensitiuū, ut corpori immersum
 posse immutari ab effectu astrorū impresso in corp⁹
 & inclinari ad aliquid appetendū vel fugiēdū secun-
 dum qualitatem impressi effectus. Verū vltra appe-
 titum sensitiuū nō potest protēdi virtus astrorū. Nō
 enim possunt nisi in corpora vel corporalia suos ef-
 fectus producere. Volūtas ergo neq; corpus neq; cor-
 porale aliquid existēs, sed potētia superior, nec im-
 mersa corpori, nullius est effectus ab astrorū virtute
 susceptiua. **E**t licet fere cōtingat (propter insi-
 pientiaē) bonā partē hominū astrorū inclinationem
 etiam secūdū volūtatem sequi: id tamē argumentū
 nullum est, quod astrorū influxus cogat voluntate,
 aut quod astrorū virtus per se immutet & inclinet
 voluntate: sed inde hoc procedit, quia maxima pars
 hominū, per dānandū socordiaē permittūt volūtate
 a sensualitate superari: & quia paucissimi sunt, qui
 non secūdū carnē viuunt, & carnis cōcupiscentiam
 spiritu

Corpora caelestia nō possunt voluntate cogere.

ET VOLVNTATE LIB XII.

Spiritu contēpto insequuntur, Propter quod recte sapiens ille dixit Ecclesiastes, stultorū esse infinitū numerum. At uero sapiens si quis inuenitur e milibus vnus hic per volūtatis libertate, omnē superabit a-
 strorum operationē, omnia se sensualis appetitus blandimenta pro nihilo pendet, atq; ex alto despiciet.
 Vnde illa Ptolomei vulgo iactata sentētia syllabarum quidem numero modica, sed veritatis pondere grauissima.

Sapiens dominabitur astris.

Qui enim astris nō dominatur, profecto stultus est & insipiens, ut pote qui absq; necessitate in perditio-
 nem abduci sese permiserit. **N**emo ergo cum tentatur dicat, quoniam a deo tētatur, aut ab astrorū influxibus (quae sunt creaturā Dei) ad malū vrgeatur, nō creaturā Dei bonā, & bonā valde incuset, sed suam potius stulticiā & insipientiaē cōdemnet. Vnū quisq; em̄ (ut ait Iacobus Apostolus) tētatur a propria cōcupiscentia abstractus & illectus: cuius meretricijs blandimētis dū voluntate cōsentit, ipse se propria culpa filiiū mortis & gehēnnā cōstituit, ac propria sponte damnabilem facit.

Iacob. I.

Ibidem.

CAPVT XXII.

Quod ratione volūtatis homo mereatur vel demereatur.

EX hac autem libertate quā iam osēdimus inesse hominis volūtati, cōsequitur hominem ratione volūtatis posse mereri vel demereri, dignumq; fieri prāmio bono siue malo, iuxta quod per voluntate bona vel mala facere elegerit. Ceterorum vero animalū nullū mereri potest aut demereri, aut retributione bona vel mala dignū fieri. Meritum em̄ & demeritū, prāmiū & punitio illic locum habent, vbi est actuū liberū dominiū, vbi quod fit, libere fit, ita ut possit qui facit hoc ipsum si velit nō facere: itē vbi quod nō fit siue omittitur, libere nō fit libereq; omittitur ut potuisset si voluisset nō omittere. Vbi vero libertas non est, ita ut nō possit agēs non agere quod agit, vel ut non possit agere qd non

Meritū, & demeritū prāsupponūt libertatem.

agi,



DE APPETITV SENSITI.

sensuum peccat ex libertate voluntatis, cuius ibi fit participatio. Consequitur insuper (quod supra diximus) primos illos passionū motus qui ab appetitu sensitivo exurgūt in homine praeueniēdo volūtatī imperiū, nō imputari homini ad demeritū, si nulla sit acceptatio volūtatī, si volūtas mox vt fenferit sese opponēs incipiat eisdē cōpescere. Hoc tamē sciendū est, quāto magis diu tales motus sustinet postquā aduertit & repellere potuit, tāto magis ipsi imputari ad demeritū: quoniā cōtinuo magis ac magis de libertate participat, quāto magis volūtas in eis cōquiescit. Et vniuersaliter ita in omnibus iudicandū est, quāto vnusquisq; actus, vel vnaquaq; commissio magis est volūtarīa & quāto magis de volūtatī libertate participat, tāto maioris esse meriti vel demeriti. Circa quod etiā notandū est, posse in aliquo actu esse participationem volūtarīe libertatis, etiam tūc cū volūtas omnino nihil operatur & prorsus est ligata: videlicet cū aliquid prius volūtarie homo eligit, & libere operatur vel admittit, ad quod alterū illud per se cōsequi est natū. Vt qui per tēpus vigiliē illicita varia cogitat, neq; ante q̄ somno se dat agit penitentiā suę vanitatis, huic si per noctē de preteritis vanæ occurrāt imagines, inordinationes huiusmodi & illusiones nocturnæ nō prorsus culpa vacant. Voluntariæ nāq; libertatis aliquid habēt, quatenus vigilās illa admisit in sese, vnde in somno plerūq; solēt cōsequi. Sic qui se voluntarie inebriat, si postea ebrietate obrutus delinquat, vel cōmittēdo quæ cōmittere nō debet, vel omittēdo quæ facere debuit, hūc certe a peccato nō excusat ebrietas. Atq; hac in re quantū ad ea quæ in somno sūt multū cōfert illa somniorū naturalīū ab animalib; distinctio quam in libro præcedēti posuimus. Naturalia enim omnia absq; volūtatī participatione sunt, eo quod causam habeāt naturalē. Animalia vero aliquid de voluntaria libertate participāt. Quid autē sit volūtarium, & quot modis dicatur, & alia plura quæ de voluntario subtilius solēt differi, ad mortalē doctrinā nā pertinet. Nobis sufficit generaliter hominis istā prerogatiuam

Nota,

ET VOLVNTATE LIB. XII. Fo. 240
prerogatiuā in merendo vel demerēdo descripsisse
CAPVT XXIII.

Homini quomodo ratione volūtatī præcepta sunt & promissiones.

Habet quoq; a voluntate homo, vt solus ipse inter cætera omnia naturalia creata possit accipere præcepta & prohibitiones, promissiones item & cōminationes. Hæc enim illic locū habēt, vbi est actiōnū libertas. Frustra namq; præceptū fieret illi a quo nō posset fieri quod præcipitur vel a quo nō posset nō fieri: vtpote illi quod naturaliter quippiā facit vt nō possit in oppositū. Quæ admodū vane præciperet, qui igni præciperet calēscere, aut materiam appositam inflāmare. Neq; illic est præmia proponere, vbi nō est libertas ad faciendum vel omittendum. Ad hoc enim præmia proponuntur (siue bona promittēdo, siue mala cōminādo) vt ad ea quæ bona sūt agēda extimulētur, vel ab his quæ mala sunt amoueantur, illi qui libertatē habent siue bonū siue malū faciēdi aut omittēdi, pro sua libertate. Est autē promissio & cōminatio de re nō præsentē sensibus, sed quæ tanquā futura proponitur. Sūt enim promissiones de futuris, item & cōminationes. Vnde cū solus homo propositione futurorū moueatur, cætera vero omnia tantum ad præsentiam obiecti sensibilis per sensitiuū appetitum mouetur naturaliter, hinc fit vt nō possint nisi homini promissiones fieri & cōminationes. Et licet aliquādo appellemus ostentationem ipsius appetibilis promissionem, & ostentationem rei terribilis, nōnunq; vocemus cōminationem (velut cum cani baculū ostendimus, eundem vibrates tanquam indicantes accepturum illum verbera si ad carnem hanc accedat) id tamen manifestum est potius allicere vel abstertere esse, q̄ promittere vel comminari. Quod etiam in scripturis legitur, Deus præceptum posuit se irrationabilibus creaturis, quemadmodum de celestibus corporibus non solum irrationabilibus, sed etiā inanimatis dicitur Psalmo, 148. quod illis Deus posuerit præceptū quod nunq; præteribit, hoc certum

Præcepta rationabilibus dantur.

Psa. 148



DE APPETITV SENSITI.

certū est dici methaphorice, videlicet ad significan-
dū Diuinā institutionē, qua illis motū suum ab ini-
cio instituit & definiuit, quem ipsa inuiolabili lege
obseruant. Proprie ergo solis hominibus præcepta
& prohibitiones, promissiones, & cōminationes cō-
stituantur. Maxime autem illæ promissiones secun-
dum dignitatem hominis sunt quibus bona æter-
na promittuntur.

CCAPVT. XXV,

¶ Quod homo ratione voluntatis capax sit infini-
ti boni.

Volun-
tas nul-
lo crea-
to satia-
bilis.

Habet insuper homo a voluntate, vt solus sit
capax infiniti boni, nulloq; possit bono crea-
to repleri, nullo possit temporali bono satiari
Est enim ipsa capacitatis infinita, & duratio
nis æternæ: cum sit potentia nō immersa materiæ,
& a corpore separabilis, atq; in æternum permāsu-
ra. Omnia autem alia creata præter Deum solū, fi-
nita bona sunt. Solus Deus eli bonū infinitū & ins-
cōprehensibile. Ac proinde nō potest hominis vo-
luntas vlllo bono creato quātumlibet præcellētū sa-
tiari, nisi solo Deo. Nam finiti ad infinitū nulla est
proportio. Vnde sicut si vas aliquod imaginaremur
infinitæ capacitatis corporalis, nullo posset creato
liquore impleri, etiā si omnia flumina in illud infū-
derentur, omnesq; aquarū fontes, & putei: ita sane
voluntas hominis infinitæ capacitatis existens, nul-
lis potest, bonis creatis, etiā si vniuersa simul influāt
satiari. Quātumcunq; enim boni finiti in voluntas
tē immiseris, nihil aliud agis, q̄ si in immēsum vas, a
quæ guttulam infuderis. Verū infinitū aliquod flu-
men infinitū vas posset replere, minus autē infinito
nō possit replere infinitum. Infinita enim capacitas
requirit infinitum replens, si debeat repleri. Vnde
impossibile est volūtatem vlllo creato satiari.

Appeti-
tu⁹ sensi-
tiu⁹ faci-
le imple-
tur.

¶ Appetitus autē sensitiuus nō est capacitatis infini-
tæ, sed admodū modicæ: propter quod facile imple-
tur, & impletus cessat cōcupiscere, donec rursum il-
le imple-
to quo plen⁹ fuerit, euacuetur. Atq; hinc manifesta
est differētia inter animalia bruta & homines bruta
lite

ET VOLVNTATE LIB. XII Fo. 241

liter siue bestialiter viuētes. Animalia enim bruta
quoniā nō nisi appetitū sensitiuū habēt, cito satiatur
& replētur, modico cibo vel potu Homines autem
eiusmodi, vere nō hoīes, equis & mulis minus ratio
nabiles, qui volūtate habēt sēsualitati subseruiētē,
& similiter vt appetitus sēsitiuus inordinate absq;
regula rationis sensibilia appetentē, nunq̄ possūt tē-
poralibus rebus satiari, quantū ad affectū, vt gulosi
cibos, atq; pot⁹ absq; termino cōcupiscūt, nec ingur-
gitare desistunt, donec vsq; ad guttur ab imo pleni
prohibeantur vltierus ingurgitare, nō defectu desy-
derij, sed defectu corporis quod omnino nequit am-
plius recipere, propter nimīā impletionē. Ea vero sē-
sibilia bona quæ nō intra nos suscipimus (vt sūt pe-
cuniæ & possessiones, & huiusmodi) absq; vlllo ter-
mino & fine semper appetuntur. ¶ Videlicet hoc
ipso cognoscere potest & debet homo, per illud quo
supereminet cæteris animantibus se esse capacitatis
infinitæ, & nullo finito bono satiabilem. Propter
quod vane laborat, ac frustra seipsū diuexat homo
dum temporalibus, ac finitis huiusmodi bonis quæ
in hoc mūdo sunt, suum cupit infinitum desyderiū
adimplere: nō minus q̄ si vas infinitū (vt diximus)
modico aquæ cyatho quis labore implere. Illud au-
tem bonum requirere debeat, & toto conatu inue-
stigare, quod solum est suo infinito appetitui pro-
portionatum, quod solū potest hominis desyderiū
penitus implere & satiare perfectissime. Bonum au-
tem hoc vnicū est, nō temporale, sed æternū, nō cre-
atū, sed creator Domin⁹ De⁹ super omnia benedict⁹
qui ad hoc nos sic creauit capacitare infinitos, vt ip-
sum qui solus in infinitū potest adimplere, requi-
remus, & ad eum omne nostrū dirigeremus desyde-
rium. Cum enim nihil ipse frustra fecerit, qui est sa-
pientissimus omnīū conditor, nunquā vtiq; homi-
nis volūtate infinitæ fecisset esse capacitatis, nisi alia
quo modo voluisset bono infinito eam adimplere,
Vnde cum solus ipse tale bonum infinitum sit, con-
stat ad hoc illū fecisse nos capacitatis infinite, vt ab
eo plenissime implemur. ¶ Hanc philosophiam
h 2 non

Christia-
ne les-
tor at-
tende.



DE APPETITV SENSITI.

Pfal. 16.

Pfal. 71.

Pfal. 26.

Luc. 12. & 18.

non ignorabat ille qui de post fetates assumptus fuit ad regnū, cū diceret. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Sic & in alio loco exclamans. Quid enim mihi (inquit) est in cælo, & a te quid volui super terram? Quasi dicat, Omnino nihil est, quod meā infinitam capacitātē valeat implere. Et subiūgēs quid sit quo credat posse se adimpleri, ita prosequit. Defecit cor meū, & caro mea. Deus cordis mei, pars mea, Deus meus in æternū, Et rursus alio loco. Credo videre bona domini i terra viuētū. Manifeste videlicet significans, nō hic in terra exiliū & morientū esse vlla bona quibus possit satiari. Sic enim loquitur quasi nulla hic bona viderit, Hinc & Saluator in Euāgēo, toties monet thesaurizare nō thesauros in terra sed thesauros in celo indeficientes.

CAPVT XXVI.

Quomodo, Per volūtatem Deum amare, Deoq; vniri potest homo.

Habet insuper homo ex volūtate, vt inter omnes creaturas solus possit Deū diligere. eiq; per volūtate adhærere perpetua adhæsiōne Nam animalia bruta per sensitiū appetitū nō possunt nisi quæ sensibilia bona sunt & quæ sensus iudicat cōueniētia diligere. Deus autē nullo sensu sentiri potest, homo vero sicut per intellectū sensui supereminētē, potest Deū cognoscere, ita per volūtatem Deū potest amare. Amor vero facit re amantē adhærere rei amatæ. Hæc enim est natura amoris, vt vni at amantē cū re amata: faciatq; vnū ex duobus. Est enim vinculū & quasi viscus siue glutinū, quo conuiscatur, cōiūctur, & cōglutinatur ad inuicē amās & amatū: ita vt etiā vulgo qui te multū amat vnā animā in diuersis corporib; dicatur habere, Et sicut Paulus de meretricio amore ait quod duos cōiūgat in vnū corpus (Qui adhæret inquit, meretrici, vnū corpus efficitur) ita de amore spirituali volūtatis dicendū est, quod vnū spiritū efficiat. Vnde & subsequenter de amore Diuino loquēs adiecit, Qui autē adhæret domino, vnus spiritus est. Hæc enim adhæ-

1. Cor. 6.

sio de

ET VOLVNTTE LIB. XII.

fio de qua loquitur, non nisi per amorē est. Potest ergo homo per voluntatem Deum infinitum amare, & sic cū illo vnū fieri. Per voluntate quoq; potest homo donec abest a Deo ipsum prosequi & desiderare, infinito & infatigabili desiderio, & in eo iā habito, potest gaudere: & quāto perfectius habuerit, tanto perfectius gaudere: & cū perfectissime ipsū habuerit, in futura scilicet patria, tūc perfectissime gauere debet eritq; vniō perfectissima, supra quā humani ingenij valeat caligo nūc apprehēdere. Ecce quāta sunt, q̄ admirāda, q̄ eximia, q̄ præcellētia, quæ humana soboles vere celo demissa ab alto, præ cæteris omnibus creaturis possidet, quibus creatis omnibus præstat & præfertur in immēsum. Vide o homo & attende, q̄ nobile te nobilissimus creauit cōditor tu? Ecce qui cūctas res naturales creauit finitas, te solū infinitū creauit: & talē te creauit vt ab ipso posses inhabitari, & ab ipso infinite bono, infinite beatificari. Sed nos iā ab infimis rerū naturalū elemētis atq; principijs ad id quod in creaturarū ordine dignissimū, est atq; omnū supremū, Dei adiutoris (qui nostrū sic direxit calamū? subuecti, quo iā auolabimus lōgius? quo proficiscemur vlteri? Per materiā & formam rerum naturalium, per earum causas, per motus & accidentia cætera, per generationes & corruptiones iam peruolauim; supernas impressiones sub nobis reliquimus, viuentium naturam & sententiū dignitatem (tam quo ad externos sensus, quam quo ad internos) proposuimus ante oculos omnium. Insuper & hominis intima introgressi, nobilissimas illas vires (intellectum & voluntatem) quantum deest altissimus, vt cūq; lallantes puerorum more & balborum instar magna fari gestientium, expressim; Quo vero super hæc conscēdamus altius, in ordine rerum naturalium nequāq; poterimus inuenire. Ipse igitur qui nostræ fuit considerationis iniciū, qui ad sui gloriā nostrum hæctenus calamū direxit atq; prouexit, nunc quoq; nostri laboris finem accipiat: & cuius gloriā in cunctis præcedentibus spectauimus, tandem in operi cōclūsiōne cantū

Conclusio libri

h 3. cum



PSALMVS.

cum laudis idem ipse accipiat: qui in trinitate & vni-
tate viuit ac regnat in aeterna saecula benedictus.

A M E N.

¶ Init conyderationis Physicae liber
Duodecimus,

¶ PSALMVS ILLI, QVI SOLEVS IM-
plere potens est humanum desyderium.

QUo admodum desyderat fatigata cerua ad
fontes aquarum, vt refocilletur in eis: ita
desyderant ad te Deus anima nostra, aere
facta pra inopia, & fatigata carnis molestia:
Apud te namq solum est fons vitae, & torrentes vo-
luptatis apud te sunt: vena tu es aquarum viuientiu
quibus solis satiari possunt & inebriari rationales a-
nima nostra.

Quaecunq in hoc creato mundo sensibus subiecta
percipimus, nequaquam implere possunt vel secundum
partem minima desyde: a nostra, etiam si agglomera-
rentur quaecunq orbis iste continet superna & infi-
ma, non valebunt nec vnus hominis implere desy-
derium.

Talem enim tu Deus pijsime creasti rationale crea-
turam tuam: ita magne Deus & mirabilis, magnu &
mirabilem creasti hominem.

Vt tui capax esset, nec villo posset satiari bono nisi
te, vt solo vnocq te possit impleri, suaq capacitatis
te ipsum accipere plenitudinem.

Irrationalium caeterorum animantium appetitus,
tebus impletur per modicis: pro nihilo est eorum sa-
tiare desyderia.

Lupus fame insaniens oue vna satiatur aut altera:
leo rugiens praedam adeptus modicam cessat a vena-
tione sua.

At vero hominis voluntate nimia donasti amplitu-
dine: latitudo capacitatis eius, atq profunditas non
habent terminum.

Quantu cunq fuerit iniectu creati boni non implebi-
tur immensitas eius: nihilo amplius q si in olla mensu-
ra infinitam iniiciatur paruula aqua guttula.

Infinitatem

PSALMVS.

Infinitatem tamen ista non ad afflictione cotulisti ho-
mini, vt semper egenus torqueretur atq famelicus:
multo magis, vt vere beatitudinis & supernae felici-
tatis solus ipse capax foret, talem creasti eum.

Ita magne Deus nos voluisti capaces facere ampli-
tudinis tuae: tale enim tibi coplacuit creatura conde-
re, in qua posses inhabitare ipse secundu plenitudinem
gloriae atq felicitatis tuae.

Quomodo autem te caperemus infinitu, immensum &
immenfurabile, nisi & nos tu creasses capacitate in-
finitos? nequit enim, ratione monstrante, infinitu a fi-
nito concludi.

Magnu mare magnu requirit alueu: nec posset ma-
re in finitum finito contineri alueo.

Nequaquam ergo ad malu nobis est infinita capacitas
ista: quoniam quidem ad infiniti boni possessione feli-
cissime nobis proficit.

O q dulcis est domine spiritus tuus: & q bene illis erit
qui dignas nuc tibi faciunt suas animas, vt ad ea tan-
dem aliquando pertingant beatitudinem.

Bonum est homini cu portauerit iug tuu domine
ab adolescentia sua: qui in vijs mandatoru tuoru am-
bulans perfectam custodierit anima suam.

Et q magna multitudo dulcedinis tuae domine, qua
preparasti filijs hominu: qua non vidit oculus, non
audiuit auris, lingua non gustauit, imo neq cor homi-
nis valuit comprehendere.

Ibi conglutinabitur spiritus domini cum spiritibus
seruorum tuoru: indissolubili glutino charitatis per-
petuae erunt conglutinati absq dissolutione, in eter-
nitate perpetua.

Eia domine, quando veniet dies illa vt impleatur no-
bis beata vnio ista: vt tu nobiscu, nos tecum, tu in
obis & nos in te simus vnum suauiter.

Ibi erit absq defectu satietas plena, ibi erit absq siti,
perfecta & dulcis ebrietas: cu seles nobis manifestas
erit reuelata facie fulgidissima illa gloria tua.

Ibi beata vnione implebitur voluntas bonis omnibus que
in te desyderaerit: infiniti namq boni talis possessio
atq reddet totius boni accumulatione perfectissimu

Expectabo



PSALMVS.

Expectabo te domine, stabo super speculā & custodia
diam meam vt vigilē: donec tu mihi aduenias, ple-
nitudo omnis desiderij mei.

Abſq; haſitatione tibi fidens credo videre bona om-
nia in terra viuentiū: ad vitæ fontes aquarum: in te
ſperans non confundar in p̄petuum.

Gloria patri, & filio, & ſpiritu ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæ-
cula ſæculorum. Amen.

¶ Finit Pfalmus.

¶ Deo laus & gloria.

**¶ APVD INCLYTAM BRABAN
TIÆ ANTVERPIAM, EXCVDEBAT
IN SVA OFFICINA LITERA-
RIA SIMON COCVS ANT
VERPIANVS, ANNO
AB ORBE REDEMP-
TO M.D.XXXV.
CALENDIS
NOVEMBRI BV S.**

1535.



E
d
n
A
n
p
C
S
cu

